

CAPITULUM SEXTUMDECIMUM

- ¹ O poca nostra nobiltà di sangue,
Se gloriar di te la gente fai
Quaggiù, dove l'affetto nostro langue,
² Mirabil cosa non mi sarà mai;
Chè là, du' l'appetito non si torce,
Dico nel cielo, io men gloriai.

O pauca nobilitas nostra sanguinis. O pauca nostra nobilitas de sanguine: istud est decimumsextum capitulum huius Paradisi, in quo auctor introducit eundem spiritum, quem introduxit in capitulo precedenti, qui, in isto capitulo decimosexto, de predecessoribus ipsius auctoris tractat, de genealogia et de conditionibus atque qualitate civitatis Florentine. Quod dividitur in quatuor partes. In quarum prima ille spiritus Cacciaguide recitat auctori de sua parentela antiqua.

In secunda parte, que incipit ibi:

Sicut vivificatur ad spirationem ventorum;
Come s'aviva a lo spirare de' venti,

idem spiritus narrat auctori qualitatem sue civitatis, que erat tempore suo.

In tertia parte, que incipit ibi:

Si tu respicis Lunim et Urbisaliam;
Si tu riguardi Luni et Urbisaglia,

ille idem spiritus recitat multas familias civitatis Florentie. In quarta parte, que incipit:

Sed bene conveniebat illi;
Ma conveniasi a quella petra,

dictus spiritus concludit quod divisiones et partialitates civitatis Florentine, dicebant cuidam ydolo Martis, quod Florentini ante Christianismum adorabant.

- ¹ O pauca nostra nobilitas sanguinis,
Si de te facis gloriari gentem
Hic inferius, ubi affectus noster languet,
² Mirabilis res non erit michi unquam;
Quia ubi appetitus non torquetur,
Dico in celo, ego de illo gloriatui fui.

Circa primam partem dico, quod auctor introducit Cacciaguidam ad ostendendum auctori genealogiam antiquorum suorum; primo tamen, more suo solito, continuat dicta dicendis. Si bene perpenditur, dictus spiritus ostendit Danti suam stirpem fuisse nobilem et generosam, unde auctor ex hoc gloriatus est, imo vanagloriatus; et ideo dicit bene et notabiliter, corrigendo se et alios, qui gloriantur de nobilitate sanguinis. Narrans quod talis nobilitas est pro maiori parte vanitas (et dicit vere, si videro aliquem gloriantem de sua nobilitate, sive sanguine) quasi nunquam audebat reprehendere eum, quia in celo, ubi neminem contingit peccare, ipse auctor de suo sanguine gloriatus est; et ideo non est mirum, si in terra, ubi est facultas peccandi, imo continuatio peccatorum, quis gloriatur. Nobilitas sanguinis non est virtus, ut probat Aristotiles in sua Rethorica, licet honorificum sit habere progenitores, et habuisse, probos, virtuosos et strenuos; et forte, large loquendo, huiusmodi nobilitas est una pars felicitatis, practice saltem est unum de ornamentis felicitatis.

O pauca nostra nobilitas sanguinis, si de te facis gloriari gentem hic inferius, idest in mundo, ubi affectus noster languet, idest ubi appetitus noster fallit sepe et fallitur et ad peccata declinat; mirabilis res non erit michi unquam, quia ibi, ubi appetitus non torquetur, idest ubi non deviat a recto tramite rationis, dico in celo, ego de illa, scilicet nobilitate sanguinis, gloriatus fui.

- ⁴ Ben se' tu manto che tosto raccorce,
Sì che, se non s'appone di die in die,
Lo tempo va dintorno co' le force.
⁴ Dal Voi, che prima a Roma s'offerie,
In che la sua famigla men persevera,
Rincominciaron le parole mie.
⁵ E Beatrice, ch'era um poco scevra,
Ridendo, parve quella che tossio
Al primo fallo scripto di Ginevra.
⁶ Io cominciai: Voi sete l'padre mio;
Vo' mi date a parlar tutta baldezza,
Voi mi levate sì, ch'io son più ch'io.
⁷ Per tanti rivi sempr'è d'allegrezza
La mente mia, che di sè fa letitia
Perchè sostener pò che non si spezza.
⁸ Ditemi dunque, cara mia primitia,
Quai fur gl'antichi vostri, e quai fur gl'anni
Che si segnaro in vostra pueritia.

- ³ Bene es tu mantellus qui cito retraheris,
Ita quod, si non apponitur de die in diem,
Tempus vadit circum cum forcipibus.
⁴ A Vobis, quod primo Roma sustinuit,
In quo sua familia minus perseverat,
Reinceperunt verba mea.
⁵ Unde Beatrix, que erat aliquantulum scevera,
Ridendo, apparuit ille qui tussivit
Ad primum defectum scriptum de Zenevra.
⁶ Ego incepti: Vos estis pater meus,
Vos michi datis ad loquendum tantam audaciam,
Vos me elevatis ita, quod ego sum plus quam ego.
⁷ Per tot rivos impletur letitia
Mens mea, quod de se facit letitiam
Quare potest sustinere quod se non frangit.
⁸ Dicite michi ergo, o cara mea primitia,
Qui fuerunt vestri antiqui, qui fuerunt anni
Qui signati fuerunt in vestra pueritia.

Modo dicit auctor aliquam conditionem nobilis sanguinis, que est, quod ipsa modicum durat, licet ipsa sit unum ornatum domorum, sicut mantellus est ornamentum corporis. Et methaphorice loquens et apostrophans ad ipsam nobilitatem, dicit: Bene tu es unus mantellus, qui modicum durat et cito abbreviatur, nisi de die in diem aliquid apponatur, quod in tali domo vel cognatione consurgant aliqui virtuosus, qui continent famam illorum proavorum, quia in tempore omnia consumuntur, nisi fiat successio: nam tempus videtur habere forcipes ad decurtandum tale mantellum. Bene es tu, dicit auctor nobilitati sanguini, mantellus, qui cito raccorce, idest retraheris, vel abbreviatur, ita quod, si non apponitur, scilicet tibi, strenuitas scilicet et valor aliquorum descendendum, de die in diem tempus vadit circum cum forcipibus, idest decortando. Nota quod loqui alicui homini, sive persone, in plurali, sicut dicere uni homini, Vos, habuit principium a Roma, et secundum quod apparet, [a] Cesare, de quo dictum est, quod Cesar erat omnia. Hic Cesar fuit ille Iulius, primus Imperator Rome et primus monarcha; et quia habuerat omnia officia, omnes dignitates et triumphos, etc., ideo dictum est, Cesar omnia erat, et ipsi Romani incepterunt ad ipsum magis honorandum et dixerunt Vos. Et licet Romani incepterunt uni dicere Vos, tamen in hoc modicum perseveraverunt. Et vere sic non est populus in mundo, qui tantum tuisset, sicut populus romanus; etiam Pape et Imperatori unus Romanus dicit tu. Ab isto modo loquendi inceptit Dantes loqui cum isto spiritu, [idest] reincepit; ideo dicit textus: A Vobis, idest ab isto (ablativo) Vobis, quod primo Roma sustinuit, idest primo dici ibi inceptit, in quo, scilicet modo loquendi, sua familia, idest romana familia, minus perseverat, reinceperunt verba mea.

Unde Beatrix, que erat aliquantulum scevera, idest divisa vel separata (nam Beatrix, perpendens quod Dantes aliquantulum gloriatus fuerat de sua nobilitate sanguinis, indignata fuit aliquantulum cum auctore, et sic aliquantulum separaverat se ab auctore), ridendo apparuit ille qui tussivit ad primum defectum scriptum de Genevra. Nota quod Lancelloctus erat philocaptus, inflammatus amore domine Genevere, et nondum locuti fuerant ad invicem; semel dum essent in una camera, Galeoctus, qui conducebat rem talem et erat ambasiator ex utraque parte unius ad alterum, tussivit, et ad talem tussim Lancelloctus dedit osculum isti Genevere, et illa tussis fuit primum signum, etc. Et per talem tussim videtur quod Galeoctus dedit licentiam Lancellocto osculandi Geneveram. Sic, ridendo, Beatrix licentiavit Dantem ad loquendum cum illo spiritu.

Et tunc auctor cepit loqui ut sequitur: Ego incepti, scilicet dicere: Vos estis pater meus; vos michi datis ad loquendum tantam audaciam, vos me elevatis ita, quod ego sum plus quam ego, idest vos facitis me altius quam ego possim.

Per tot rivos, idest vias, impletur gaudio mens mea, quod de se facit letitiam; quare potest sustinere quod se non spezzat, idest frangat, quia nihil vacui remanet in mente, ita quod non potest dividi ad recipiendum amplius de gaudio.

Ex quo igitur michi datis tantum gaudium, peto a vobis quatuor: scilicet, qui fuerunt vestri antiqui; et quis erat millesimus currens, quando nascebamini; dicite michi de Florentia, quante quantitatis erat tempore vestro; et que erant gentes magis nobiles et digniores honore.

- 9 Ditemi dell'ovil di San Giovanni
Quant'era allor, e chi eran le genti
Tra esso degne di più alti scanni.
- 10 Come s'avviva per soffiare de' venti
Carbon in fiamma, così vid'io quella
Luce risplender a' miei blandimenti:
- 11 E com'agl'occhi miei si fe' più bella,
Così con voce più dolce e suave,
Ma non con questa mondana favella,
- 12 Disse mi: Da quel dì che fu detto Ave,
Al parto in che mia madre, ch'è hor sancta,
S'alleviò di me ond'era grave,
- 13 Al sol Leone cinquecen cinquanta
E trenta fiate venn'esto foco
A rinfiammarsi sotto la sua pianta.

Dicite ergo michi, o cara mea primitia, idest o origo mea et principium originis mee (quia iste fuit pater Aldigerii, qui fuit proavus Dantis et a quo mutatum est nomen Eliseorum in nomine Aldigeriorum, qui fuit magnus doctor iuris et superbus homo), ecce primum petium, qui fuerunt vestri antiqui; secunda petitio, qui fuerunt anni qui signati fuerunt in vestra pueritia; dicite michi (tertia petitio) de ovili Sancti Ioannis, idest de Florentia cuius patronus est Sanctus Ioannes, quantum erat tunc; quarta petitio, et que erant gentes, intra ipsum, scilicet ovile, digne altioribus scampnis.

Sicut vivificatur ad spirationem ventorum. Come s'avviva allo spirare de' venti: hec est secunda pars huius capituli, in qua illa anima declarat de sua stirpe et de civitate Florentie. Nunc per quandam comparisonem auctor ostendit quomodo illa anima letata est ad verba ipsius auctoris, et quomodo facta est lucidior et in verbo suavior, et loquebatur non loquela mortali, sed quasi cum loquela alterius mundi. Et ad primam petitionem dixit, quod tunc anni domini erant mille centum et sexaginta; quod declarat per motum stelle, sive planete Martis. Ad secundam petitionem dicit, locum esse in Florentia, ubi erat domus Eliseorum, quando ipse dominus Cacciaguida natus est (et dicit sic, quod ex verbis eius sequitur quod tunc Florentia dividebatur per sexeria, ubi modo dividitur per quarteria: domus Eliseorum erat ibi ad introitum ultimi sexerii) ubi, vel per quem locum transeunt equi cursorii, quando curritur ad bravium in festo Sancti Ioannis Baptiste (quod festum solempniter colitur Florentie omni anno de mense iunii vigesimaquarta die) qui locus modo dicitur Vecchium, sive Mercatum, vel Forum, vetus. Ille est quasi solempnior locus totius civitatis, sicut est Rivus Altus in civitate Venetiarum, vel sicut Cepstrata, alias Cepserata, in Landoniis. Et per hoc etiam denotatur nobilitas Eliseorum, qui habitabant in loco solempniori civitatis. Notandum etiam hoc,

- 9 Dicite michi de ovili Sancti Ioannis
Quantum erat tunc, et que erant gentes
Intra ipsum digne altioribus scampnis.
- 10 Sicut vivificatur ad spirationem ventorum
Carbo in flamma, sic vidi ego illam
Lucem resplendere meis blandimentis:
- 11 Et sicut oculis meis fuit facta pulchrior,
Sic cum voce magis dulci et suavi,
Sed non cum ista moderna loquela,
- 12 Dixit michi: Ab illo die quo dictum fuit Ave,
Partui in quo mater mea, que nunc est sancta,
Se alleviavit de me unde erat gravis,
- 13 Ad suum Leonem quingentis quinquaginta
Et triginta vicibus venit iste ignis
Ad reinflammandum se sub sua planta.

quod ista anima mensurat annos Domini, qui currebant tempore nativitatibus ipsius domini Cacciaguida, per motum stelle Martis. Ubi est sciendum, quod, sicut sol complet cursum suum in uno anno in tercentum sexaginta quinque diebus et una quarta, et sicut luna complet suum cursum in viginovem diebus, et aliquibus horis atque punctis; ita Mars complet cursum suum in duobus annis: et sic, si Mars cucurrerat complendo cursum suum per circulum zodiacum quingentis quinquaginta et triginta vicibus, sequitur quod erant anni mille centum et sexaginta ab Annunciatione Beate Marie Virginis usque ad diem quo nascebatur dominus Cacciaguida; et sic a nativitate ipsius domini Cacciaguida, que fuit millesimo centesimo sexagesimo, usque ad diem quo auctor hic loquebatur cum ipso domino Cacciaguida, que loquutio fuit facta millesimo tercentesimo, fluxerunt anni centum quadraginta. Nota etiam quod dominus Cacciaguida, scilicet ista eius anima, hic loquens cum auctore, dicit Leonem esse signum Martis, et sub planta Leonis cucurrisset quingentis quinquaginta et triginta vicibus, quia signum Leonis est calidum et siccum, sicut est ipsa planeta Martis. Tunc ad textum.

Sicut vivificatur, idest magis inflammatur, ad spirationem ventorum, carbo in flamma; sic vidi ego illam lucem resplendere meis blandimentis, idest propter verba blanda que dixeram sibi. Et sicut oculis meis fuit facta pulchrior, idest apparuit, sic cum voce magis dulci et suavi, idest loquebatur, sed non cum ista moderna loquela, idest non cum loquela mortalium, sed, supple. cum loquela angelica, dixit michi: Ab illo die, quo fuit dictum Ave, idest a die Annunciationis Virginis Marie, partui, idest usque ad partum, in quo mea mater, que nunc est sancta, scilicet in celo, se alleviavit, idest peperit me, de me unde erat gravis, ad suum Leonem quingentis quinquaginta et triginta vicibus venit iste ignis, scilicet stella Martis, ad reinflammandum se sub sua planta; idest fecit cursum suum sub planta Leonis quingentis quinquaginta et triginta vicibus.

- 14 Gl'antichi miei et io naequi nel loco
Ove si trova pria l'ultimo sexto
Da quei (1) che corre al vostro annual gioco.
- 15 Basti de' miei maggior udirne questo,
Chi essi fosser, e onde venner quivi,
Più è tacer, che ragionar, honesto.
- 16 Tutti color ch'a quei tempi eran ivi
Da poter arme, tra Marte e 'l Baptista,
Erano 'l quinto di quei che son vivi.
- 17 Ma la cittadinanza, ch'è hor mista
Di Campi, di Certaldo e di Feghine,
Pura vedeasi nell'ultimo artista.
- 18 O quanto fora meglio esser vicine
Quelle genti ch'io dico, et al Galluzzo,
Et a Trespiano haver vostre confine,
- 19 Ch'averli dentro, a sostener el puzzo
Del Villan d'Aguglon, di quel da Segna,
Che già per baractar ha l'occhio aguzzo!
- 20 Antiqui mei et ego nati sumus in illo loco
Ubi reperitur prius ultimum sextum
Ab illo qui currit ad vestrum annualem ludum.
- 21 Sufficiat de meis maioribus audire hoc,
Qui ipsi fuerunt, et unde venerunt illuc,
Plus est tacere, quam ratiocinari, pulchrum.
- 22 Omnes illi qui illo tempore erant ibi
Ad portandum arma, inter Martem et Baptistam,
Erant quinta pars illorum qui nunc sunt ibi.
- 23 Sed civilitas, que nunc est mixta
De Campis, de Certaldis et de Fyghinis,
Pura videbatur in ultimo artista.
- 24 O quantum esset melius esse vicinas
Illas gentes quas dico, et a Gallutio
Et Trespiano habere vestros confines,
- 25 Quam habere intus ipsas, ad sustinendum putredinem
Villani de Guglione, et illius de Signa,
Qui iam pro baractare habet oculum acutum!

(1) al. quel.

Ex quo dominus Cacciaguida primo declaravit secundam petitionem, modo declarat primam. Nam sic placuit sibi primo respondere ad secundam; demum respondet ad primam, dicens: Antiqui mei et ego nati sumus in illo loco, ubi reperitur prius ultimum sextum, idest in principio ultimi sexerii (quasi dicat in Mercato Veteri, ubi est solempnior habitatio totius civitatis), ab illo, idest a corrente et cursore, qui currit ad vestrum annualem ludum, idest bravium quod omni anno, in festo sancti Ioannis Baptiste, curritur.

Iam Cacciaguida, volens vitare v[er]bam gloriam, dicit se nolle procedere ulterius ad declarandum de suis antiquis progenitoribus, quia videtur quod sordescit laus in ore proprio. Ideo dicit: Sufficiat de meis maioribus, idest antiquis, audire hoc, scilicet quod dixi: qui ipsi fuerunt, et unde venerunt illuc, plus est tacere quam ratiocinari pulchrum. Tamen, si voluisset, potuisset longam genealogiam texere, quia tunc dicebatur, illi de domo sua de Elyseis quod descenderunt a Frangipanis de Roma, qui ab antiquo venerunt de Troya Romam, ut tactum fuit in uno preambulo, in principio libri.

Iam respondet ad tertiam petitionem, quanta erat Florentia in quantitate, tempore suo. Et dicit quod erant Florentini multo pauciores quam sunt modo; erant forsitan pro quinta parte eorum qui sunt modo. Sed quid! tunc Florentini erant boni homines; modo sunt plures, sed mali. Et ostendit quomodo fuit aucta Florentia ad tantam quantitatem: quia rurales homines de comitatu, facti sunt

cives; et hoc propter discordiam pastorum Ecclesie cum Imperatore, qui pastores Ecclesie deberent esse mater Imperii et sunt noverca. Omnes illi, qui illo tempore erant ibi, scilicet in Florentia, quando ego vivebam, ad portandum, scilicet apti, arma, inter Martem et Baptistam, idest inter Pontem Veterem (in quo ponte erat statua Martis, que solebat esse in ecclesia Sancti Ioannis; sed quando Florentia facta fuit christiana, ablata est statua Martis et posita in Ponte Vetere) et Baptistam, scilicet Ecclesiam Sancti Ioannis, erant quinta pars illorum qui nunc sunt ibi, alias vivi.

Sed civilitas, que nunc est mixta de Campis, Certaldis et de Fyghinis (Campi est unum rus, una villa, in comitatu Florentie; Certaldum est castrum, etiam in comitatu Florentie; Fyghinum est unum aliud castrum, in comitatu Florentie), pura videbatur in ultimo artista; idest omnes cives erant boni usque ad ultimum, idest minimum, artificem. Quasi dicens: Modo Florentia est plena, quia propter discordiam expulsi sunt nobiles et boni et probi, et repleta est rusticis, ruralibus et pravis viris.

Et melius esset et utilius et expedientius civitati, quod illi essent vicini et non cives, sicut solebant esse, et quod isti et alii in Gallugio (est una villa prope Florentiam) et in Trespiano (alia villa etiam prope civitatem Florentie) starent, extra muros civitatis Florentie. O quantum esset melius esse vicinas illas gentes quas dico, et Gallutio et Trespiano (due ville sunt ex quibus venerunt plures ad habitandum Florentiam), habere vestros

- ²⁰ Se la gente, ch'al mondo più traligna,
Non fusse stata a' Cesari noverca,
Ma, come madre al suo figlo, benigna,
²¹ Tal facto è Fiorentino, e cambia e merca,
Che si sarebbe volto a Semifonti,
Là dov'andava l'avolo a la cerca.
²² Sariansi Montemurlo ancor de' conti;
Sariansi e Cerchi del pivier d'Acrone,
E forse in Valdigrive e Buondalmonti.
²³ Sempre la confusion de le persone
Principio fu del mal de le cittade,
Come del vostro⁽¹⁾ il cibo che s'appone.
²⁴ E cieco thoro più avaccio cade
Che cieco agnello, e molte volte tagla
Più e meglio una che le cinque spade.
- ²⁰ *Si gens, que in mundo magis tralignat,
Non fuisset Cesari noverca,
Sed, sicut mater suo filio, benigna,
21 Talis factus est Florentinus, et cambi[a]t et mercatur,
Qui convertisset se ad Symfontem,
Quo ibat avus meus ad inquisitionem.
22 Esset Mons Murlus adhuc comitum;
Essent circuli in piverio Acchonis,
Et forsan in valle Grevi Bondelmontes.
23 Semper confusio personarum
Principium fuit mali civitatis,
Sicut de vestro cibus qui supraponitur.
24 Et cecus taurus citius cadit
Quam cecus agnus, et multoties incidit
Plus et melius unus quam quinque enses.*

(1) male è principio.

confines, idest extra, quam habere, idest intus, ipsas ad substituendum putredinem Villani (nomen proprium fuit unius doctoris iuris, malus homo) de Guglione (nomen unius ville) et illius de Signa (hic fuit unus alter iurista, cuius nomen non ponitur hic, et ille fuit de Signa: est unum oppidum prope Florentiam per septem miliaria), qui iam pro baractare, idest ad faciendam baractariam, habet oculum acutum.

Si gens, que in mundo magis tralignat, idest degenerat, idest pastores Ecclesie, non fuisset Cesari, idest Imperatori, noverca, sed sicut mater suo filio benigna, talis factus est Florentinus, et cambi[a]t et mercatur, qui convertisset se ad Symfontem, quo ivit avus meus ad inquisitionem. Symfonte est unum, vel erat tempore auctoris, unum rus: versus illud ibatur ad faciendum custodiam in circum; vel quia in die Veneris sancta avus domini Cacciaguide faciebat circum, quia ibat ad illum rus, sive ad ecclesiam illius ruris, et visitabat alias ecclesias multas. Vult dicere auctor in effectu, quod si gens illa, que tralignat, idest degenerat, scilicet pastores Ecclesie, qui degenerant a Sanctis Patribus qui fuerunt boni, non fuisset in discordia cum Imperatore, cuius pastores Ecclesie debent esse mater et ipsi sunt noverca, Florentia non esset ita divisa. Quia Papa accepit partem guelfam, Imperator reputatur gebellinus; et sic Guelfi, expellentes Gebellinos, receperunt multos rusticos de comitatu, ut replerent civitatem loco illorum expulsorum; qui rustici facti sunt Florentini, et cambiant, et mercantantur, qui ierent ad Symfontem, idest ad illud rus, et ibi starent, et non starent in Florentia.

Ex quo auctor tetigit unum inconveniens, scilicet quod rustici sunt commixti civibus, modo tangit aliud adhuc maius, scilicet quod nobiliores sunt expulsi de Florentia propter rusticos advenientes, et propter divisiones civitatis.

Que intervenerunt ex defectu pastorum Ecclesie, maxime Bonifacii octavi, qui misit Karolum Sineterra, sub nomine pacificandi civitatem, et ipse divisit civitatem amplius quam erat: unde comites perdiderunt Montem Murlum, qui comites fuerunt expulsi et perdiderunt illud castrum, scilicet Montem Murlum; et tunc venerunt illi de Circulis, de Cierchiis, qui erant rustici de plebania Acchonis (nomen proprium unius plebis); et illi de Bondelmontibus venerunt de Valle Grevi (est unus fluvius, qui vocatur Grevi, et vallis dicitur Vallis Grevis; et de illa valle venerunt, de [illa], Bondelmontes ad civitatem Florentie); erant rurales, et facti sunt cives et nobiles cives. Ideo dicit textus: Esset Mons Murlus, idest illud castrum, adhuc comitum, scilicet Guidi (vocantur comites Guidi); essent Circuli, idest illi de domo Circulorum, in piverio, sive in plebania, Acchonis (nomen proprium); et forsan in Valle Grevi Bondelmontes: idest, illi de domo Bondelmontibus adhuc essent rurales, et essent in illa valle, scilicet Grevi.

Modo dicit auctor, quod confusio et commixtio personarum, maxime forensium, principiavit malum in civitatibus, sicut cibus qui superponitur super cibum indigestum. Et dicit auctor, respondendo cuidam quasi tacite (quia posset quis dicere: Nunquam crevit potentia civitatis ex multiplicatione tot civium?), dicit quod sepe cecus taurus cadit citius quam cecus agnus, et aliquando magis incidit unus cum bona manu et forti, quam quinque enses. Semper confusio personarum principium fuit mali civitatis, sicut de vestro malo, vel infirmate vestra, cibus qui superponitur, scilicet cibo indigesto; et cecus taurus citius cadit quam cecus agnus; et multoties plus incidit et melius unus, scilicet ensis, quam quinque enses. Vult dicere quod validior et subtilior erat Florentia tunc temporis cum paucis et bonis civibus, quam modo sit cum malis et multis.

- ²⁵ Se tu rigardi Luni et Orbisaglia
Come son ite, e come se ne vanno
Dirieto a esse Chiusi e Sinigaglia,
²⁶ Udir come le schiatte si disfanno,
Non ti parrà cosa nuova nè forte,
Poscia che le cittadi termin hanno.
²⁷ Le vostre cose tucte hanno lor morte,
Sì come voi; ma celasi in alcuna
Che dura molto, e le vite son corte.
²⁸ E come nel voltar del ciel la luna
Cuopre e discuopre e liti senza posa,
Così fa di Firenze la fortuna:
²⁹ Perchè non de' ⁽¹⁾ parer mirabil cosa
Ciò ch'io dirò degl'altri Fiorentini,
Di cui la fama nel tempo è nascosa.
- ²⁵ *Si tu respicis Lunim et Urbisalliam
Quomodo iverunt, et quomodo vadunt
Retro illam Clusium et Senogallium;
26 Audire quomodo stirpes destruuntur,
Non apparebit tibi res nova nec fortis,
Postquam civitates eorum terminum habent.
27 Omnes res vestre habent earum mortem,
Sicut vos; sed celatur in aliquibus
Que durant multum, et vite sunt breves.
28 Et sicut revolutio celi et lune
Cooperit et discooperit litora sine quiete,
Sic facit de Florentia fortuna:
29 Quare non debet apparere mirabilis res
Quicquid ego dicam de aliis Florentinis,
Unde est fama in tempore absconsa.*

(1) debba.

Si tu respicis Lunim et Urbisalliam. Si tu rigardi et a Luni et Urbisallia: hec est tertia pars huius capituli, in qua dominus Cacciaguida recitat multas familias antiquas civitatis Florentie, que tunc, tempore suo, erant multo onorabiles et valentiores aliis, quarum aliquę sunt in totum destructę, aliquę in parte. tempore presenti. Et primo narrat, quod de hoc non sit mirandum, quia civitates aliquę fuerunt magne, que modo sunt quasi nihil, de quibus nominat quatuor. Quarum una vocabatur Luni, que erat nobilis et magna civitas inter Tusciam et territorium Ianuense, supra flumen quod vocatur Magra, quod flumen dividit Tusciam a [territorio] Ianuensi; modo nihil est nisi unum pulchrum oppidum, quod est ibi de prope, quod vocatur Sarzana. Alia civitas, quam nominat, est Urbisallia; est in marchia Anconitana, inter Maceratam et Tolentinum; modo est unum parvum castrum, et bene apparent vestigia murorum et magnorum edificiorum, et dicebatur Urbisallia, quasi urbs alia: nam Roma dicitur Urbs per anthonomasiam, ista dicebatur Urbisallia, quasi alia urbs. Alia civitas, quam nominat, est Clusium prope Perusium: fuit iam nobilis civitas: ibi regnavit rex Porsenna, qui iam obsedit Romam, quando volebat reducere Tarquinius; qui recessit, ex suggestionem Mutii Scevola, de obsidione: modo est quasi nihil. Alia civitas, quam nominat, est Senogallium. Est in Marchia Anconitana inter Anconam et Fanum, super mare: et dicitur Senogallium, quia venientes multi Galli, et cum magno exercitu intrantes Ytaliā, diu steterunt; tandem aliqui antiqui, volentes redire ad suas partes, edificaverunt illam civitatem, nominantes eam Senogallium, idest edificata a senibus Gallium: modo Senogallium quasi nihil est. Vult dicere auctor: Non enim mirum, si familie deficiunt, quia et maxime civitates etiam deficiunt, ponens exemplum de istis quatuor.

Si tu respicis Lunim, idest civitatem Luni, et Urbisalliam, idest aliam civitatem, quomodo iverunt, idest defecerunt, et quomodo vadunt, idest deficiunt, retro, idest post illam, Clusium (alia civitas), et Senogallium (alia civitas),

audire quomodo schiatte, idest stirpes, destruuntur, non apparebit tibi nova res nec fortis, postquam civitates earum terminum, idest finem, habent.

Omnes res vestre habent earum mortem, idest finem, sicut vos; sed celatur in aliquibus, que durant multum, et vite sunt, scilicet hominum, breves.

Modo venit ad Florentiam et ad eius mutationes, per comparisonem fluxus et refluxus maris. Pro quo sciendum est, quod, ut vult Aristotiles in Meteororum, Luna, que est domina omnium liquidorum et eis dominatur, quadruplicem habet aspectum ad fundum maris, in die naturali, secundum quatuor quartas diei. Nam in prima quarta, que variis modis incipit secundum varietatem novilunii et plenilunii, luna respicit fundum maris directe; et sic radii sui vadunt ad fundum maris et elevant vapores in altum, unde aqua tumescit et tunc fit fluxus: et in secunda quarta, luna habet aspectum perpendicularem, et tunc radii non descendunt in fundum maris; et sic vapores descendunt ad fundum maris, et sic aqua refluit: iterum in tertia quarta, sic sicut in prima, et tunc iterum fit fluxus: demum in quarta, luna habet aspectum sicut in secunda, et sic fit refluxus. Bene igitur dicit textus: Et sicut revolutio celi et lune cooperit, per fluxum supple, et discooperit, scilicet per refluxum, litora sine quiete (quia in omni die naturali bis mare fluit et refluit); sic facit de Florentia fortuna, idest fortuna sepe transmutat Florentiam.

Modo applicat ad propositum ea que dicta sunt, dicens: Quare non debet apparere mirabilis res quicquid ego dicam de aliis Florentinis, unde est fama in tempore absconsa. Hec omnia, que hic dicuntur de istis familiis Florentie civitatis, ideo dicuntur, ut ex earum exemplo alii capiant exemplum non gloriari in nobilitate sanguinis, quia est res modicum duratura.

- ³⁰ Io vidi gl' Ughi, e vidi e Catellini,
Phylippi, Greci, Ormanni et Alberichi,
Già nel calare, illustri cittadini;
³¹ E vidi così grandi come antichi,
Con que' de la Sannella, quei dell'Arca,
E Soldanieri, Ardinghi, e Bustichi.
³² Sopra la porta, ch' al presente è carca
Di nuova felonìa di tanto peso,
Che tosto fie iactura de la barca,
³³ Erano e Ravignani, ond' è disceso
El conte Guido, e qualunque del nome
Dell' alto Bellincione à poscia preso.
³⁴ Quei de la Pressa sapean già come
Reggier si vuole, et havea Galigaio
Dorata in casa sua già l' elsa e 'l pome.
³⁵ Grand' era già la colonna del Vaio,
Sacchetti, Giuochi, Sifanti e Barucci,
Galli, et quei ch' arrossan per lo staio.
³⁶ Lo ceppo, di che nacquero e Calfucci,
Già era grande, e già eran tracti
Alle carole Sitii et Arrigucci.

Et incipit auctor audire ab ista anima de domibus antiquis Florentie et de stirpibus, ut faciat aliquam famam de ipsis. Dicit igitur illa anima: Ego vidi Ugos, vidi Catellinos, Philippos, Grecos, Normannos, et Albericos (omnes iste cognationes erant nobiles domus civitatis Florentie tempore illo, scilicet in millesimo centesimo sexagesimo), iam in descensu, illustres cives, licet aliquae istarum domorum essent in descensu, qui[a] iam inceperant deficere.

Et vidi, ita grandes sicut antiquos, cum illis de Sanella (nomen unius domus et cognationis), et Soldaneries et Ardingos et Bosticcos. Adhuc ista tria nomina sunt trium domorum, sive cognationum.

Una porta est Florentie, et est porta Sancti Petri in Gattilino, iuxta quam habitabant Ravignani: nobilis domus fuit, de qua descendit dominus Bertus Bellinzone, a quo descenderunt comites Guidi. Modo stant ibi Circuli, idest illi de domo Circulorum, de Cierchi, quos auctor hic vocat fellones novos, idest novos sceleratos; qui sunt novum pondus, et in tantum ponderant, idest sunt graves, quod cito deficerent: per comparisonem ad barcam, sive navem, nimis oneratam, quam cito oportet submergi. Supra portam, que nunc est onerata de nova felonìa, idest novo scelere (hec est porta Sancti Petri in Gattilino), tanti ponderis, quod cito erit iactura barce (idest cito deficiet propter suum onus, idest propter sua mala opera, sive propter suam superbiam, quia erant valde superbi, et eorum superbia erat nimis gravis), erant Ravignani, solemnibus domus, unde descendit comes Guido et quicumque a no-

- ³⁰ *Ego vidi Ugos et vili Catellinos,
Philippos, Normannos, Grecos et Albericos,
Iam in descensu, illustres cives;
³¹ Et vili ita grandes sicut antiquos,
Cum illis de Sanella, illos de Archa,
Et Soldaneries, et Ardingos, et Bosticcos.
³² Supra portam, que ad presens est onerata
De nova felonìa tanti ponderis
Quod cito erit iactura barce.
³³ Erant Ravignani, unde descendit
Comes Guido, et quicumque a nomine
Alti Bellinzoni postea apprehendit.
³⁴ Illi de Pressa iam sciebant qualiter
Regi vult, et habebat Galigaio
Auratam iam in domo suam elsam et pomum.
³⁵ Grandis erat iam columpna Varii,
Sacchetti, Iochi, Sifanti et Barucci,
Et Galli, et illi qui rubefiunt propter sextarium.
³⁶ Cippus, de quo nati sunt Calfucci,
Erat iam grandis, et iam erant tracti
Ad curules Sicci et Arrigutii.*

mine alti, idest magni et nobilis, Bellinzoni (nomen proprium hominis) postea apprehendit, quia ab isto Bellinzono facta fuit una alia stirps.

Illi de Pressa (nomen domus) sciebant iam qualiter regi vult, idest qualiter regendum est, et habebat Galigaio (nomen alterius domus) auratam iam in domo sua elsam et pomum, quia isti de ista domo Galigaio portabant ensem, habentem elsam et pomum ensis de auro.

Grandis erat iam columpna Varii (ista erat domus de Pigliis, qui portabant unam columpnam de vario), Sacchetti, Iochi, Sifanti, et Barucci (sunt nomina quatuor domorum), et Galla (aliud domus nomen), et illi qui rubefiunt propter sextarium.

Nunc tangit domum de Chiaramontosis. Pro quo notandum est, quod unus de domo ista, scilicet de Chiaramontosis, fuit factus officialis in Florentia super mensuras, et iste ad lucrandum extraxit de sextario unam dogam. Sextarium est vas ligneum, cum quo mensuratur frumentum. Hic mensurabat frumentum, et propter diminutionem illius doge multum lucratus est; sed mensura defraudabat. Hoc fuit scitum, ille fuit captus et ductus ad tormentum, et confessus est fraudem, unde ipse fuit decapitatus; et sic illa familia sua multum verecundabatur propter fraudem istius. Ideo dicit textus: Illi qui rubefiunt; quia propter verecundiam homines fiunt in facie rubei.

Modo tangit aliam domum, scilicet domum de Donatis, de qua descendit alia domus, vocata Calfucci, idest domus

- ³⁷ O qual'io vidi quei che son disfacti
Per lor superbia! e le palle dell'oro
Fiorian Firenze in tutti lor gran facti.
³⁸ Così facean li padri di coloro
Che, sempre che la vostra Chiesa vaca,
Si fanno grassi stando a concistoro.
³⁹ La tracotata schiatta, che s'indraca
Dietr'a chi fugge, et a chi mostra el dente
O ver la borsa, come agnel si placa,
⁴⁰ Già venia su, ma di piccola gente,
Sì che non piacque agl' Uberti Donato
Che poi el socer lo fe' lor parente.
⁴¹ Già era Caponsacho nel mercato
Disceso giù da Fiesole, e già era
Buon cittadino Guida et Infangato.
⁴² Io dirò cosa incredibile e vera;
Nel piccol cerchio s'entrava per porta,
Che si nomava da quei de la Pera.
- ³⁷ *O quales ego vidi illos qui sunt destructi
Propter eorum superbiam! et palle auri
Florebant Florentiam in omnibus suis grandibus
[factis].
³⁸ Sic faciebant patres illorum
Qui, semper quando Ecclesia vestra vacat,
Efficiuntur pingues stando ad consistorium.
³⁹ Transcurata stirps, que indragatur
Retro illum qui fugit, et illi qui monstrat dentem
Sive bursiam, sicut agnus placatur,
⁴⁰ Iam veniebat sursum, sed de parva gente,
Ita quod non placuit Ubertino Donato,
Quem postea socer fecit attinentem sibi.
⁴¹ Iam erat Capoinsacco in mercato
Descendens a Fiesolis, et iam erat
Bonus civis Guido et Infangatus.
⁴² Ego dicam tibi rem incredibilem et veram;
In parvum circulum intrabatur per portam,
Que nominabatur ab illis de la Pera.*

Calfuciorum. Cippus, idest stirps, de quo nati sunt Calfucci, iam erat grandis, et iam erant tracti, idest assumpti, ad curules, idest ad officia, Sicci et Arrigutii. Curule erant selle, sive sedes, Rome, ubi sedebant magistratus.

Nunc auctor tangit duas magnas domus florentinas, scilicet domum de Ubertis et domum de Lambertis. Fuerunt illi de istis duabus domibus valde superbi et propter eorum superbiam defuerunt. Nam Lambertatii portabant pallas aureas pro armis. Tunc, tempore istorum, florebat Florentia, idest in omnibus optime stabant patres istorum. Semper, quando episcopatus Florentie vacabat, ipsi promovebant successorem episcopum, a quo recipiebant et habebant magnas pecunias, et sic fiebant divites, ita quod isti erant promotores episcopi et ecclesie episcopalis. O quales vidi eos, qui sunt destructi, propter eorum superbiam! Ubertinos et illos, scilicet Lambertatios, qui portabant pallas auri: et palle auri florebant Florentiam, idest faciebant apparere Florentiam in flore, omnibus suis grandibus factis. Nam illa domus, que portabat pallas de auro, gubernabat Florentiam in omnibus suis factis magnis. Vult dicere quod tales erant in Florentia maiores. Sic faciebant patres illorum, qui semper, quando vestra vacat Ecclesia, efficiuntur pingues, stando ad consistorium. Isti promovebant, etc. et ex hoc impinguabantur. etc.

Modo tangit duas alias domus, domum de Aldimariis, de Caviciolis, que fuerunt domus habentes magnum numerum hominum. De istis duabus domibus loquitur auctor multum, pinguendo illas, qui[a] illi de istis domibus fuerunt multum contra ipsum auctorem, ne unquam rediret in Florentiam. Et de istis auctor dicit, quod ipsi indragantur, idest fiunt sicut dracones, contra illos qui fugiunt a facie

eorum; sed fiunt sicut agnus mansuetus, respectu illorum qui resistunt eis, vel dant illis pecuniam: ita quod, propter pecuniam, de draconibus fiunt agni. Transcurata, idest male recta, stirps, que indragatur (scilicet que fit draco, vel tamquam draco sequitur illum qui fugit) retro illum qui fugit, et illi qui monstrat dentem, sive bursiam, sicut agnus placatur (modo tangit quasi principium illius domus, que noviter, tunc temporis, fiebat etiam de Bellinzonis; et hoc evenit, quia ille solemnibus homo, Bertus de Bellinzonis, dedit duas filias nuptui, et unam maritavit in domo Donatorum, et aliam in domo de Aldimariis), iam veniebat sursum, sed de parva gente, idest illa domus, noviter tunc que facta fuit de Bellinzonis et de Donatis, ita quod non placuit Ubertino Donato, quem postea socer sibi fecit attinentem. Quia illa domus, que noviter fiebat, scilicet de Bellinzonis, non videbatur digna coniungi cum illa de Donatis; et videtur quod multum poduerit Ubertinum de Donatis recepisse illam in uxorem.

Iam erat Capoinsacco (nomen alterius domus) in Mercato veteri (hec domus de Fiesolis venit) descendens a Fiesolis, et iam erat bonus civis Guido et Infangatus. Isti duo fuerunt principia duarum familiarum. Nota quod tempore domini Cacciaguide non erant in Florentia nisi quatuor porte principales; postea erant aliquae portule parve, quarum una vocabatur porta Pere.

Nota quod erat in Florentia una mulier tempore istius militis, que vendebat fructus, et vocabatur illa mulier Pera, que habebat duos filios pravos homines, qui furabantur, seminabant zyzaniam, ita quod quasi dicebatur in Florentia: Cave tibi a filiis Pere. Modo ista mulier vendebat fructus suos iuxta illam portulam; et ab illa Pera, scilicet muliere, que tenebat fructus suos ibi iuxta illam portulam,

- 43 Ciascum che de la bella insegna porta
Del gran Barone, el cui nome e l'cui pregio
La festa di Thommaso riconforta,
44 Da esso ebbe milizia e privilegio;
Avegna che col popol si raguni
Oggi colui che la fascia col fregio.
45 Già eran Gualterotti et Importuni,
Et anco saria Borgo più quieto,
Se di nuovi vicin fosser digiuni.
46 La casa di che nacque el vostro fletto,
Per lo giusto disdegno che v'ha morti,
E posto ha fine al vostro viver lieto,
- 3 *Quilibet de pulchro signo portat
Grandis Baronis, cuius nomen et cuius pretium
Festum Sancti Thome reconfortat,
44 Ab ipso habuit militiam et privilegium;
Quamquam cum populo congregetur
Hodie ille qui illam fasciat cum frigio.
45 Iam erant Gualterotti et Importuni,
Et adhuc esset burgum magis quietum,
Si de novis vicinis essent ieiuni.
46 Domus de qua natus est vester fletus,
Propter iustam indignationem que vos interfecit,
Et posuit finem vestro vivere lieto,*

illa porta dicebatur Porta Pera. Et hoc videtur incredibile; fuit tamen verum. Ego dico tibi rem incredibilem et veram: in parvum circulum, idest in Florentiam que continebatur in parvo circulo, intrabatur per portam, [que] denominabatur ab illis de la Pera.

Nunc ponuntur aliquae alie domus: de quibus notandum est, quod fuerunt quinque domus, que portabant eadem arma; que quinque domus descenderunt ab una, ideo portabant eadem arma; sed variaverunt aliquantulum. Et una illarum quinque fecit unum frigidum circa arma illa, et illa vocabatur domus de la Bella. De qua domo unus, qui erat nobilis de illa domo, fecit se popularem; tandem tamen fuit expulsus de civitate Florentie, et mortuus est in exilio misere. Nota quod tempore istarum familiarum, imperator Octo misit unum suum vicarium Florentiam, qui diu stetit Florentie et bene se habuit. De istis quinque domibus ille fecit multos milites, magnificavitque domos illas. Mortuus est in Florentia; et moriens condidit testamentum, in quo reliquit, quod fieret una ecclesia Sancte Marie, et fuit facta, de domibus suis; et omni anno in festo Sancti Thome fit commemoratio de illo nobili milite, qui vocabatur dominus Ugo, et est sepultus in illa ecclesia Sancte Marie. Modo quilibet de illis quinque domibus, portavit signum, idest arma illius boni et optimi militis, sive baronis. Quilibet qui de pulchro signo portat grandis baronis, cuius nomen et cuius pretium festum Sancti Thome reinconfortat (illa domus consuevit celebrare omni anno festum Sancti Thome, sicut ille dimisit in suo testamento, et sic fit hodiernis temporibus), ab illo, scilicet barone, habuit militiam et privilegium, quamquam cum populo congregetur, idest adunetur, hodie ille qui illum fasciat, idest circumdat, cum frigio; quia illa domus que fecit frisium in armis suis, propter differre a consortibus, se univit cum populo, dimittendo nobilitatem.

Modo tangit alias domos, dicens: Iam erant Gu[al]terotti et Importuni (nomina duarum domorum); et adhuc esset Burgum, idest vicus Sancti Apostoli, magis quietum, staret in pace, si de novis vicinis essent ieiuni; quia illic venerunt ad habitandum Hanibaldi, qui fuerunt multi in numero et

causa magne guerre et magne divisionis. Etiam in Burgo habitabant Bardi.

Modo vult tangere domum de Amydeys, de Ubertinis et de Bondelmontibus. Notandum quod unus iuvenis de domo de Bondelmontibus debuit desponsare unam puellam iuvenulam de domo illorum de Ubertinis, et omnia erant parata, et omnes promissiones ex utraque parte. Dum autem una die iste iuvenis de Bondelmontibus iret ad domum illorum de Ubertinis ad desponsandam puellam, una mulier de domo de Amydeys habebat unam pulcherrimam filiam, quam fecit quasi spoliata in una camera stare solam in una camisia subtilissima, et istum iuvenem de Bondelmontibus transeuntem iuxta domum suam et euntem ad desponsandum illam de Ubertinis, vocavit et dixit ei: Miser, quo vadis? et quam vis desponsare? Illa est una nigra, turpis et male formata: sed vide filiam meam: tale iocale ego volo eam tibi dare. Iste iuvenis, sciens illam quam ibat ad desponsare esse turpem, et videns hanc puellam de Amydeys tam pulchram, desponsavit eam, spernendo primam, pro qua promiserat. Tunc illi de Ubertinis, congregati, consilium fecerunt, si ista iniuria debebat vindicari aut non; multis dicentibus quod sic, aliis quod non. Quidam, qui vocabatur Mosca, dixit: Omnino facienda est vindicta: iste iuvenis est interficiendus, nam res facta caput habet. In vulgari italico, *Cosa fatta, capo ha*. Et sic fuit facta. Una die dominica, dum iste iuvenis de Bondelmontibus iret equitandum ad solatium per civitatem indutus de albo, isti de domo de Ubertinis interfecerunt eum. Propter cuius mortem illi de Bondelmontibus fecerunt magnam iterum vindictam, et sic ex utraque parte sunt interfecti multi et multi, et ex tunc Florentia nunquam habuit bonum statum. Hi[n]c incepit fletus, qui nunquam potuit consolari.

Domus, de qua natus est vester fletus, scilicet domus de Bondelmontibus, propter iustam indignationem, que vos interfecit, idest ad mortem deduxit, et posuit finem vestro vivere lieto, erat honorata ipsa et sui consortes. Aliqui dicunt, quod auctor loquitur hic de domo Amydeorum, quia propter puellam de domo Amydeys venerunt tot mala; sed ego credo quod auctor loquitur de domo [de] Bondelmontibus,

- 47 Era honorata essa e suoi consorti.
O Buondalmonte, come mal fuggisti
Le nozze sue per gl'altrui conforti!
48 Molti sarebben lieti, che son tristi,
Se Dio t'havesse conceduto ad Ema
La prima volta ch' a città venisti.
49 Ma conveniasi a quella pietra scema
Chel guarda 'l ponte, che Firenze fesse
Victima in su la sua pace postrema.
50 Con queste genti, e con altre con esse,
Vid' io Firenze in sì facto riposo,
Che non havea cagion onde piangesse.
51 Con queste genti vid' io glorioso,
E giusto el popol suo tanto, che 'l giglio
Non era in hasta mai posto a retroso,
Nè per division facto vermiglio.
- 47 *Erat honorata ipsa, et sui consortes.
O Bondelmontes, quantum male fugisti
Nuptias [suas] propter alterius malas confortationes!
48 Multi essent leti, qui nunc sunt tristes,
Si Deus tibi concessisset ad Emam
Prima vice qua ad civitatem venisti.
49 Sed bene conveniebat illi petre sceme
Que custodit pontem, que Florentiam fissit,
Victima in sua pace postrema.
50 Et [cum] istis gentibus, cum aliis et cum ipsis,
Vidi ego Florentiam in tali quiete,
Quod ipsa non habebat causam unde plangeret.
51 Cum istis gentibus vidi ego gloriosum,
Et iustum populum suum tantum, quod lilium
Non erat aste unquam positum per transversum,
Nec propter divisionem factum rubeum.*

quia ab illo iuvene, qui promiserat desponsare illam de domo de Ubertinis, cognita fuit iniuria, et ideo fuit interfectus iuste, saltem quantum ad mundum; fuit interfectus, quia decepit tantam domum, sicut fuit domus de Ubertinis. Ideo dicit textus: propter iustam indignationem.

O Bondelmontes (nomen proprium est illius iuvenis, qui fecit deceptionem, et erat de domo de Bondelmontibus), quantum male fugisti nuptias suas, idest illius puelle de Ubertinis, propter alterius malas confortationes! idest persuasiones, inductiones, vel mala consilia; idest matris illius puelle de Amydeys, que male suasit isti Bondelmonti, ut spreta illa puella de Ubertinis, desponsaret filiam suam: nam propter illam iniuriam tu fuisti interfectus, et propter mortem tuam et de morte tua facte sunt multe vindictae; unde Florentia ex tunc nunquam habuit bonum statum, et multi interfecti, qui forte adhuc viverent.

Multi essent leti, qui nunc sunt tristes (quia essent in Florentia in domo sua, et nunc sunt exules), si Deus concessisset tibi ad emam, vel duxisset te ad emam (multis modis hec ultima pars exponitur. Uno modo s'c: si nunquam familia de Bondelmontibus venisset Florentiam, prope quam est unus fluvius, qui vocatur Ema; idest si fuisses in isto fluvio submersus, vel non venisses ulterius), prima vice, qua ad civitatem, scilicet Florentie, venisti, de valle Grevi. Vel ad emam, scilicet ad diminutionem, ita quod tu fuisses mortuus antequam tu decepisses illos de Ubertinis.

Sed bene conveniebat illi petre sceme. Ma conveniasi a quella pietra scema: hec est quarta pars huius capituli, in qua attribuitur omnis discordia civitatis Florentie uni lapidi ydolo. Pro qua intelligenda, nota quod, sicut dictum est alibi, Florentini, antequam fierent christiani, adorabant

Martem et ydolum Martis, quod ydolum stabat in Ecclesia Sancti Ioannis. Quia Florentie, quando facta est christiana, tunc ydolum Martis fuit aliquantulum fractum; et propter istam fracturam dicitur petra scema, idest diminuta: et fuit positum istum ydolum in Ponte Veteri, qui est de quatuor pontibus Florentie nobilior. Et quia illud ydolum erat statua Dei preliorum et discordie, apparet aliquibus, quod semper Florentia debeat habere discordias inter cives suos. Ideo dicitur in textu: Sed bene conveniebat illi petre sceme, idest diminute, que custodit pontem, idest stat in ponte, scilicet veteri (modo tamen non est ibi), que Florentiam fissit, idest divisit, ita quod illa petra divisit Florentiam.

Modo Cacciaguida concludit ad ultimam petitionem auctoris, et ad omnes simul. Cum gentibus et cum aliis, idest de quibus tibi dixi, et cum ipsis, vidi ego Florentiam in tali quiete, quod ipsa non habebat causam unde, idest propter quam, plangeret.

Cum istis gentibus vidi ego gloriosum et iustum populum suum tantum, quod lilium non erat aste unquam positum transversum, idest per transversum, nec propter divisionem factum rubeum. Nota quod lilium, quod est arma Florentini, seu Florentie civitatis, solebat esse album, et stare in vexillo rectum; modo stat per transversum, secundum tamen quod portatur asta. In guerra, que facta fuit circum Faventiam per Imperatorem, Imperatore petente vexillum a Florentinis, una pars ivit cum lilio albo, sicut solebat esse; alia, in despectum istorum primum euntium, fecerunt depingi lilium rubeum: et sic duravit hucusque et durat. Vult dicere auctor, quod ita habuit pro malo, ille dyabolus qui stabat in illo ydolo Martis, quod Florentia fieret christiana, quod semper procuravit discordias, et auxit illas, et conservavit illas; ideo illa civitas semper est divisa, etc.

Le anime veramente grandi si appalesano non soltanto nel concepire grandi cose e nel metterle ad effetto, ma molto più nel saper giudicare del valore che ciascuna e tutte, qualunque siasi, hanno in sé, nell'intendere donde tutte lo ricevono e quel che ne resterà di eterno; non essendo tutto il resto che ombra fugace e, in ultimo, strazio dello spirito.

In coteste anime domina supremamente l'idea di Dio, e però grandi sono sempre i loro concepimenti, e onda di fiume, che passa e si dilegua, quanto accade quaggiù; di cui neanche apparisce il relativo valore, se non si consideri connesso al fine supremo della creazione, il quale non può essere altro che il pieno trionfo in essa della gloria di Colui che l'ebbe fatta.

Una di coteste anime fu l'Alighieri: e così egli, in questa sua l'antica immortale, descrive l'universo giunto al suo termine, cioè al tramutamento in cui dovrà eternarsi. Quindi la nullità che egli vede e sente in tutto ciò che forma la presente vita; e i rapimenti, le estasi, la luce, il riso, i tripudii, la vita vera, che lo trasumanano in cielo. Udiamone la parola.

Le vostre cose tutte hanno la morte
 Sì come voi; ma celasi in alcuna,
 Che dura molto, e le vite son corte.

 O poca nostra nobiltà di sangue,
 Se gloriati di te la gente fai
 Quaggiù, dove l'affetto nostro langue.
 Mirabil cosa, ecc.

 Ben se' in manto che tosto raccorre,
 Sì che, se non s'appon di die in die,
 Lo tempo va dintorno con le forze.

 O superbi cristian, miseri, lassi,
 Che della vista della mente infermi,
 Fidanza avete ne' ritrosi passi;
 Non v' accorgete voi che noi siam vermi,
 Nati a formar l'angelica farfalla,
 Che vola alla giustizia senza schermi?
 Di che l'animo vostro in alto galla?
 Voi siete quasi entomata in difetto,
 Siccome verme, in cui formazion falla,

 O gente umana, per volar su nata,
 Perché a poco vento così cade?

 O insensata cura de' mortali,
 Quanto son difettivi sillogismi,
 Quei che ti fanno in basso batter l'ali!
 Chi dietro a iura, e chi ad aforismi
 Sen giva, e chi seguendo sacerdozio,
 E chi regnar per forza o per sofismi;
 E chi'n rubare, e chi'n civil negozio,
 Chi nel diletto della carne involto,
 S'affaticava, e chi si dava all'ozio.

Ma fin qui in fondo non differirebbe dal Fausto di Goethe; e qui fermandosi, mostrerebbe un intelletto ben guasto, se non vogliamo dire che tutto il potere dell'intelligenza si chiuda in una viva e scomposta fantasia, a cui sono appagamento violenti contrasti, dissolvimenti, il nulla. L'intelletto è vigore alto, sereno, divino, il quale spazia sopra il tempestoso flut-

tuare di questa bassa marea, e si appunta dove tutto ciò che è reale avrà compimento e pace. E lassù il Poeta si fissa e se ne sente beato.

Scegliamo fra tutti il tratto seguente. Egli è nel Sole, dove, udite da Tommaso d'Aquino molte belle ed importanti cose, fa sì che all'invito di Beatrice un altro di quegli spiriti beati lo chiarisca della trasumanazione che ci aspetta in cielo.

A costui fa mestieri (e nol vi dice
 Nè con la voce, nè pensando, ancora)
 D'un altro vero andare alla radice.
 Ditegli se la luce, onde s'infiora
 Vostra sustanzia, rimarrà con voi
 Eternamente, sì com'ella è ora:
 E se rimane, dite come, poi
 Che sarete visibili rifatti,
 Esser potrà ch'al veder non vi nò.
 Come, da più letizia pinti e tratti,
 Alla fiata quei che vanno a ruota
 Levan la voce e rallegrano gli atti;
 Così all'orazion pronta e devota,
 Li santi cerchi mostrar nuova gioia
 Nel torneare e nella mira nota.
 Qual si lamenta perché qui si muoia
 Per viver colassù, non vide quive
 Lo refrigerio dell'eterna ploia.

 E io udii, nella luce più dia
 Del minor cerchio, una voce modesta,
 (Forse qual fu dell'Angelo a Maria)
 Risponder: Quanto fia lunga la festa
 Di Paradiso, tanto il nostro amore
 Si raggerà d'intorno cotal vesta.
 La sua chiarezza seguita l'ardore,
 L'ardor la visione: e quella è tanta
 Quanto ha di grazia sovra suo valore.
 Come la carne gloriosa e santa
 Fia rivestita, la nostra persona
 Più grata fia, per esser tutta quanta:
 Perché s'accrescerà ciò che ne dona
 Di gratuito lume il sommo Bene,
 Lume che a lui veder ne condiziona:
 Onde la vision crescer conviene,
 Crescer l'ardor che di quella s'accende,
 Crescer lo raggio che da esso viene.
 Ma sì come carbon che fiamma rende,
 E per vivo candor quella soverchia,
 Sì che la sua parvenza si difende;
 Così questo fulgor, che già ne cerchia,
 Fia vinto in apparenza dalla carne
 Che tutto di la terra ricoperchia.
 Nè potrà tanta luce affaticarne;
 Chè gli organi del corpo saran forti
 A tutto ciò che potrà dilettarne.

La conclusione è, che le anime veramente grandi, sono primamente e sopra tutto religiose, e che nella luce dei veri rivelati trovano il compimento della loro intelligenza; e per opposto è indizio di anime ristrette e meschine, l'avversione a Dio e a quanto concerne la sua Religione. E corrisponde a quanto già aveva detto Bacone da Verulamio: che, cioè, mentre i grandi e forti studi menano alla fede, i ristretti e leggieri ne allontanano.

CAPITULI DECIMISEPTIMI SUMMARIUM

In isto decimoseptimo capitulo, quod incipit: *Qualis devenit Clinene*, etc., auctor ostendit quod sicut Epaphus ivit ad Climenem matrem suam propter certificari de hiis que audiverat dicta contra se; ita Dantes recurrit ad dominum Cacciaguidam, propter certificari de hiis que contra se audiverat tam in Inferno quam in Purgatorio, rogans ipsum. ut ipsum declaret de hiis, quia sagipta previsa lentius nocet. Cui respondit dominus Cacciaguida, non per ambages, sed per verba clara, declarans sibi, quod ipse erat expellendus de Florentia, et quomodo oportebat eum dimictere res cariores, scilicet domum, consanguineos, etc. Et hoc non propter suos defectus; sed propter suum benefacere expelletur, sicut fuit expulsus Ypolitus de Athenis, etc. Demum predicit sibi remedium quod habebit, scilicet quod dominus Mastinus De la Scala recipiet eum benigne, et antequam Dantes petat, ille sibi subveniet; et confortat eum, quia ipse videbit vindictam inimicorum suorum. Tunc auctor dixit: Sum paratus sustinere omnes persecu-

tiones; sed petit unum consilium, scilicet tale. In componendo istum librum, ego ea que vidi, tam in Inferno quam in Purgatorio et etiam in Paradiso, scripsi in eo; et talia vidi et audivi, que si forte fuerint scita et visa per multos, ego incidam in iram eorum et sic perdam omnem statum. Primo perdam statum civitatis mee, demum ego perdam omnem alium; propterea quia ista que ego scripsi, erunt ad displicentiam multorum. Ex alia parte, timeo tacere veritatem, ne offendam Deum. Tunc dominus Cacciaguida, respondens, dixit quod secure ipse deberet pallificare veritatem, nec timeret; et si vox auctoris sic in prima facie erit displicibilis, tamen erit utilis, sicut medicina amara in primo gustu displicet, tandem est causa sanitatis. Et subdit: Ita eveniet de hiis que tu scripsisti, sicut de vento, qui non percutit nec commovet herbas parvas que stant in basso, sed solum summitates arborum altarum: ideo monstrare sunt tibi res digne nota, ut illas publices; quod tibi cedet ad honorem.

CAPITULUM DECIMUMSEPTIMUM

- ¹ Qual venne a Clymene, per accertarsi
Di quel ch'aveva contra sè udito,
Quel ch'anco fa li padri a' figli scarsi;
² Tal era io, e tal era sentito
Da Beatrice, e da la sancta lampa
Che pria per me havea mutato sito.

Qualis devenit Climene. Quale venne Climene: istud est decimumseptimum capitulum huius Paradisi, in quo auctor introducit dominum Cacciaguidam, qui loquutus fuit iam per totum capitulum preceps, describendo statum antiquum et etiam aliquantulum novum civitatis Florentie, ad describendam fortem fortunam et duram super se auctorem venturam. Quod quidem capitulum dividitur in quatuor partes. In quarum prima auctor, de mandato Beatricis, petit a domino Cacciaguida de aliquibus pronosticis et presagiis, seu divinationibus, quas audierat contra se. In secunda parte, que incipit ibi:

Non per ambages, in quibus;
Non per ambage, in che,

ille spiritus domini Cacciaguide respondet auctori, ostendendo qualis erit fortuna sua, scilicet auctoris. In tertia parte, que incipit ibi:

Primum tuum refugium;
Lo primo tuo rifugio,

predictus spiritus ad consolationem auctoris narrat remedium quod habebit in illa adversitate. In quarta, que incipit ibi:

Postquam, tacendo, se monstravit;
Poiché, tacendo, si mostrò,

auctor ponit unum consilium a predicto spiritu circa publicationem istius sui operis.

- ¹ Qualis devenit ad Climenum, ut certificaretur
De hiis que contra se audiverat,
Ille qui adhuc facit patres filiis scarso,
² Talis eram, et talis sentitus
Est a Beatrice, et a sancta lampade
Que prius propter me mutaverat situm.

Circa primam partem, primo oportet notare unam fabulam, que ponitur in principio secundi libri Methamorphoseos, que est hec quoad spectat ad propositum. Sol ex quadam domina, nomine Climene, genuit unum filium nomine Phetont. Qui vadens per mundum, portabat arcum et sagittas, qui obviavit Epapho, iuveni ferenti etiam arcum et sagittas, cui dixit Phetont: Cur tu portas insignia mea, scilicet arcum et sagittas cum pharetra? Dixit sibi Epaphus: Et tu quis es, qui sic michi loqueris? Cui ait Phetont: Ego sum filius dei Solis. Phetonti dixit Epaphus: Nihil dicis tu: nequaquam es filius dei Solis; sed mater tua mentitur tibi, dum asserit te ex deo Sole genuisse. Quod audiens Phetont, tristis abiit ad matrem, hec sibi que audierat indicando. Tunc Climene dixit filio suo Phetont: Ecce, dixi tibi verum; et si michi non credis, vadas ad orientem: quando pater Sol tuus oriatur cras mane, interroga ipsum, si sic est, an non, et sic scies veritatem. Phetont sic fecit: ivit ad orientem, et mane orientem patrem suum interrogavit, si sic esset, quod ipse esset filius suus. Cui Sol dixit, quod sic erat. Tunc dixit Phetont Soli: Ut totus mundus sciat, quod ego sum filius tuus, volo quod facias michi unam gratiam. Dixit Sol: Faciam libenter. Dixit filius: Iura quod facias michi gratiam hanc. Tunc Pater iuravit per fluvios et Stigias infernales; quod iuramentum non potest retrahi. Tunc petiit Phetont conducere una [vice] currum Solis. Cui dixit pater: Male petis, fili; tu non poteris nec scies conducere, et male eveniet tibi. Dixit Phetont: Non, pater; omnino volo hanc gratiam. Cui

- ³ Per che mia Donna: Manda fuor la vampa
Del tuo disio, mi disse, sì ch'ella esca
Segnata bene dell'eterna stampa;
⁴ Non perchè nostra conoscenza cresca
Per tuo parlar, ma perchè tu t'ausi
A dir la sete, sì che l'huom ti mesca.
⁵ O cara pietra mia, che sì t'insusi,
Che, come veggion le terrene menti
Non caper in triangol due ottusi,
⁶ Così vedi le cose contingenti,
Anzi che sieno in sè, mirando 'l punto
A cui tutti li tempi son presenti,

dixit pater: Non possum denegare, sed doleo tibi promississe: ex hoc morieris, quia nescies conducere equos, qui sunt fortes: hac nocte habuerunt optimum pabulum et blandum copiose. Attamen pater instruxit filium suum, quantum fuit sibi possibile. Puer, conducens currum, quando fuit in medio celi, equi non obedebant sibi; sentiebant enim puerum esse inscium; et sic Sol stetit, sive currus Solis, in meridie diu. Unde terra, que comburebatur, clamabat et oravit devote et suppliciter ad Iovem; qui Iupiter misertus est terre, et fulminavit Phetont. Et ecce quod gratia, quam fecit sibi pater suus, fuit sibi nociva. Unde patres dicere debent filiis, petentibus non proficua, quod non petant; et discere debent patres per hoc exemplum esse avaros, idest non concedere filiis petentibus iniusta. Auctor igitur, continuans dicta dicendis, quoniam in capitulo precedenti spiritus ille, scilicet domini Cacciaguide, narraverat auctori genealogiam suam, et dixerat de domibus civitatis Florentie, et videbat auctor et cognoscebat quod ille spiritus, qui videt in Deo omnia futura, sciret ipsum informare de hiis que futura erant sibi auctori; ideo auctor cupiebat declarari, quia ipse auctor stabat suspectus et stupidus propter multa que dicta erant sibi, et dubitabat quid agere debebat. Non volebat recurrere ad illum spiritum, sicut fecit Phetont, recurrrens ad matrem suam Climenum, ad sciendum utrum esset filius Solis, vel ne; quia fuit sibi improbatum quod non esset filius Solis, ideo ivit ad Climenum ut certificaretur.

Qualis devenit ad Climenum, ut certificaretur de hiis que contra se audierat, ille, scilicet Phetont, qui adhuc facit patres filiis scarso, idest avaros (qui[a] pater Phetont fuit sibi Phetonti, sicut ipse petierat, l. beralis, concedens gratiam, que fuit sibi ad dampnum et nocumentum mortale; ideo illi patres aliorum didicerunt suis filiis esse avaros, idest non concedere gratias, que perveniunt ad dampnum et iacturam), talis eram ego (quia audieram multa contra me dicta), et talis eram sentitus, idest persensus, a Beatrice, et a sancta lampade, idest ab anima illa que sicut lampas lucebat, que, scilicet lampas, prius, propter me, idest amore mei, vel causa mei, mutaverat situm; quia a cornu dextro crucis descendit ad pedem crucis, ut dictum est.

- ³ Ex quo mea domina: Micta foras vampam
Cum tuo desiderio, michi dixit, ita quod exeat
Signata bene de interna stampa;
⁴ Non quod propterea nostra cognitio crescat
Propter tuum loqui, sed ad hoc ut assuescas
Ad dicendum sitim, ita quod homo tibi mescet.
⁵ O cara planta mea, que sic sursum ostendis,
Quod sicut vident terrene mentes
Non contineri in uno triangulo duos obtusos,
⁶ Sic vides res contingentes.
Antequam sint in se, respiciendo punctum
Cui omnia tempora sunt presentia;

Ex quo mea domina, scilicet ait: Micta foras vampam, idest vocem, cum tuo desiderio, michi dixit, ita quod exeat signata bene de interna stampa, idest de conceptu mentis, vel de conceptione mentali, idest quod bene exprimat conceptum tuum internum, scilicet quem interius concepisti: quia tu audisti contra te dici, quod esses expulsus de tua civitate et ires per patrias alienas, querendo auxilia ab alienis, etc., et quod oporteret te ire per mundum et comedere panem alienum; non quod propterea nostra cognitio crescat (quia iam scimus quod tu vis dicere, quia omnia videmus in Deo tamquam in speculo, in quo omnia limpidissime relucent) propter tuum loqui, sed adhuc ut assuescas ad dicendum sitim, idest ut declararetur tibi id quod tu appetis scire, ita quod homo tibi mescet, idest propinet. Mescere est vocabulum florentinum, unde mescet, idest propina vinum. Mescet: idest propinet.

Modo auctor, confortatus a Beatrice de petendo, incipit petere ab isto spiritu de hiis que superventura sunt sibi, et captat benevolentiam ab eo cum dulcibus verbis, asserens illum spiritum multum ascendere sursum in cognitione, ita quod ipse videt in Deo res contingentes clare, sicut in geometria demonstratur, quod impossibile est in uno triangulo esse duos angulos obtusos. Nota quod triangulus est figura continens tres angulos tantum. Demum nota quod triangulus causatur cum tribus lineis, cuius, scilicet trianguli, tres sunt species, scilicet equilaterius, qui habet tria latera equalia; ysoceles, qui habet duos angulos equalis, et tertium inequalem, ysopleuron, scilicet ille qui omnes tres lineas equalis habet. Modo in geometria concluditur, non posse esse duos obtusos angulos in aliquo triangulo. Angulus obtusus est ille, qui opponitur acuto: quando linea recta cadit super aliam lineam rectam, et non recte, sed transversaliter, intercedens eam, tunc causantur duo anguli obtusi et duo acuti, ut patet X: modo duo anguli maiores dicuntur obtusi, minores vero dicuntur acuti. Dicunt geometri boni, quod in nullo triangulo possunt esse duo obtusi; et clare hoc demonstratur. Sicut ista declaratio fit clarissima, sic, imo amplius clare, vident Beati futura contingenta in Deo, speculo clarissimo in quo omnia relucent,

- 7 [Mentre ch'io era a Virgilio congiunto
Su per lo monte che l'anime cura,
E discendendo nel mondo defunto,
8 Dette mi fur di mia vita futura
Parole gravi; avvegna ch'io mi senta
Ben tetragono ai colpi di ventura.
9 Per che la voglia mia saria contenta
D'intender qual fortuna mi s'appressa;
Chè saetta previsa vien più lenta.]
10 Così diss'io a quella luce stessa
Che pria m'avea parlato, e come volle
Beatrice, fu la mia voglia confessa.
11 Non per ambage, in chi la gente folle
Già s'invasea pria che fosse anciso⁽¹⁾
L'Agnel di Dio che le peccata tolle,
12 Ma con chiare parole, e con preciso
Latin, rispose quell'amor paterno,
Chiuso e parvente nel suo chiaro riso:

(1) ucciso.

quia omnia sunt presentia Deo; nihil preteritum, nihil futurum, est in ipso Deo.

O cara plancta mea (quia de ea descenderat auctor, ut dictum est superius, qui Cacciaguida fuit pater proavi auctoris), que sic sursum ascendis in cognoscendo archana, quod, sicut vident terrene mentes bene experte in geometria, non contineri in uno triangulo duos obtusos, vel unum triangulum non esse capacem duorum obtusorum, sic vides res contingentes antequam sint in se, idest antequam sint presentes, respiciendo punctum, idest Deum, in quo omnia relucent, cui omnia tempora sunt presentia: ideo tu poteris bene de meis dubiis declarare.

Dum ego eram Virgilio coniunctus, scilicet per Infernum et Purgatorium, super montem qui animas curat, idest purgat (hic mons est Purgatorium), et descendendo in mundum defunctum, idest in Infernum, dicta michi fuerunt de mea vita futura valde gravia, idest indicantia michi graves penas michi superventuras, quamvis ego sentiebam me thetragonum ad ictus, idest percussiones, fortune. Nota quod thetragonus est corpus quadratum, habens sex latera, sicut est taxillus qui habet sex latera quadrata. In uno est unus punctus, in alio duo; in alio tres, in alio quatuor, in alio quinque, in alio sex, et in quolibet stat recte. Ita sapiens in omni adventu fortune. Ideo sapiens assimilatur thetragono; et ideo tali figure assimilatur sapiens, quia sapiens ad omnem fortunam stat plane, quia si est prospera, non extollitur, si est adversa, non deprimatur. Sic dicit Dantes hic de se, quomodo ipse est dispositus portare omnem fortunam prudenter.

Quare voluntas mea esset contenta intelligere, qualis fortuna michi se appropinquat, alias appropinquatur, quia

- 7 *Dum ego eram Virgilio coniunctus*
Super montem qui animas curat,
Et descendendo in mundum defunctum,
8 *Dicta michi fuerunt de mea vita futura*
Verba gravia; quamvis ego me sentiam
Bene thetragonum ad ictus fortune.
9 *Quare voluntas mea esset contenta*
Intelligere qualis fortuna michi se appropinquat;
Quia sagipta previsa venit plus lenta.
10 *Sic dixi ego ad illam lucem eandem*
Que prius loquuta michi erat, et sicut voluit
Beatrix, fuit mea voluntas confessa.
11 *Non per ambages, in quibus gens follis*
Iam inviscabatur, priusquam esset occisus
Agnus Dei qui peccata tollit,
12 *Sed per clara verba, et cum preciso*
Latino, respondit ille amor paternus,
Clausus et apparens de suo proprio risu:

sagipta previsa venit plus lenta, idest minus nocet. Hic auctor assignat causam quare vult prescire de sua fortuna, ut possit sibi providere. Sed queritur si possibile est, quod aliquis posset fugere fortunam, sive posset facere quod futura non eveniant. Dic quod, sicut vult Aristotiles in secundo Physicorum, aliqua futura habent causam determinatam sic et taliter, quod necessario eveniant, sicut sunt solis et lune versiones, aliqua sic eveniunt quod etiam possent non evenire. Ad prima non opponuntur remedia, nec possunt opponi nisi per potentiam divinam. Ad secunda vero, etsi illa non fugiuntur, opponuntur tamen aliqua remedia: ut si celum disponit longam et magnam et frigidam yemem, magna longa et frigida yems eveniet; sed tu posses tibi providere cum multa multitudine lignorum, ad faciendum bonum et continuum ignem, cum bonis pellicis, etc.: et ideo bonum est prescire futura ad sic providendum. Et ideo Aristotiles, scribens ad Alexandrum, consulebat sibi, quod semper teneret et haberet secum valentes philosophos et astrologos, qui scirent sibi indicare de futuris.

Sic ego dixi, scilicet Dantes, ad illam lucem eandem, scilicet ad animam domini Cacciaguide, que prius michi loquuta erat; et sicut voluit Beatrix, fuit mea voluntas, idest obedi.

Non per ambages, in quibus. Non per ambage, in che: hec est secunda pars huius capituli, in qua spiritus domini Cacciaguide ostendit auctori qualis erit fortuna sua. Pro quo intelligendo, notandum est, quod antiquo tempore, antequam Agnus Dei, scilicet Christus, esset crucifixus, pagani consulebant Deos suos falsos; et illi dabant responsa enigmatica, que non intelligebantur; et ideo qui a

- 13 La contingentia, che fuor del quaderno
De la nostra materia non si stende,
Tutta è dipincta nel conspecto eterno.
14 Necessità però quindi non prende,
Se non come dal viso in che si spechia
Nave, che per torrente in giù discende.
15 Da indi, sì come viene ad orecchia
Dolce armonia d'organo, mi viene
A vista el tempo che ti s'apparechia.
16 Qual si parti Ypolito d'Atene
Per la spiatata e perfida noverca,
Tal di Fiorenze partir ti conviene.
17 Questo si vuole, e questo già si cerca,
E tosto verrà facto a chi ciò pensa,
Là dove Chrysto tutto si commercia.
- 13 *Contingentia, que extra quaternum*
Nostre materie non extenditur,
Tota est depicta in conspecto eterno.
14 *Necessitatem ideo hinc non apprehendit,*
Nisi sicut a visu in quo speculatur
Navis, que per torrentem infra descendit.
15 *Abinde, sicut venit ad aurem*
Dulcis armonia ab organis, venit michi
Ad visum tempus quod tibi paratur.
16 *Qualis Ypolitus recessit de Athenis*
Propter impiam et perfidam novercam,
Talem de Florentia recedere te oportet.
17 *Istud vult, et istud iam queritur,*
Et cito veniet factum ab illis qui hoc cogitant,
Ibi ubi Christus coctidie mercatur.

talibus petebant consilia, decipiebantur. Nota quod ambages, proprie, sunt verba enigmatica, habentia diversos sensus et pugnancia, et nesciunt audientes qui illorum sensuum sit tenendus. Modo iste spiritus non respondit auctori per tales ambages, sed per verba clara et bene intelligibilia. Non per ambages, idest verba enigmatica, in quibus gens follis, idest gens pagana, follis, idest decepta vel stulta, iam inviscabatur, idest sicut avis in visco capiebatur, priusquam esset occisus Agnus Dei qui peccata tollit, idest Christus, sed per verba clara et preciso latino, respondit ille amor paternus, clausus, scilicet in suo lumine, et apparens de suo proprio risu.

Contingentia, idest res contingentes, que extra quaternum nostre materie, idest ydearum, non extenditur, idest tota apparet in ydeis, vel contingentia que non reperitur nisi in rebus materialibus, que possunt evenire et non evenire, tota est depicta in conceptu eterno.

Necessitatem inde non apprehendit; idest quamvis res contingentes sint depicte in Deo, propter hoc tamen non evenient de necessitate, nisi sicut a visu, idest a facie, in quo speculatur, vel videtur, navis que per torrentem infra descendit. In isto ternario prescripto, respondet ille spiritus une tacite obiectioni. Posset quis dicere: Si Deus videt ista contingentia esse futura, et scientia Dei est infallibilis, quomodo potest esse, quod de necessitate non eveniant? Dicit ille spiritus, quod, licet Deus videat illa contingentia et futura, propter hoc non capiunt necessitatem aliquam. Ymagineris quod Deus videt futura, sicut tu vides presentia. Nam tu vides currum duci ab equis; tamen tua visio non imponit necessitatem illis equis, ut ipsi necessario trahant currum. Et nota quod nihil est futurum in Deo, quia in Deo non currit tempus, sed ipse in instanti eternitatis omnia videt. Sumatur exemplum tale satis grossum. Tu stas in lictore maris, et vides navim

cum bono ventu venire ad portum; tunc tu dices: Ecce illa navis statim veniet ad portum, et cum salute. Illa tua tamen visio non imponit necessitatem illi navi, quod ipsa veniet cum salute ad portum, quia posset habere aliquod obstaculum, ita quod non veniret. Sic se habet nauta in navi, sicut anima in corpore. Si anima bene regit corpus, cum salute finiet; si male, cum discrimine finiet. Nam pilotus potest divertere velum, vel alio modo ordinare; et sic navis non applicabit ad portum, sicut tu indicasti. Nam vult iste spiritus dicere auctori, quod sicut ab organis, bene et a bono organista et pulsatore tactis, dulcis armonia vadit ad aures audientium; ita, quod ad visum ipsius spiritus, ibat tempus quod Danti parabatur, idest illud in tempore parabatur ipsi Danti.

Et ponit, per comparisonem Ypoliti, fortunam auctoris; dicens, quod sicut Yppolitus (nota quod Ypolitus fuit filius Thesei, ducis Athenarum: ipse Ypolitus habebat novercam, scilicet Fedram, filiam Minoys regis Cretensis, valde libidinosam, que invitavit ipsum Ypolitem de stupro: qui omnino renuit et noluit consentire: Fedra, noverca sua, videns se spretam ab ipso, incusavit eum Ypolitem patri suo Theseo, qui Theseus expulit Ypolitem), qui nunquam plus rediit, sic eveniet Danti propter suum bene operari, qui fuit expulsus et nunquam rediit in Florentiam.

Abinde, sicut evenit ad aurem dulcis armonia ab organis, venit michi ad visum, idest faciem, tempus quod tibi paratur; idest, ita video illa que tibi tempore proxime venturo parantur.

Qualis Ypolitus, idest qualiter, recessit de Athe[n]is propter impiam et perfidam novercam, scilicet Fedram Thesei uxorem; talis, idest taliter, de Florentia te recedere oportet, quia iniuste expelleris.

Istud vult, idest multi volunt hoc, et istud iam queritur, et cito veniet factum ab illis qui hoc cogitant, ibi ubi Christus coctidie mercatur, idest ubi venditur et emitur;

- 15 La colpa seguirà la parte offensa
In grido, come suol; ma la vendetta
Fie testimonio al ver che la dispensa.
- 16 Tu lasserai ogni cosa diletta
Più caramente; e questo è quel [lo] strale,
Che l'arco dell'esilio pria saetta.
- 20 Tu proverai sì come sa di sale
Lo pane altrui, e come è duro calle
L'ascender⁽¹⁾ e salir per altrui scale.
- 21 E quel che più ti graverà le spalle,
Sarà la compagnia malvagia e scempia,
Co' la qual caderai in questa valle;
- 22 Che tutta ingrata, tutta matta et empia,
Si farà contra te; ma poco apresso
Essa, non tu, n'havrà rossa la tempia.

(1) al. descender.

idest in Curia romana, ubi, propter symoniam que continue committitur in romana Curia, maxime per papam Bonifacium, Christus venditur et emitur. Nota quod in millesimo tercentesimo Florentie erant magne divisiones inter partem Albam, de qua erat ipse Dantes, cuius caput erat dominus Veri de Circulis, et Nigram, cuius caput erat dominus Curtius Donati. Papa Bonifacius, audiens hec, misit pro istis duobus capitibus partium, scilicet pro domino Veri de Circulis, et pro domino Cursio de Donatis, et accersivit eos: qui iverunt ad Papam. Tunc Papa voluit eos concordare; non potuit, et sic steterunt pluribus temporibus. Tandem dominus Veri de Circulis, caput partis Albe, que tunc regebat in Florentia, dixit Pape: Cur me tenetis hic in Curia? Dixit Papa turbatus per talia verba domini Veri: Quis dyabolorum te tenet? vadas quocumque vis. Dominus Veri reversus est Florentiam. Dominus Cursius Donati dixit Pape: Sum paratus facere quicquid placet vobis; et si vultis quod nunquam redeam Florentiam, nunquam redibo. Erat prudens homo dominus Cursius, et semper tenuit complacentiam Pape. Tunc Papa misit pro Karolo Sineterra (dicebatur Sineterra, quia nullum dominium habebat), de domo Frantie, quem misit Florentiam tamquam pacificatorem civitatis. Qui veniens Florentiam, recepit partem Nigram, et expulit Albam; et tunc fuit expulsus Dantes, cum multis de parte Alba, quorum aliqui reversi sunt in Florentiam, et aliqui interfecti. Dantes nunquam rediit; nec voluit, extra Florentiam exul, tenere aliquam partem, nec Albam nec Nigram, sed per seipsum stetit. Nec melius potest facere prudens homo in civitate divisa, quam nullam partem tenere. Et sic fecit Dantes. Verum est tamen, quod communiter infamia sequitur prudentes, quia ignorantes rem dicunt: *Ben li sta*, idest iuste perdiderunt. Tamen in brevi, quando fuit expulsa pars Alba de Florentia, ille dominus Cursius fuit etiam expulsus; et fugiens cecidit de equo, habens unum pedem in staffa, quem non potuit foris trahere; et sic tractus per

- 15 *Culpa sequetur partem offensam*
In clamore, sicut solet; sed vindicta
Fiet testimonium vero que eam dispensat.
- 16 *Tu dimictes omnem rem dilectam*
Magis care; et ista est illa sagipta,
Quam arcus exilii prius sagiptat.
- 20 *Tu probabis sicut sapit salem*
Panis alienus, et quomodo durus est callis
Descendere et ascendere per alienas scalas.
- 21 *Et illud quod tibi plus gravabit humeros*
Erit sotietas mala et stulta,
Cum qua tu cades in istam vallem;
- 22 *Que tota ingrata, tota fatua et impia,*
Fiet contra te; sed paulo prope
Ipsa, non tu, habebit rubeam genam.

unam vallem ab equo, mortuus est: et ita apparuit quod dominus Cursius fuit culpabilis, ipse qui fuit principalis ad expellendum Dantem de Florentia.

Culpa sequetur partem offensam (idest in opinione vulgari diffamabuntur offensi et expulsi) in clamore, scilicet vulgi, sicut solet, supplere evenire; sed vindicta fiet, idest erit, testimonium vero, idest veritati, que eam dispensat: idest, vindicta Dei ostendet, que pars fuit culpabilis. In millesimo tercentesimo Dantes fuit expulsus de Florentia; et in millesimo tercentesimo septimo dominus Cursius de Donatis fuit etiam expulsus, et fugiens mortuus est, ut dictum est superius.

Tu dimictes omnem rem dilectam, idest civitatem Florentie, domum tuam, uxorem, filios, etc., magis care; et ista est illa sagipta, quam arcus exilii prius sagiptat.

Tu probabis sicut sapit salem panis alienus, idest quomodo sapit, et quomodo durus est callis descendere et ascendere per alienas scalas; idest, durum est habitare cum alienis.

Et illud quod tibi plus gravabit spallas, idest humeros, erit sotietas mala et stulta, cum qua tu cades in istam vallem, idest in istud exilium (hoc dicitur propter dominum Veri de Circulis, qui nescivit se bene regere cum papa Bonifacio); que tota ingrata (quia multi, qui expulsi fuerant cum Dante, reversi sunt in Florentiam, nullam faciendo memoriam, et multi exules erant interfecti), tota fatua et impia, fiet contra te; sed paulo prope, idest post, in brevi, ipsa, non tu, habebit rubeam genam, idest habebit causam bene verecundandi.

- 23 Di sua bestialità el suo processo
Farà la prova, sì che a te fi' bello
Haverti facto parte per te stesso.
- 24 Lo primo tuo refugio e 'l primo ostello
Sarà la cortesia del gran Lombardo,
Che 'n sulla scala porta 'l sancto ucello;
- 25 Ch'avrà in te sì benigno riguardo,
Che del far e del chieder, fra voi due,
Pria sarà quel che tra gl'altri è 'l più tardo.
- 26 Con lui vedrai colui che 'mpresso fue,
Nascendo, sì di questa stella forte,
Che notabili fien l'opere sue.
- 27 Non se ne son ancor le genti accorte,
Per la novella età; che pur nove anni
Son queste stelle intorno di lui torte.
- 28 Ma pria che 'l Guasco l'alto Arrigo inganni,
Parran faville de la sua virtute
In non curar d'argento nè d'affanni.
- 29 Le sue magnificentie cognosceute
Saranno ancora sì, ch'è suoi nemici
Non ne potran tener le lingue mute.
- 23 *De sua bestialitate suus processus*
Faciet probationem, ita quod tibi erit pulchrum
Fecisse tibi partem per te ipsum.
- 24 *Primum tuum refugium et primum hospitium*
Erit curialitas magni Lombardi,
Qui super scala portat avem sanctam;
- 25 *Qui in te habebit ita benignum aspectum,*
Quod in dicere et facere, inter vos duos,
Erit primum illud quod inter alios est magis
Cum eo videbis illum qui impressus fuit, [tardum].
- 26 *Nascendo, ita ab ista stella forti,*
Quod notabilia erunt opera sua.
- 27 *Non adhuc gentes de illo perpenderunt,*
Propter novellam etatem; quia solum novem annos
Sunt iste rote circa eum retorte.
- 28 *Sed priusquam Vasco altum Henricum decipiat,*
Apparebunt faville de sua virtute
In non curare de argento nec de fatigationibus.
- 29 *Sue magnificentie cognite*
Erunt adhuc ita, quod sui inimici
Non poterunt de illis tenere linguas raucas.

De sua bestialitate, quia bestialiter se habebat, suus processus, idest eventus, faciet probationem, idest experientiam, ita quod tibi erit pulchrum fecisse tibi partem per te ipsum; idest, stare indifferenter ad utramque partem, et cum nulla illarum tenere.

Primum tuum refugium. Lo primo tuo rifugio: hec est tertia pars huius capituli, in qua predictus spiritus, ad consolationem auctoris, narrat remedium quod inveniet in illa adversitate. Nota quod dominus Bartholomeus, capitaneus Verone De la Scala, qui fuit pater domini Magni Canis antiqui, recepit Dantem expulsus de Florentia in suam civitatem Verone benigne, et dedit sibi etiam provisionem, antequam Dantes peteret aliquid ab ipso. Et ille capitaneus fecit oppositum eorum quam modo faciunt domini moderni, qui volunt pluries rogari antequam aliquid dent, et iste prevenit petitionem Dantis. Iste capitaneus habuit unum filium, nomine Canis Magnus, qui in decem et octo annis fecit mirabilia tam in prudentia quam in armis. Iste fuit dominus totius Marchie Trivisine, Trivisii, Padue, Vincentie, Verone, Brixie, Pergami, Parme, Regii. Iste Canis fuit liberalissimus, curialissimus; non curabat de pecuniis; non fuit avarus, sed probus; exaltavit probos et bonos in terris suis, punivit malos, et multa opera illustria fecit, que hic dimittuntur.

Primum tuum refugium et primum hospitium erit curialitas grandis, idest Magni Canis Lombardi, qui super scalam portat sanctam avem (nam arma illorum De la Scala est campus altus cum scala rubea, et supra illam scalam est una aquila nigra), qui in te habebit ita benignum aspectum, idest benigne te recipiet, quod in dicere et facere, inter vos duos, erit primum illud quod inter alios

est magis tardum. Vult dicere: Ipse erit promptior ad beneficiandum tibi, quam tu ad petendum aliquid ab eo.

Modo auctor laudat istum filium istius domini Bartholomei, scilicet Canem Veterem, probissimum in prudentia et armis. Cum eo videbis illum, qui impressus fuit, nascendo, ab ista stella forti, idest Martis, quod notabilia erunt opera sua.

Non adhuc de illo gentes perpenderunt propter novellam etatem, quia solum novem annos, idest martiales, qui sunt decem et octo solares (quia Mars in duobus annis complet cursum suum), sunt iste rote, scilicet celum Martis, circa eum retorte, idest volute.

Sed priusquam Vasco, idest papa Clemens de Vasconia, altum Henricum (scilicet de Lucimburgo, Imperatorem tempore Clementis de Guasconia, qui transtulit papatum ad Frantiam) decipiat (quia non permisit eum venire in Ytaliā, quia veniebat libenter, et verbis et pecunia decepit illum Imperatorem Henricum), apparebunt faville de sua, idest Canis antiqui, virtute, in non curare de argento, nec de fatigationibus. Quia iste, ostensis sibi semel capsis plenis pecunia, cooperivit illas capsas, dicens: Non sit michi cura de pecuniis: volo esse dominus. Et sic evenit, quia devicit totam Marchiam Trivisinam, ut dictum est supra.

Sue magnificentie cognite erunt adhuc, ita quod sui inimici non poterunt de illis tenere linguas mutas. Etiam virtus laudatur ab inimicis hominis virtuosus. Vult dicere, quod bonum dicent de eo, et ipsum laudabunt, etiam sui inimici.

- ³⁰ A lui t'aspetta et a' suoi benefici;
Per lui fi' trasmutata molta gente,
Cambiando condition ricchi e mendici;
³¹ E porterà ne scripto ne la mente
Di lui, e nol dirai. E disse cose
Incredibili a quei che fien presente.
³² Poi giunse: Figlio, queste son le chiose
Di quel che ti fu detto; ecco l'insidie
Che dentro a pochi giri son ascose.
³³ Non vo' però ch' a' tuoi vicini invidie,
Poscia che s'infutura la tua vita
Vie più là che 'l punir di lor perfidie.
³⁴ Poi che tacendo si mostrò expedita
L'anima sancta di metter la trama
In quella tela ch'io li porsi ordita,
³⁵ Incominciai, come colui che brama,
Dubitando, haver consiglio da persona
Che vede, e vuole drectamente, et ama:
³⁶ Ben veggio, padre mio, sì come sprona
Lo tempo verso me, per colpo darmi
Tal, ch'è più grave a chi più s'abbandona.

Ad eum te expecta, idest reserva, et ad sua beneficia; per eum transmutabitur multa gens, cambiando, idest mutando, conditionibus divitibus et mendicis (idest exaltabit bonos, licet pauperes, et corriget malos, licet sint divites); et portabis scriptum in mente de eo, sed id non dices. Et dixit res incredibiles illis qui sunt in presenti vel erunt. Per hoc notantur magnifica opera istius, quia est modus loquendi sic per excellentiam.

Postea dixit: Fili, iste sunt glosse istorum que fuerunt tibi dicta; ecce insidias que retro, idest post, paucos gyros, idest annorum revolutiones, sunt absconse.

Nolo propter hoc quod tuis vicinis invidias, postquam futuratur tua vita (idest perpetuatur in fama bona; et etiam quod, postquam Dantes fuit expulsus de Florentia, vixit multis annis); sed ulterius, idest plus durabit tua vita, quam punitio ipsorum perfidiarum. Idest tu vives diu, et illi qui te offenderunt, punientur cito, et antequam tu morieris: quia satis cito post exilium auctoris, dominus Curtius mortuus fuit viliter, et sic papa Bonifacius.

Postquam, tacendo, monstravit se expeditam. Poiché, lucendo, si mostrò spelita: hec est quarta pars huius capituli, in qua auctor petit unum consilium ab ista anima Cacciaguide, dicens: Bene video quod tempus appropinquat versus me ad feriendum me, quod gravius venit illi qui non providet sibi; ideo bonum est quod provideam michi ita, quod si perdidero res et locum que sunt michi res valde care, quod non perdam alias propter ista mea

- ³⁰ Ad eum te expecta et ad sua beneficia;
Per eum transmutabitur multa gens,
Cambiando conditionibus divitibus et mendicis;
³¹ Et portabis scriptum in mente
De eo, sed id non dices. Et dixit res
Incredibiles illis qui sunt in presenti.
³² Postea dixit: Fili, iste sunt glosse
Illorum que fuerunt tibi dicta; ecce insidias
Que retro paucos gyros sunt absconse.
³³ Nolo propter hoc quod tuis vicinis invidias,
Postquam futuratur tua vita
Ulterius quam punitio ipsorum perfidiarum.
³⁴ Postquam tacendo se monstravit expeditam
Anima sancta mictendi tramam
In illa tela quam sibi porrexi orditam,
³⁵ Ego incepti, sicut ille qui desiderat,
Dubitando, consilium a persona
Que videt, et vult recte, et amat:
³⁶ Bene video, pater mi, sicut spronat
Tempus versus me, pro dando michi ictum
Ita, quod est gravius illi qui se totum derelinquit.

carmina. Tam in Inferno, quam in Purgatorio, quam in Paradiso terrestri, ubi inveni dominam Beatricem, quam etiam in istis circulis plan[et]arum, vidi aliqua, que si redire, timeo ne possim vivere inter illos qui hoc tempus reputant antiquum. Tunc lete respondit ille spiritus: Dic omnino omnia que vidisti: non cures de aliquo, etiam si quis sit sibi conscius de propria, vel aliena, verecundia. Ideo sine mendacio omnem tuam visionem manifesta, et scalpet se, sive gractet, qui habet scabiem: licet aliquibus displiceant ea que tu dices in principio, tamen post, cum bene perspexerint, omnia placebunt; nam verba tua reprehensiva facient sicut venti qui flant super cacumina arborum, et non molestant herbas circa terram stantes. Ideo Deus et natura voluerunt, ut spiritus magni tibi ostenderentur tam in Paradiso, quam in Purgatorio quam in Inferno, ut de illis scriberes; quia mentes audientium non memorantur rerum incognitarum et absconzarum, sicut essent res prave et viles.

Postquam, tacendo, se monstravit expeditam anima sancta mictendi tramam in illa tela, quam ego ei porrexi orditam, idest postquam tacuit, apparuit sibi satis bene et complete respondidisse ad petita mea. Nota quod quando tela fit, primo orditur, et illa fila sic ordita dicuntur stama, a stando; alia fila, que cum navicula interseruntur, trama dicuntur: ita quando quis, dato sibi themate, facit latinum, tunc thema dicitur hic tela ordita; latinum dicitur tela completa cum trama.

Ego incepti, scilicet dicere, sicut ille, qui bramat, idest desiderat vel appetit, dubitando, consilium a persona, que

- ³⁷ Però di providenza è buon ch'io m'armi,
Sì che, se 'l loco m'è tolto più caro,
Io non perdessi gl'altri per mie' carmi.
³⁸ Giù per lo mondo senza fine amaro,
E per lo monte, del cui bel chacume
Gl'ochi de la mia donna mi levarò,
³⁹ E poscia per lo ciel, di lume in lume,
Ho io appreso quel, che, s'io 'l ridico,
A molti fie sapor di forte acume;
⁴⁰ E s'io al vero son intimo amico,
Temo di perder vita tra coloro
Che questo tempo chiameranno antico.
⁴¹ La luce, in che ridea el mio thesoro,
Ch'io trovai lì, si fe' prima corusca
Qual a raggio di sol lo spechio d'oro;
⁴² Indi rispose: Conscienza fusca
O de la propria o dell'altrui vergogna,
Pur sentirà la tua parola brusca.
⁴³ Ma nondimeno, rimossa ogni menzogna,
Tutta tua vision fa' manifesta,
E lassa pur grattar dov'è la rogna:
⁴⁴ Chè, se la voce tua sarà molesta
Nel primo gusto, vital nutrimento
Lasserà poi, quando sarà digesta.
- ³⁷ Ex quo de providentia est bonum quod me armem,
Ita quod, si est locus michi arreptus magis carus,
Ego non perdam alia propter mea carmina.
³⁸ Infra per mundum sine fine amarum,
Et per montem et per pulchrum cacumen
Unde oculi mee domine me levarunt,
³⁹ Et postea per celum de lumine in lumen,
Apprehendi ego illud, quod, si ego refero,
Multis erit sapor fortis et amarus;
⁴⁰ Et si vero sum timidus amicus,
Timeo perdere vivere inter illos
Qui istud tempus vocabunt antiquum.
⁴¹ Lux, in qua ridebat meus thesaurus,
Quem ego reperi ibi, efficiebatur magis corusca,
Sicut ad radium solis speculum aureum;
⁴² Inde respondit: Conscientiam fuscam
Vel proprie vel alterius verecundie,
Se sentiet omnino in tua loquela aspera.
⁴³ Sed nihilominus, remota omni verecundia,
Totam tuam visionem fac manifestam,
Et permicte ibi fricare ubi est scabies:
⁴⁴ Quia, si vox tua erit molesta
In primo gustu, vitale nutrimentum
Dimictet postea, quando erit digesta.

videt et vult recte et amat bene: Video, pater mi, sicut spronat, idest cum calcaribus pungit, vel festinat, tempus versus me pro dando michi ictum, idest ut me percutiat, ita, quod est gravius illi, qui se totum derelinquit; idest, non curat providere sibi circa pericula emergentia. Ex quo de Providentia est bonum quod ego me armem, ita quod, si locus est michi arreptus magis carus, scilicet Florentia, etiam domus mea, ego non perdam alia propter mea carmina; que nulli parcunt, quin ipsa manifestent veritatem, que dicunt mala de summis pontificibus, cardinalibus, imperatoribus, regibus, prelatibus, magnis dominis. Quasi dicat: Sum perplexus, nec scio eligere meliorem partem: si dixerò ea que vidi, odior ab omnibus, et propter hoc expellar ab omnibus locis.

Infra per mundum sine fine amarum, idest in Inferno, et per montem, scilicet Purgatorii, et per pulchrum cacumen, idest in Paradiso terrestri, unde oculi mee domine, scilicet Beatricis, me levarunt (qu'a de Paradiso terrestri Beatrix levavit Dantem ad astra), et post per celum de lumine in lumen, idest de planeta in planetam, apprehendi ego illud, quod, si ego refero, multis erit sapor fortis et amarus, idest agrumini (quia erant ad infamiam multorum); et sic ero oditus et expulsus de locis, ubi isti sunt potentes, vel sui amici.

Et si vero, idest veritati, sum timidus amicus, idest si tacuero veritatem, timeo perdere, idest ne perdam, vivere inter illos, idest inter beatos, qui istud tempus vocabunt antiquum.

Iam ille spiritus incipit respondere. Lux, idest anima, in qua ridebat meus thesaurus (quam scilicet diligebam ut meum thesaurum) quem ego reperi ibi, idest in spera Martis (hic erat anima domini Cacciaguide), efficiebatur magis corusca, idest clara, vel lucens, sicut ad radium solis speculum aureum.

Inde respondit, idest sic: Conscientiam fuscam (idest obscuram, scilicet sibi, sive conscia de malo) vel proprio, vel alterius verecundie, se setiet omnino in tua loquela aspera: idest, se recognoscet, vel sentiet tuam loquelam asperam.

Sed nihilominus, remota omni verecundia, totam tuam visionem fac manifestam, et permicte ibi fricari ubi est scabies. Idest, qui habet scabiem se fricet, sive scalpet; idest, qui peccavit, ille verecundetur. Quia si vox tua erit molesta in primo gustu, vitale nutrimentum dimictet postea quando erit digesta. Methaphorice loquitur: sicut facit medicina amara; quia amara est, tamen prodest quia liberat ab infirmitate.

⁴⁵ Questo tuo grido sarà come 'l vento
Che le più alte torri più percuote;
E ciò non f[is]a d'honor poco argomento.
⁴⁶ Però ti son mostrate in queste ruote ⁽¹⁾,
Nel monte ⁽²⁾, e ne la valle dolorosa ⁽³⁾,
Pur l'anime che son di fama note;
⁴⁷ Chè l'animo di quel ch'ode, non posa
Nè ferma fede per exemplo ch'aia
La sua radice incognita et ascosa,
Nè per altro argomento che non paia.


⁽¹⁾ in celo — ⁽²⁾ Purgatorio — ⁽³⁾ Inferno.

Iste tuus clamor, idest ista tua correctio, faciet sicut ventus, qui altiores summitates, scilicet arborum, magis percutit (idest de maioribus et magnis viris loquitur); et hoc honoris non erit parvum argumentum; idest, hoc cedet tibi ad magnum honorem.

Ideo sunt tibi monstrate in istis rotis, idest celis, sive Paradiso, in monte, scilicet Purgatorio, et in valle dolo-

⁴⁵ *Iste tuus clamor faciet sicut ventus
Qui altiores summitates magis percutit;
Et hoc honoris non erit parvum argumentum.*
⁴⁶ *Ideo sunt tibi monstrate in istis rotis,
In monte, et in valle dolorosa,
Solum anime que sunt fama notabiles;*
⁴⁷ *Quia anima illius qui audit, non quiescit
Nec firmat fidem propter exemplum quod habeat
Suam radicem incognitam et absconsam,
Nec per aliud argumentum quod non appareat.*

rosa, idest in Inferno, solum anime que sunt fama notabiles: quia animus illius qui audit, non quiescit nec firmat fidem propter exemplum quod habeat suam radicem incognitam et absconsam, nec per aliud argumentum quod non appareat. Quasi dicat: Si posuisses exempla de vilibus personis, animi audientium non ita adverterent, nec actenderent, nec ita notarentur dicta tua, nec digna memoria putarentur.



Chi pigli a considerare la natura del nostro conoscere, troverà che esso è come un raggio, scintillante in rapida successione di atti fra mezzo al corso vorticoso del tempo, dei quali atti è e resta conscio a sè medesimo, e consistono in memorie, in visioni e previsioni: queste ultime, causa di speranze o di timori, secondo che la cosa preveduta è piacevole o dolorosa.

Questo allargarsi che fanno oltre i confini del tempo gli atti delle create intelligenze, è loro proprietà, perchè essenzialmente si appuntano nell'eterno, generandosi dall'intimo delle sostanze, le quali tutte, anche le non spirituali, in quanto all'essenza valicano la natura del tempo: essenza, che nelle spirituali è inseparabilmente unita al conoscere; i cui atti pertanto passano bensì, succedendosi gli uni agli altri, ma il loro ricorso periodico, nell'identità che resta, fa che il presente sia come un'immagine del passato e un presagio dell'avvenire, e inchiudano così l'eviternità.

Se non che, quella che nel tempo è successione, nell'eterno è un presente infinito senza mutamento di sorta, come successione di suoni che, percepita e conservata nell'udito, fa armonia e melodia per l'unione di quelli in simultaneità. Dante, pertanto, con quella profonda penetrazione d'intelletto che gli fu propria e gli dava un sicuro intuito, spiega la previsione nostra per un volgersi a quel punto, in cui tutti i tempi sono presenti, pigliandone occasione di toccar la tesi, come la previsione divina, infallibile, non offenda punto la libertà delle nostre azioni.

Così vedi le cose contingenti,
Anzi che sieno in sè, mirando 'l Punto
A cui tutti li tempi son presenti.

La contingenza, che fuor del quaderno
Della vostra materia non si stende,
Tutta è dipinta nel cospetto eterno.

In Dio dunque non vi è nè vi può essere il *conobbe*, o *conoscere*, ma soltanto il *conosce*; come non vi è nè vi può essere l'*operò*, o l'*opererà*, ma soltanto l'*opera*; e questo ci fa intendere in che proprio consista quella che fu detta previsione divina. Ciò che Dio opera in questo momento (dice un profondissimo filosofo e teologo nostro) per noi presente, egli l'opera nell'eternità e con l'eternità dell'atto suo eterno; ciò che operò nel tempo per noi passato, l'opera coll'eternità e nell'eternità dello atto suo stesso; ciò che opererà nel tempo per noi futuro, l'opera coll'eternità e nell'eternità dell'atto suo medesimo. In somma, l'atto di Dio è eterno, e perciò non ammette nè passato nè avvenire; non ammettendo nè passato nè avvenire, è dunque un sempre presente: giacchè levato dall'atto reale il fu ed il sarà, che lo terminerebbero, non resta che l'atto positivo, infinito, che è; e, perchè è, è presente nella infinità di lui e per la sua infinità: sicchè come l'eternità esclude il tempo e la successione, medesimamente esclude il

passato e l'avvenire, e non resta che un sempre *è*, senza limite e senza termine. Comprendere l'eternità è impossibile a qualunque intelligenza creata; concepirla difficilissimo, che esige una forza straordinaria di spirito. Dio eterno colla sua eterna sapienza comprende la sua eternità, e nella sua eternità tutte le creature: l'intelligenza umana concependo la realtà dell'atto divino, deve escludere da esso il fu ed il sarà, e concentrarsi nel solo *è*; il quale, riferendosi alla creatura, acquista in essa il fu ed il sarà; e riferendosi a Dio, il fu e il sarà ne rimangono esclusi, e resta il solo presente, la sola eternità. Se l'atto della sapienza divina è eterno ed abbraccia nella sua eternità tutte le creature, tutti i loro atti e mutamenti, tutte le cause e tutti gli effetti, in una parola abbraccia e conosce il tutto; il *prae* nella cognizione divina addiviene ed è improprio; imperocchè in Dio è visione, e lo stato dell'uomo nel suo estremo momento non è che la destinazione di lui, rispondente alla qualità e alla natura dell'estremo momento, che ne chiude il corso della vita. Ma non può darsi il momento estremo senza i momenti antecedenti, nè questi senza il principio; e in ordine di successione e relativamente al conoscimento umano, prima si concepisce il principio, indi i momenti susseguenti, da ultimo il momento estremo. Ora il principio, relativamente ai momenti che lo seguono, è passato, come passati sono i momenti che precedono il fine: perciò nell'uomo la cognizione del fine prima dei momenti antecedenti sarebbe previsione, e così sarebbe la cognizione dei momenti riguardo al principio; ma per l'atto eterno della cognizione divina, tutto è presente, il principio, la serie dei momenti che lo seguono, e il momento ultimo, che mette fine all'esistenza dell'uomo. (D'Acquisto, *Trattati di Teolog. Domm.*, Palermo, 1862).

Ciò posto, non è impossibile intendere la libertà dell'uomo. L'uomo è un essere finito nel tempo, e non può operare che finitamente per successione di atti, che formano appunto il tempo; ed è nel suo operare, come n'è conscio infallibilmente a sè stesso, liberissimo, perchè infiniti sono i modi tra' quali può scegliere, più l'uno che l'altro, questo o quello, o gli opposti, ma che tutti sono presenti nell'atto infinito ed eterno, sempre presente, della cognizione divina. Per lo che necessariamente in lui è contingenza e libertà, e in Dio visione infallibile di quel che egli opera, senza che gli imponga necessità di sorta; e le sue azioni pertanto cadono sotto la sanzione divina, di bene o di male, secondo che opera in un modo o nell'altro, e quindi si rende degno di premio o di pena. Non è, certo, un argomento facile questo alle comuni intelligenze; ma se da un lato si riformassero nelle scuole certe locuzioni, alle quali manca la proprietà, che oggi esse potrebbero avere, e dall'altro in alcuni non fosse il partito preso di ridurre l'uomo all'essere di puro animale, questa, come molte altre questioni, non intorbiderebbero tanto, come pur troppo avviene, la serenità della vera scienza, a cui sempre corrisponde la rivelazione che ne è compimento.



CAPITULI DECIMIOCTAVI SUMMARIUM

In isto decimooctavo capitulo, quod incipit: *Iam gaudebat solo suo verbo*, auctor ostendit quomodo dominus Cacciaguida delectabatur verbis suis, que dixerat. [et] quod ipse auctor, auditis casibus sibi emergentibus et remediis, temperabat unum cum alio, dolebat de infortuniis, sed gaudebat de remediis sibi dictis. Tunc respiciens auctor in Beatricem, vidit eam pulcherrimam. Demum, respiciens in dominum Cacciaguidam, cognovit quod adhuc volebat ulterius loqui. Et incepit dicere, quomodo in ista quinta stella erant spiritus illustres, et nominavit aliquos fortissimos in bellis: Iosue successorem Moysi[s], Iudam Machabeum, Karolum Magnum, Orolandum, Guilielmum, Reonardum, ducem Gotfredum, Rubertum Guiscardum; demum dominus Cacciaguida ostendit seipsum. Demum auctor ingressus est speram Iovis; quod cognovit bene, quia sensit se circumduci velocius solito, et quia vidit candorem Iovis: in qua stella Iovis ipse vidit quasi innumerabiles spiritus, sicut grues, se moventes et residentes. Nota quod isti spiritus, postquam movebant se, aliquantulum postea quiescebant, sic et taliter ordinati, quod de ipsis fiebant littere, characteres; et aliquando faciebant unum D, aliquando unum I, aliquando unum L. Iterum isti spiritus,

canendo, movebant se; postea quiescentes a cantu et motu, figurabant unam litteram; et tantum fecerunt, sicut dictum est, quod isti ipsi, inter consonantes litteras et vocales, figuraverunt istam orationem totam: Diligite iustitiam, qui iudicatis terram. Postea in M vocabuli quinti remanserunt ordinate sic, quod Iuppiter apparebat argentum cum auro ductum. Nota quod Iuppiter est argentei coloris; isti spiritus, propter splendorem, apparebant coloris aurei; et sic campus erat argentei coloris, et littere erant aurei. Supervenerunt adhuc quasi innumerabiles alii spiritus, et cum istis descriperunt unum caput aquile cum collo. Et isti supervenientes, cum illis qui primitus ibi erant, contexerunt unam aquilam totam. Quia ista aquila significat iustitiam regum et dominorum, auctor supplicat istis spiritibus, ut impetrent a Domino meo, quod illi qui iniuste regunt, puniantur. Demum auctor obloquitur de prelati Ecclesie, qui sunt multum prompti ad excommunicandum suos subditos; et hoc tangit propter papam Bonifacium octavum, qui tantum dilexit florenum, quod sanctorum Petri et Pauli oblitus est, secundum istum auctorem.



CAPITULUM DECIMUM OCTAVUM

1 Già si ghodea solo del suo verbo
Quello spechio beato, et io gustava
Lo mio, temprando col dolce l'acerbo;
2 E quella donna, ch' a Dio mi menava,
Disse: Muta pensier; pensa ch' i' sono
Press' a Colui c' ogni torto disgrava.

Iam gaudebat solum de suo verbo. Giù si godea sol del suo verbo: istud est decimum octavum capitulum huius Paradisi, in quo, postquam, in precedenti, anima Cacciaguide declaravit auctori mutationem sue fortune, modo nominabit aliquos spiritus positos in hac spera Martis nominatim, et in eodem capitulo intrabit in celum Iovis. Dividitur autem istud capitulum in quatuor partes principales. In quarum prima auctor indicat dispositionem suam et reprehensionem sibi factam a Beatrice. In secunda parte, que incipit ibi:

Sicut videtur per aliquam vicem;
Como se vede per alcuna volta,

ponitur magnificentia aliquorum spirituum illustrium existentium in ista spera Martis. In tertia parte, que incipit ibi:

Ego me revolve ad meum dextrum latus,
Io me rivolsi a mio destro lato,

ponit auctor et describit suum ascensum in speram Iovis, ponendo orationem quam cantant illi spiritus qui sunt beatificati in planeta Iovis. In quarta parte, que incipit ibi:

Quare ego precor mentem;
Perchè prego la mente,

auctor supplicat Deo, ut faciat vindictam et ultionem de hiis qui maculant iustitiam.

Primo igitur auctor, more suo solito, continuat dicta dicendis, dicens, quod dominus Cacciaguida gaudebat so-

1 *Iam gaudebat solum de suo verbo*
Ille spiritus beatus, et ego gustabam
Meum, temperando cum dulce amarum;
2 *Et illa domina, que ad Deum me ducebat,*
Dixit: Muta cogitationem; cogita quod ego sum
Prope illum qui omne tortuosum alleviat.

lum de suo verbo, idest de hiis que michi dixerat. Dixerat enim michi de mea fortuna; etiam dixerat michi remedium, quod eram habiturus; audiverat a me quomodo sentiebam me thetragonum, idest stabilem, ad impetum fortune: de hiis gaudebat. Et ego, supple, gaudebam de aliquibus, scilicet de mea longa vita et de fama, quam eram consecuturus: gaudebam etiam de vindicta, quam audiebam faciendam de inimicis meis: et sic temperabam amarum cum dulci; idest, partim gaudebam de remedio quod eram habiturus, et de vindicta inimicorum meorum, et partim dolebam de ictibus fortune mee et michi adverse. Unde mea domina, scilicet Beatrix, reprehendit ipsum, ex eo quia gaudebat de vindicta, quia hoc non licet homini sapienti, sed relaxanda est omnis vindicta facienda. Et ad verba Beatricis se revolvit ad ipsam; quam vidit ita pulchram et lucidam, quod eam hic describere reliquit, non quia diffidat de eloquentia, sed de memoria, que non potest recordari omnium eorum que intellectus percipit. Unum dicit, quod, propter reprehensionem Beatricis, corripuit se sic, quod de vindicta nil plus appetiit.

Iam gaudebat, scilicet Cacciaguida, de suo verbo, idest de dictis suis, que michi narravit ille spiritus beatus, scilicet Cacciaguide; et ego gustabam meum, scilicet verbum, temperando cum dulci amarum, quia audiveram aliqua michi grata, scilicet dulcia, et aliqua amara, idest displicibilia; idest, partim gaudebam et partim dolebam.

Et illa domina, scilicet Beatrix, que ad Deum me ducebat (quia Sacra Theologia est illa scientia, que dirigit

3 Io mi rivolsi all' amoroso sono
Del mio conforto; e qual io allor vidi
Negl'ochi sancti amor, qui l'abbandono;
4 Non perch' io pur del mio parlar diffidi,
Ma per la mente che non può redire
Sopra sè tanto, s'altri non la guidi.
5 Tanto poss' io di quel punto ridire,
Che, rimirando lei, lo mio affecto,
Liberò fu da ogn' altro desire,
6 Finchè 'l piacer eterno, che directo
Raggiava in Beatrice, del bel viso
Mi contentava col sereno aspectu.
7 Vincendomi col lume d'un sorriso,
Ella mi disse: Volgeti et ascolta,
Chè non pur ne' miei occhi è paradiso.

homines in Deum, et docet illa que sunt necessaria ad salutem), dixit, idest me reprehendendo, quia gaudebam de vindicta inimicorum: Muta cogitationem, idest non desideres vindictam: sis placatus, relinque hec omnia Deo: cogita quod ego, scilicet Beatrix, sum prope illum, scilicet Iovem, qui omnem tortum, idest tortuosum, sive iniustum, sive omnem rem tortuosam, propter suam iustitiam, deservat, idest alleviat, vel exonerat. Vel dic: Sum prope illum, scilicet Deum, qui omnia peccata et mala et omnia opera mala punit (notandum quod stella Iovis, sive planeta Iovis, facit bonos homines rectores, influit bonitatem regibus, imperatoribus iustitiam; et est optimus planeta, benivulus, et, nisi impediatur a coniunctione malivolorum planetarum, Iuppiter semper influit virtutem, constantiam, iustitiam, equitatem: habet tamen planeta hanc influentiam a Deo, qui facit omnia bona et odit omnia mala atque punit): ideo Deo, qui ulciscitur omnia mala, dimicte hec omnia.

Ego me revolve ad amorosum sonum, idest ad verba dulcia Beatricis vel correctiva, mee confortationis; et qualem tunc illam ego vidi in oculis sanctis omni hora, idest semper, hic eam *abbandono*, idest derelinquo. Idest, non possum referre qualiter illam viderim, propter suam eximiam pulchritudinem, et quia ipsa erat amor incomprehensibilis.

Et dicit causam, quare reliquit descriptionem Beatricis in hoc loco; que est, non quod diffidat de eloquentia, sed bene diffidit de sua memoria labili, que non potest recordari omnium eorum que intellectus percipit. Non tamen quod de meo loqui diffidam, sed propter mentem, idest memoriam, que non potest redicere, vel redire, idest recordari, supra se tantum, si alius illam non conducit; idest, nisi sibi detur desuper, scilicet a Deo. Quia intellectus videt que sunt supra humanum intellectum, ideo memoria non

3 *Ego me revolve ad amorosum sonum.*
Mee confortationis; et qualem tunc illam vidi
In oculis sanctis omni hora, hic eam derelinquo;
4 *Non tamen quod de meo loqui diffidam,*
Sed propter mentem que non potest redicere
Super se tantum, si alius illam non conducit.
5 *Tantum ego possum de illo puncto referre,*
Quod, respiciendo illam, meus affectus
Fuit ab omni alio desiderio liber.
6 *Quousque complacentia eterna fuit directa,*
Radiabat in Beatricem, a pulchro visu
Me contentabatur cum secundo aspectu.
7 *Vincendo me cum lumine sui risus,*
Ipsa michi dixit: Volve te et ausculta,
Quia non solum in oculis meis est paradisus,

recordatur, nisi desuper Deus det sibi ex gratia, et sic conducat ipsam memoriam.

Tantum ego possum de illo puncto referre, idest de illa correctione, quod respiciendo illam, scilicet Beatricem, meus affectus liber fuit ab omni desiderio alio, idest omnem indignationem de mente mea expuli et omnem desiderium malum.

Quousque complacentia eterna fuit directa, radiabat a Beatrice, a pulchro visu, idest facie, [et] me contentabatur cum suo respectu (idest donec respexi in oculis Beatricis, nunquam poteram habere malam dispositionem. Hec est una methaphora. Radius solis, scilicet [si] venit directe, non sustinetur ab oculis nostris; si tamen esset reflexus, sive refractus, bene oculi nostri sustinerent illum. Quasi dicat: Radius divinus, qui venit a Deo ad homines, non potest bene percipi ab intellectu humano, nisi reflectatur in Beatrice, sive in Sacra Scriptura, sive in speculatione Sacre Pagine, que habet oculos pulchros, ita quod complacentia eterna, idest id quod Deo placet, directe radiat in Beatrice et in suo pulchro visu, sive facie reflectitur in auctorem; et sic ille radius reflexus faciebat ipsum auctorem contentum cum secundo actu. Actus secundus est reflexus), vincendo me cum lumine sui risus (quia Beatrix videbat aliter quam ipse auctor et clarius etiam cum primo, idest vidit radium rectum; sed Dantes nisi cum secundo, idest reflexe) ipsa, scilicet Beatrix, michi dixit: Volve te, scilicet ad alios spiritus et ausculta, scilicet que dicuntur, quia non solum in oculis meis est Paradisus, idest non solum in contemplatione Sacre Scripture homo beatificatur; sed etiam in videndo illos sanctos spiritus, scilicet spiritus illorum Martyrum, qui suum sanguinem fuderunt pro sancta fide et mortui sunt pro Christo.

- ⁸ Come si vede qui alcuna volta
L' affecto ne la vista, s' egli è tanto
Che da lui tutta sia l' anima tolta,
⁹ Così nel fiammeggiar del fulgor sancto,
A ch' io mi volsi, cognobbi la vogla
In lui di ragionarmi ancor alquanto.
¹⁰ El cominciò: In questa quinta sogla
Dell' arbore che vive de la cima,
E fructa sempre, e mai non perde fogla,
¹¹ Son spiriti beati, che giù, prima
Che venisser al ciel, fur di gran voce,
Sì ch' ogni musa ne sarebbe opima.
¹² Però mira ne' corni de la croce:
Quel ch' io nominerò, lì farà l' acto
Che fa in nube suo fuoco veloce.
¹³ Io vidi per la croce un lume tracto
Dal nomar Iosue, com' el si feo,
Non mi fu noto el dir pria che l' acto.

Sicut videtur per aliquam vicem. Come se vede per alcuna volta: hec est secunda pars istius capituli, in qua illa anima Cacciaguide ostendit aliquos spiritus, qui fuerunt magne fame. Primo tamen auctor ponit dispositionem illius anime, dicens, quod aliquando in facie hominis, propter aliquem gestum vel aliquod signum, homo percipit affectum qui est in anima alicuius. Sicut quando videmus unum fieri pallidum, cognoscimus quod ille habet timorem vel iram: sic quando videmus aliquem rubescere, cognoscimus quod ille verecundatur: sic quando videmus aliquod signum in facie hominis, quod indicet occupationem animi, tunc percipimus aliquid de affectu animi. Et sic in quodam flammigare, quod fecit illa anima, sive fulgorare, Dantes percepit quod adhuc volebat magis loqui cum ipso auctore. Ideo dicit: Sicut videtur per aliquam vicem, vel aliquando, affectus, scilicet alicuius hominis, in *vista*, idest in facie, sive in apparentia, si est tantus, scilicet ille affectus, quod ab eo sit tota anima subtracta (quia non omnis parvus affectus animi mutaret colorem in facie, sed bene affectus magnus); sic in flammigare fulgoris sancti, idest illius sancte anime, ad quod flammigare ego me volvi, cognovi ego voluntatem in eo, ratiocinandi mecum adhuc aliquantulum.

Ipsa incepit, scilicet ille fulgor, sive spiritus fulgurans: In ista quinta *soglia*, idest limine, idest quinto planeta, scilicet Martis, arboris, que vivit de summitate, et fructificat semper, et nunquam perdit folia, scilicet frondes (ad differentiam aliarum arborum, que in autumno perdunt folia; preterea alie arbores vivunt de subtus, a radicibus habent alimentum, sed ista habet de summitate: nota quod auctor vocat hic seriem planetarum unam arborem, que

- ⁸ *Sicut videtur per aliquam vicem*
Affectus in vista, si est tantus,
Quod ab eo sit tota anima subtracta,
⁹ *Sic in flammigare fulgoris sancti,*
Ad quod ego me volvi, cognovi ego voluntatem
In eo ratiocinandi mecum adhuc aliquantulum.
¹⁰ *Ipsa incepit: In ista quinta soglia*
Arboris, que [v]ivit de summitate,
Et fructificat semper, et nunquam perdit folia,
¹¹ *Spiritus sunt beati, qui inferius, priusquam*
Venirent huc sursum, fuerunt grandis vocis,
Ita quod omnis musa esset opima.
¹² *Ideo respice in cornibus crucis:*
Ille quem ego monstrabo, ibi faciet actum
Quem facit in nube ignis velox.
¹³ *Ego vidi per crucem unum lumen tractum*
A nomine Iosue, quomodo fuit factum,
Nec michi fuit notum prius dicere quam factum.

vivit de summitate, idest habet vitam a Deo, quia stat supra in summitate celorum), spiritus sunt beati, qui inferius, idest in mundo inferiori, in vita terrena, priusquam venirent huc sursum, fuerunt grandis vocis, idest fame, ita, idest in tantum, quod omnino musa, idest scientia poetica, de illis, scilicet spiritibus, esset opima, idest satis haberet facere, laudando decenter ipsos.

Ideo respice in cornibus crucis: ille, quem ego tibi monstrabo, idest nominabo, ibi faciet actum quem facit in nube ignis velox, idest fulgurabit, vel dabit unum fulgurare, vel unum splendorem, sicut facit fulgor in nube; quod fulgor est ignis velox in nube.

Ego vidi per crucem unum lumen, tractum a nomine, idest a nominatione Iosue, quomodo fuit factum; nec michi fuit notum, prius dicere quam factum: idest, non citius audivi nomen eius quam vidi illud coruscare, idest nullum intervallum fuit inter dicere et coruscare. Iste Iosue fuit minister Moysi: qui Moyses moriebatur, antequam populus Dei intraret terram promissionis, quem, scilicet populum, Moyses per desertum de terra Egypti conduxerat quadraginta annis in campestribus Moab, in Monte Nebo; et moriens posuit manum Moyses super Iosue, et sic Iosue fuit repletus spiritus Dei, et remansit successor Moysi, et bene rexit populum Dei, et fecit multa prelia, et interfecit multos reges Cananeorum, et acquisivit terram promissionis, habuit multas victorias, et sparsit sanguinem per legem sanctam.

- ¹⁴ Et al nome dell' alto Machabeo
Vidi muoversi un altro roteando,
E letitia era forza de paleo.
¹⁵ Così per Karlo Magno e per Rolando
Due ne seguì lo mio attento sguardo,
Com' ochio segue suo falcon volando.
¹⁶ Poscia trasse Guiglielmo, e Rinoardo,
E l' duce Gottifredi la mia vista
Per quella croce, e Roberto Guiscardo.
¹⁷ Indi tra l' altre luci mota e mista
Mostrommi l' alma che m' havea parlato,
Qual era tra' cantor del cielo artista.
¹⁸ Io mi rivolsi dal mio dextro lato
Per veder in Beatrice l' mio dovere,
O per parole; o per acto, segnato

Et ad nomen alti Machabei, idest Iude Machabei, vidi moveri unum aliud roteando, idest in circum se movendo; et letitia erat *ferza*, idest scutica, palei, idest croci. Hic notandum quod in civitate Florentie pueri faciunt aliquando unum talem ludum. Ipsi pueri habent dimidium unius croci. Crocus est unum parvum corpus rotundum, quod volvitur super uno puncto. Modo paleum est dimidietas croci, et bene volvitur; sed ad volvendum pueri habent unum baculum, et in summitate illius baculi habent unam cordulam de cannapo (aliquando est de coreo), et continue percutiunt illam dimidietatem croci, et semper volvitur percussa ab illo baculo cum tali corda; et illud instrumentum, scilicet ille baculus cum illa cordula, Florentie vocatur *ferza*, sive flagellum, scilicet scutica. Vult dicere auctor, quod sicut scutica est vis que facit volvi paleum, ita letitia istius spiritus, scilicet Iude Machabei, faciebat flammigare et moveri ipsum spiritum. Sicut igitur crocus movetur per percussionem scutice, ita ille spiritus movebatur ex letitia.

Sic pro Karolo Magno et pro Orolando duo secutus est meus actentus aspectus, idest intuitus, sicut oculus sequitur suum falconem volando, sive volantem. Quia quando quis dimittit falconem, cum oculo respicit falconem volantem. Nota de istis tribus illustribus viris, scilicet de Iuda Machabeo et Karolo Magno et Orolando. Anthiocus, rex Syrie, qui fuit filius Anthioci victi et debellati per Scipionem et qui habebat guerram cum Romanis, iste secundus Anthiocus, filius primi, stetit Rome obses pro patre suo, ut habetur in primo capitulo primi libri Machabeorum. Hic fecit magnam guerram cum Iudeis et populo Dei, devicit civitatem Hierusalem, contaminavit templum sanctum Domini et omnia sancta loca. Aliqui boni Iudei fugerunt ad montes a facie istius Anthioci, inter quos fugit Mathathias et omnes filii sui, inter quos optimus fuit iste Iudas Machabeus, sic dictus a progenie sua. Hic fecit multa prelia contra Anthiocum, et habuit multas victorias. Tandem sparsit sanguinem pro lege sancta, ut in libris Machabeorum habetur.

- ¹⁴ *Et ad nomen alti Machabei*
Vidi moveri unum aliud roteando,
Et letitia erat ferza palei.
¹⁵ *Sic pro Karolo Magno et pro Orolando*
Duo sequutus est meus actentus aspectus,
Sicut oculus sequitur suum falconem volando.
¹⁶ *Postea traxit Guilielmum, et Renoaldum,*
Et ducem Gotfreydum mea visio
Per illam crucem, et Rubertum Guiscardum.
¹⁷ *Inde inter alias luces motam et mixtam*
Monstravit michi animam que michi loquuta erat,
Qualis erat inter cantores celi artista.
¹⁸ *Ego me revolvi ad meum dextrum latus*
Propter videre in Beatrice meum debere,
Vel per loquelam; vel per actum, signatum

Rex Karolus fuit Theutonicus, fuit rex Frantie, fecit multas victorias contra Sarracenos, acquisivit multas nationes, liberavit Ytaliā a Lombardis, fuit illustrissimus rex. Orolandus fuit suus nepos, qui mortuus est Sicii cum cornu, etc.; fuit illustrissimus homo.

Postea traxit Guilielmum et Reynardum et ducem Gotfreydum mea visio, idest meus oculus, per illam crucem, et Rubertum Guiscardum. Omnes iste anime fuerunt illustres, et in altum valde iverunt cum gloria. Iste Guilielmus etiam mortuus est pro fide christiana inter infideles, et rex Reynardus similiter. Dux Gotfreydus fuit de Lochtringia: Lochtringia est regio in Proventia. Iste Gotfreydus cum sociis suis acquisivit terram sanctam Hierusalem, et fuit ibi dominus: noluit unquam vocari rex propter reverentiam Iesu Christi, qui est rex Iudeorum: cui successit filius suus, rex Baldovinus, qui fuit etiam valentissimus et bonus et sanguinem sparsit pro fide Christi. Iste Rubertus Guiscardus fuit Normandus, filius ducis Normandie; fuit etiam defensor Ecclesie sancte Dei, qui expulit Henricum tertium: mortuus est etiam eundo ad passagium inter Sarracenos.

Inde inter alias luces, idest alia lumina et splendores, idest illos spiritus, motam et mixtam monstravit michi animam, que michi loquuta erat, idest Cacciaguide, qualis erat inter cantores celi artista. Textus est fortis. Idem anima Cacciaguide, que michi diu erat loquuta, movit se de loco illo, ubi stabat, ad pedem crucis, propter loqui mecum, et venerat de cornu dextro crucis, et reversa est ad cornu dextrum crucis unde recesserat, canendo cum illis; et sic canendo michi ostendit qualis artista erat in cantu, idest quomodo sciebat cantare bene dulciter, et sic novi bonam artem cantus in eo fore.

Ego me revolvi ad meum dextrum latus. Io mi rivolsi dal mio destro lato: hec est tertia pars huius ca-

¹⁹ E vidi le sue luci tanto mere,
Tanto gioconde, che la sua sembianza
Vinceva gl'altri e l'ultimo solere.
²⁰ E come, per sentir più dilectanza,
L'huomo, operando ben, di giorno in giorno
S'accorge che la sua virtù avanza;
²¹ Sì m'accors'io che 'l mio girar intorno
Col cielo insieme havea cresciuto l'arco,
Veggiendo quel miracol sì adorno.
²² Qual è el transmutar in piccol varco
Di tempo in bianca donna, quando el volto,
Suo discarchi di vergogna el careo;
²³ Tal fu negl'ochi miei, quando fui volto,
Per lo candor de la temprata stella
Sexta, che dentro a sè m'havea ricolto.
²⁴ Io vidi in quella iovea[ll] facella
Lo sfavillar dell'amor che lì era,
Segnar agl'ochi miei nostra favella.

¹⁹ *Et vidi suas luces tantum meras,
Tantum iucundas, quod similitudo
Vincebat alios et ultimum solere.
²⁰ Et sicut, propter sentire maiorem delectationem,
Bene operando, homo de die in diem
Perpendit quod sua virtus superat;
²¹ Sic perpendi ego quod meum gyrare
Cum celo simul acreverat arcum,
Videndo illud miraculum magis ornatum.
²² Et qualiter in transmutando parvum transitum
Temporis albescit mulier, quando vultum
Suum exponeret verecundia oneratum;
²³ Taliter fuit in oculis meis, quando fui volutus,
Propter candorem temperate stelle
Sexte, que intra se me recollegerat.
²⁴ Ego vidi in illa ioveali facella
Sfavillare amoris qui erat ibi,
Signare oculis meis nostram loquelam.*

pituli, in qua auctor ponit ascensum suum in sextum planetam, scilicet in Iovem, dicens: propter videre in Beatrice meum debere, idest quid facere deberem, vel per loquelam vel per actum, signatum; idest, propter scire a Beatrice quid ammodo esset facturus. Quasi dicat: Satis vidimus in spera Martis; ideo, vel propter loquelam vel per aliquod signum, volebam scire a Beatrice quid ammodo deberem facere.

Et vidi suas luces, idest suos oculos, tantum meras, idest puras et lucentes, tantum iucundas, quod similitudo, idest apparentia, vel aspectus, vincebat alios et ultimum solere, idest ultimam suam pulchritudinem, scilicet quam lucusque ostendit. Quasi dicat: Numquam lucusque fuit ita lucens sicut est hic in ista spera; quia ista spera est nobilior omnibus inferioribus; et spiritus qui sunt hic, sunt spiritus regum bonorum et virtuosorum, qui bene rexerunt sua regna, et habuerunt impressionem istius stelle, et habituati fuerunt in bono regimine, et habuerunt habitum virtuosum boni regiminis, et delectabiliter bene rexerunt. Sic etiam Dantes hic delectabatur, quoniam videbat se altius extolli.

Et sicut propter sentire maiorem delectationem, bene operando, homo de die in diem perpendit quod sua virtus superat, idest excedit, fit maior (sic enim videbat Dantes se crescere et sic extolli); sic perpendi ego quod meum gyrate circum cum celo simul acreverat arcum, videndo illud miraculum magis ornatum. Nam, quia arcus celi, sive planeta Iovis, erat maior arcus quam aliorum planetarum, quos iam pertransiveram; sic, gyrate cum ipso, etiam ego creveram in gyrate, idest maiorem gyrum faciebam. Vocat hic planetam Iovis miraculum, quia influentia sua facit mirabiles homines.

Et qualiter in transmutando, idest transitur parvum transitum temporis (varco, idest transitus), albefit mulier quando vultum suum exoneret verecundia oneratum (aliquando propter verecundiam mulier fit rubea; qua, scilicet verecundia, cessante, illa accidentaliter rubedo cito et subito recedit; sic ipse reperit se in illa stella Iovis, mutatum de rubeo in album: quia in stella Martis erat in rubedine, que habet rubeum colorem; sed transiens in stella Iovis, que habet colorem album argenteum, factus fuit albus. In celo non est melior planeta quam Iuppiter, qui dicitur melior fortuna ab astrologis, et semper facit bonos et iustos homines, nisi impediatur a malivolis planetis); taliter fuit in oculis meis, quando fui volutus et conversus propter candorem temperate stelle sexte, que intra se me recollegerat.

Modo auctor vult describere unam pulchram et mirabilem fantasiam. Pro qua intelligenda, notandum est primo illud quod dicitur in principio primi capituli libri Sapientie, scilicet: Diligite iustitiam, qui iudicatis terram; que verba diriguntur ad illos qui habent iudicare alios et punire, et facere iudicium et iustitiam, scilicet ad reges et principes terre. Modo anime, que sunt in ista stella Iovis, sive in isto planeta, beatificate, sunt anime regum et magnorum dominorum, ad quos pertinebat, dum regebant, facere iudicium et iustitiam. Ideo talia verba formantur per eos. Nota quod auctor vult hic facere unam pulchram fictionem, quod motus istarum animarum, que movebantur in stella ista, describebat istas litteras, que relevant ista verba: Diligite iustitiam, qui iudicatis terram. Nam, sicut ex diversis revolutionibus calami, sive penne, sive stili, cum atramento, sive incausto, supra cartam, fiunt diversi characteres et littere longe ut l, trium linearum equalium ut m,

²⁵ E come augelli (¹) surti di riviera,
Quasi congratulando a lor pasture,
Fanno di sè hor tonda hor altra schiera;
²⁶ Sì dentro a' lumi sancte creature
Volitando cantavan, e faceansi
Hor D, hor I, hor L, in sue figure.
²⁷ Pria cantando a sua nota moveansi;
Poi, doventando l'un di questi segni,
Un poco s'arrestavan e taceansi.
²⁸ O diva Peghasea, che l'ingegni
Fai gloriosi, e rendili longevi,
Et essi teco le cittadi e' regni.
²⁹ Illustrami di te, sì ch'io rilevi
Le lor figure com'io l'ò concepi;
Paia tua possa in questi versi brevi.

(¹) al. ucelli

²⁵ *Quia sicut aves surte de riparia,
Quasi congratulando earum pasturis,
Faciunt de se nunc rotundam nunc longam aciem,
²⁶ Sic intra lumen sancte creature
Volitando cantabant, et fiebant
Nunc D, nunc I, nunc L, suis figuris.
²⁷ Prius cantando ad suam notam se movebant;
Postea, deveniendo unum istorum signorum,
Aliquantulum se firmabant et tacebant.
²⁸ O diva Pegasea, que ingenia
Facis gloriosa, et reddis illa longeva,
Et ipsa tecum civitates et regna,
²⁹ Illustra me de te sic, quod ego relevem
Earum figuras, prout ego illas concepi;
Appareat tua potentia in istis versibus brevibus.*

duarum tantum ut n, rotunda ut o, et sic de aliis; ita ex diversis versionibus, pertractationibus, dilatationibus in motu illarum animarum describebantur isti characteres, sive littere, d. i. l. i. g. i. t. e. i. u. s. t. i. t. i. a. m. q. u. i. i. n. d. i. c. a. t. i. s. t. e. r. r. a. m.; que importabant, Diligite iustitiam, qui iudicatis terram. Et quando erat completa una sillaba, ut ista Diligite, pausabant aliquantulum; postea roteando vel ambulando, sicut oportebat ad describendum istas litteras, iterum movebantur, et faciebant aliam sillabam, scilicet Iustitiam; postea aliquantulum quiescebant: et sic faciebant, quousque complebant illas trigintaquinque litteras, que inter consonantes et vocales erant trigintaquinque, et sonabant totum illud Diligite iustitiam qui iudicatis terram.

Ponit autem exemplum de avibus, que sunt in terra et pastura, et moventur sepe, modo in circum, modo per longum, modo per triangulum, et sic de diversis figuris. Sic moventur iste anime, faciendo motus qui proprie describunt istas litteras, que important, ut dictum est, Diligite iustitiam qui iudicatis terram; et describentes in motu tales litteras, illa eadem verba loquuntur et dicunt in cantu.

Ego vidi in illa ioveali, idest Iovis, facella, idest stella, favillare amoris (idest favillas moveri amorosas, quia ille anime sunt amor), qui, scilicet amor, erat ibi, signare oculis meis nostram loquelam; idest, tam loquendo et cantando quam movendo se, signabant in nostra loquela illa verba, scilicet, Diligite iustitiam, qui iudicatis terram.

Quia sicut aves surte, idest que surrexerunt, de riparia, quasi congratulando earum pasturis, idest pascuis, faciunt de se nunc rotundam, nunc longam aciem; sic intra lumen, scilicet stelle Iovis, sancte creature, idest ille sancte anime, volitando cantabant, et fiebant, idest efficiebantur, nunc di, idest ista littera di, nunc i, nunc l in suis figuris.

Prius, cantando, ad suam notam se movebant; postea, deveniendo unum istorum signorum, scilicet terminorum

vel verborum (qui termini sunt quinque: scilicet Diligite, unum; iustitiam, duo; qui, tria; iudicatis, quatuor; terram, quinque), idest dum efficiebantur unum istorum quinque signorum, sive terminorum, aliquid se firmabant et tacebant.

O diva Pegasea, que ingenia facis gloriosa; idest, o ars poetica (que dicitur Pegasea a Pegaseo equo); et reddis illa, scilicet ingenia, longeva (quia propter poeticam descriptionem ista protenduntur in longum et fiunt diuturna); et ipsa, scilicet ingenia, tecum civitates et regna (idest faciunt illa diu durare in fama. Nota quod musa, sive scientia poetica, dicitur Pegasea ab equo Pegaseo. Nota quod quando Mercurius, de mandato Iovis, decapitavit Medusam, prima gutta sanguinis que emanavit, factus est unus equus allatus, qui dictus est Pegaseus; qui volavit ad montem Parnasi, et ibi novies percussit terram, et nati sunt ibi novem fontes, et in quolibet fonte est una musa; et quia scientia poetica est ab illis, ideo scientia poetica dicitur Pegasea. Equus Pegaseus habet significare famam velocem, sicut est equus alatus, et fama est illa que prestat causam poetandi. Nam poesis facit longam famam; scientia poetica facit ingenia gloriosa, et reddit ingenia, idest facit, longeva; et ipsa, scilicet ingenia, cum poesi faciunt in fama durare civitates et regna, etiam illas civitates, que fuerunt et non sunt; et sic de regnis. Sicut patet, quomodo per poesim habetur memoria et fama, ut de Babilonia magna, que fuit in Assiria, et nunc non sunt nisi serpentes, ut fertur; sic est de Corinto in Gretia; sic de Troya in Frigia), illustra me de te, ita quod ego relevem, idest apte describam, vel exprimam, earum figuras, prout ego illas concepi; appareat tua potentia in istis versibus brevibus.

- ³⁰ Mostrarsi adonque in cinque volte septe
Vocali e consonanti; ond'io notai
Le parti sì come mi parven decte.
- ³¹ Diligite iustitiam, e primai
Fur verbo e nome di tutto l' dipincto;
Qui iudicatis terram, fur sezai.
- ³² Poscia nell'Emme del vocabol quinto
Rimaser ordinati, sì che Iove
Parea d'argento li d'oro distincto.
- ³³ E vidi scender l'altre luci dove
Era l'colmo dell'Emme, e li quetarsi
Cantando, credo, el ben ch'a s'è le muove.
- ³⁴ Poi, come nel perchuoter de' ceppi arsi
Surgono innumerabili faville,
Onde gli stolti soglon augurarsi,
- ³⁵ Risurger parver quindi più di mille
Luci, e salir qual assai e qual poco.
Sì come l'Sol, che l'accende, sortille:
- ³⁶ E, quietata ciascuna in suo loco,
La testa e'l collo d'un'aquila vidi
Rappresentar a quel distincto foco.
- ³⁷ Quel che dipinge li non ha chi l'guidi,
Ma esso guida, e da lui si rammenta
Quella virtù ch'è forma per li nidi.

Monstrarunt se, idest illi spiritus, in quinquies septem vocales et consonantes, scilicet litteras: ego notavi partes sicut michi apparuerunt dicte, idest vise sunt.

Diligite iustitiam, prima fuerunt nomen et verbum totius depicti, idest descripti; Qui iudicatis terram, fuerunt ultima, scilicet verba.

Postea in M vocabuli quinti remanserunt ordinate ita, quod Iuppiter apparebat, idest videbatur, argentum ibi ab auro distinctum. Nota quod stella Iovis est argentei coloris; ille anime erant auree, quasi aurum apparebant, et sic videbantur littere auree sculpte in argento.

Et vidi descendere alias luces ubi (idest alios splendores, sive alias animas splendentes) erat culmen M, genitivi casus, et ibi quietari cantando, credo, bonum quod ad se illas movet. Iste anime quieverunt: etiam ad istud M ultimum, cantabant bonum divinum, idest cantabant laudes Deo bono, qui eas vocat ad se; nam posuerunt se super quintum vocabulum, scilicet terram, et in M, quia omnes ille anime in terra servaverunt iustitiam.

Postea, sicut in percussione cioccorum et cipporum, vel torris accensi, surgunt innumerabiles faville, unde stulti

- ³⁰ Monstraverunt se in quinquies septem
Vocales et consonantes; ego notavi
Partes, sicut apparuerunt dicte.
- ³¹ Diligite iustitiam, prima
Fuerunt nomen et verbum totius depicti;
Qui iudicatis terram, fuerunt ultima.
- ³² Postea in M vocabuli quinti
Remanserunt ordinate ita, quod Iuppiter
Apparebat argentum ibi ab auro distinctum.
- ³³ Et vidi descendere alias luces ubi
Erat culmen M, et ibi quietari
Cantando, credo, bonum quod ad se illas movet.
- ³⁴ Postea, sicut in percussione cioccorum ardentium
Surgunt innumerabiles faville,
Unde stulti solent se augurari,
- ³⁵ Resurgere apparuerunt inde pluries mille
Luces, et ascendere aliqua satis aliqua modicum,
Sicut Sol, qui eas accendit, illas sortitur:
- ³⁶ Et, queta quelibet in suo loco,
Caput et collum unius aquile vidi
Representari ad illum distinctum focum.
- ³⁷ Ille qui pinxit ibi non habet qui eum conducat,
Sed ipse ducit, et ab ipso reminiscitur
Illa virtus que format per nidos.

solent se augurari (nota quod quando unus torres ignitus ex una parte percussus, exeunt faville quasi innumerabiles; et aliqui fatui, idest homines stulti, qui utuntur pyromantia, faciunt auguria in illis favillis: sicut igitur innumerabiles faville exeunt a torre percusso, sic visi sunt surgere hic spiritus plusquam mille, et moveri et ascendere, aliqui multum, aliqui paucum, sicut Deus, qui regit eos, disponit, scilicet de illis); sic supplere, resurgere apparuerunt inde pluries mille luces, et ascendere aliqua satis et aliqua paucum, sicut Sol, idest Deus, qui eas accendit, eas sortitur.

Et quietata quelibet in loco suo, caput et collum unius aquile vidi representari ad illum distinctum focum, idest ad illas animas igneas.

Ille qui pingit ibi non habet qui eum conducat, sed ipse ducit (ille est Deus, qui sic ibi pingit, idest sortitur illas animas in illis sitibus), et ab ipso reminiscitur, vel recognoscitur, tollitur, vel representatur, illa virtus que format per nidos. Nam Deus non eget magistro, nec exemplari; a Deo illi nidi, idest celi, sive spere: ita quod tota virtus informativa per speras a Deo data est; a Deo est omnis virtus activa celorum.

- ³⁵ L'altra beatitudo, che contenta
Parea prima d'ingigliarsi a l'Emme,
Con poco moto seguitò la'imprenta.
- ³⁶ O dolce stella, quali e quante gemme
Mi dimostraro che nostra iustitia
Effecto sia del ciel che tu ingemme!
- ³⁷ Perch'io prego la mente, in che s'initia
Tuo moto e tua virtute, che rimiri
Ond'esce l'fumo che tuo raggio vitia;
- ³⁸ Sì ch'un'altra fiata omai s'adiri
Del comprar e del vender dentr'al tempio⁽¹⁾,
Che si murò di sangue e di martiri.
- ³⁹ O militia del ciel, cu'io contemplo,
Adora per color che sono in terra
Tutti sviati dietro al mal exemplo.
- ⁴⁰ Già si solea co'le spade far guerra;
Ma hor si fa tollendo, hor qui hor quivi,
Lo pan che l'pio Padre a nessun serra.
- ⁴¹ Ma tu che sol per cancellare scrivi,
Pensa che Pier e Paolo, che moriro
Per la vigna che tu guasti, ancor son vivi.

⁽¹⁾ Chiesa militante.

- ³⁵ Alia beatitudo, que contenta
Apparebat primo liliare se ad M,
Cum paucio motu sequita est impressionem.
- ³⁶ O dulcis stella, quales et quante gemme
Michi demonstrarunt quod nostra iustitia
Effectus sint celi quod tu ingemmas!
- ³⁷ Quare ego precor mentem, in qua initiatur
Tuus motus et tua virtus, quod respiciat
Unde exit fumus qui tuum radium vitiat;
- ³⁸ Ita quod in una alia vice admodo irascatur
De emere et vendere intra templum,
Quod muratum fuit de sanguine et martyriis.
- ³⁹ O militia celi, quam ego contemplor,
Adora pro illis qui sunt in terra
Omnes devii retro malum exemplum.
- ⁴⁰ Iam solebat cum ensibus fieri guerra;
Sed nunc fit subripiendo, nunc hic nunc ibi,
Panem quem pius Pater nulli claudit.
- ⁴¹ Sed tu qui solum propter cancellare scribis,
Cogita quod Petrus et Paulus, qui mortui sunt
Pro vinea quam destruis, adhuc sunt vivi.

Alia beatitudo, que contenta apparebat, idest videbatur, primo liliare se, alias liliari, ad M, idest fieri sicut lilium (nam M, littera, que habet tres pedes, videtur quasi lilium), cum paucio motu secuta est impressionem, idest perfecit totam aquilam: et sic apparent modo ille anime una aquila. Bene facit auctor istas animas regum et dominorum ad modum, seu formam, aquile, que sunt arma Imperii, a quo dependere debent omnia alia dominia.

O dulcis stella, quales et quante gemme michi demonstrarunt, quia vestra iustitia effectus sit celi quod tu ingemmas. Orat auctor ad illam stellam, idest ad Deum, qui dedit virtutem illi stelle, dicens quod sancti spiritus, in numero quasi infiniti, ostendebant bonum effectum huius planete, qui planeta ingemmat speram suam et facit ipsam optimam.

Quare ego precor Mentem. Perch'io prego la Mente: hec est quarta pars huius capituli, in qua auctor supplicat Deo ut faciat ultionem de illis, qui corrumpunt iustitiam, dicens: Quare ego precor Mentem, idest divinam, in qua initiatur, idest principiatur, tuus motus et tua virtus, quod respiciat unde exit fumus, qui totum radium vitiat, idest maculat, scilicet avaritiam, et maxime pastorum Ecclesie; ita quod alia vice amodo irascatur, idest ad iram moveatur, de emere et vendere, idest de emptionibus et venditionibus, que fiunt intra templum, quod, scilicet templum, muratum fuit de sanguine, Christi idest [et] san-

ctorum Martyrum et martyriis. Idest: irascaris, sicut fecisti in templo, quando cum flagello de funiculis eiecisti oves et boves, etc., et quando dixisti: Domus mea, domus orationis vocabitur; vos autem fecistis illam speluncam latronum. Quia sic nunc faciendum esset de istis sacerdotibus, qui sunt avarissimi.

O militia celi, quam ego contemplor, adora pro illis, qui sunt in terra, omnes devii retro, idest post, malum exemplum, scilicet quod dat papa et alii pastores Ecclesie, qui deberent dare bonum exemplum.

Iam solebat cum ensibus fieri guerra; sed nunc fit subripiendo nunc hic nunc ibi, panem quem Pater pius nulli claudit. Panem: scilicet corpus; vel dic panem, scilicet suffragia sanctorum, communionem sanctorum: quia pastores Ecclesie, excommunicando, auferunt panem vite ab excommunicato; et pius pater non deberet negare talem panem, idest non leviter deberet excommunicare quemquam.


Sed tu, scilicet o Pastor Ecclesie, qui solum propter cancellare (idest facis processum, et propter cancellaturam processuum petis et vis pecunias) scribis, cogita quod Petrus et Paulus, qui mortui sunt pro vinea, idest Ecclesia sancta Dei, quam destruis, scilicet illam male regendo, adhuc sunt vivi ante conspectum Dei, qui vindicabunt se de te et de tuis malis operibus.

45 Ben più' tu dire: Io ho fermo 'l desiro
 Sì a colui che volle viver solo,
 E che per salti ⁽¹⁾ fu tracto al martiro,
 Ch'ionon cognosco el Pescator ⁽²⁾ nè Polo ⁽³⁾.
 46 *Bene potes dicere: Ego habeo firmum desiderium*
Ita ad illum qui voluit vivere solus,
Et qui per saltus fuit tractus ad martyrium,
Quod ego non cognosco Piscatorem neque Paulum.

⁽¹⁾ balli d'Herodiade — ⁽²⁾ Pietro — ⁽³⁾ Paolo.

Bene potes dicere (ecce unam excusationem que est maxima accusatio): Ego habeo firmum desiderium ita, idest in tantum, ad illum (scilicet Ioannem Baptistam, scilicet ad florenum qui conatur Florentie, in quo ex una parte est ymaginatus Sanctus Ioannes Baptista) qui voluit vivere solus hic Ioannes Baptista est, qui quinto etatis sue [anno] ivit ad desertum, ubi solus tam diu stetit, et qui per saltus tractus fuit ad martyrium (quia puelle saltanti Herodes

dedit caput Ioannis Baptiste in disco, ita quod propter saltus puelle fuit martyrizatus), quod ego non cognosco Piscatorem, idest Sanctum Petrum, nec Sanctum Paulum. Idest: tantum actendo ad florenum et ad avaritiam, quod non cogito, nedum de principibus Apostolorum, sed nec etiam de Deo, quia tota intentio mea est ad avaritiam et ad res mundanas.



La poesia cristiana ha capovolto, o, diciam meglio, raddrizzato, le cose e le idee: imperocchè, invece di usare le immagini sensibili ad adombrare le spirituali, con ardito, ma felice, volo, non di raro piglia l'ordine spirituale a tipo ed esemplare, com'è veramente, del mondo de' sensi. Insomma, anzichè passare dal segno al significato, da questo passa a quello. Singolarissimo è, per esempio, lo spiegare che fa Dante l'immagine del più o meno salire delle faville beate nel cielo di Marte, col vigore della virtù che per via indefinita ascende in alto; ed è pellegrina bellezza, scriveva il Tommasco, e similitudine al tutto cristiana, che vale per dieci di Omero.

E come, per sentir più diletanza,
 Bene operando, l'uom di giorno in giorno
 S'accorge che la sua virtute avanza.

Nè altri, in verità, fuor che il Cristianesimo poteva mettere a luce i tesori reconditi dell'umano spirito, fatto così potente che può (mirabilissima cosa) non soltanto scorgere attraverso il velo delle parvenze l'intelligibile che vi s'inchiude, ma lo stesso intelligibile splendente di luce sua propria adopera a spiegazione e ad intendimento de' fatti sensibili, che senza di quello son nulla. L'effetto di questo meraviglioso rivolgimento si è sentito e si sente oggi più vivamente che mai nella fiducia dell'avvenire, e nella speranza, ala divina dell'anima, non potuta più mai far calare al genere umano, la quale mancò affatto al Paganesimo.

Sì, la fede e la certezza in un Dio infinito e provvidentissimo, che guida i moti tutti dell'universo ad eccelso segno, anzi a fine infinito, è necessariamente sprone e fiduciosa speranza a mirare e correre con affetto nell'avvenire, accompagnando l'opera nostra buona, al conseguimento della maggior perfezione. Ed ecco perchè, dopo il Cristianesimo, e nel solo Cristia-

nesimo, abbiamo avuto ed abbiamo un vero progresso in ogni ramo dell'umana operosità: un progresso anzi, che in alcune cose ha del meraviglioso, il quale nei men meditativi, e in chi guarda alla sola corteccia, ispira borioso disprezzo verso chi ci precedette, non badando che dei frutti che oggi noi cogliamo, essi posero i semi fecondi; un progresso che li esalta così, da far loro dimenticare talvolta che, per quanto indefinito sia il cammino che si apre allo spirito umano, questo è e resterà sempre finito, nè quindi tutto può ora, nè il potrà appresso, appunto perchè essenzialmente finito, benchè posto ad avanzare per indefinita via all'Infinito.

A questi giorni leggemmo di un deputato di Francia, che deplorando (infelice!) i sacrificii dei sacerdoti cattolici nella sua nazione per ristorarvi ed allargarvi lo spirito religioso, diceva: Non me la piglio contro questi uomini, benchè miei avversari: quel che odio è l'idea di Dio, primo ed unico movente delle loro azioni! E pensammo che di certo costui era logico, perchè in verità i generosi sacrificii di quelle anime elette hanno origine da misteriose ispirazioni divine, le quali scendono in esse per il sublime segno, impresso nella più intima profondità di noi stessi, che è appunto l'idea di Dio. Se non che il pensare che l'odio all'idea di Dio, la quale del resto è dall'umano spirito incancellabile, vuol dire odio al termine più alto d'ogni perfezione ideale e reale, ci fa intendere che costoro desiderano spento in noi quel lume unico che leva in alto e l'ingegno ed i cuori; desiderano insomma e invocano la morte d'ogni speranza e d'ogni effettuamento di progresso intellettuale e morale, e, per necessità di cose, la morte anche d'ogni migliorìa materiale. E questo ci riempi di terrore, e ci fece scorgere tutta l'orribilità satanica dell'insegnamento che mira a far odiare Iddio, da cui invano vogliono staccare il pensiero ed il cuore, e che pone in ciò l'emancipazione dell'uomo, e il toccare finalmente tutta l'altezza de' suoi destini!





CAPITULI DECIMINONI SUMMARIUM

In isto decimonono capitulo, quod incipit: *Apparebat ante me imago cum alis apertis*, auctor dicit quomodo ista aquila, conserta ex illis spiritibus iovialibus, stabat cum alis apertis ante ipsum, et quilibet illorum spirituum apparebat unus rubinctus (lapis pretiosus est), qui esset a sole sive a suis radiis percussus. Asserit autem auctor, quomodo illud quod ipse fingit hic, nunquam amplius fuit descriptum; scilicet quod ipse vidit et audivit loqui rostrum istius aquile, quod dicebat Ego et Meum, ubi in conceptu erat Nos et Nostrum. Et continuavit ista verba: Propter esse iustum et pium sum hic exaltatus in hac gloria, que se vinci a desiderio non permittit, et in terra reliqui memoriam talem quod etiam mali homines ipsam laudant, licet ipsam non imitentur. Ecce quod ista aquila, contexta ex illis spiritibus quasi innumerabilibus, loquitur singulariter ac si esset unus spiritus, qui loqueretur. Notandum est hic quod in stella, sive in spera Iovis, auctor collocat animas dominorum iustorum, regum, imperatorum, et aliorum rectorum, qui cum iustitia dominati sunt, iuste regentes populum sibi subditum. Et merito, quia Iuppiter, secundum astrologos, est planeta benivolus, graciosus, et melior fortuna ab astrologis nominatur; influit nempe in hominibus iustitiam, equitatem, benignitatem et rectitudinem. Ideo aquila ista, loquens quasi una persona, dicit: Propter esse iustum et pium, sum hic in hac gloria. Tunc talia auctor audiens, subito intravit in dubium tale. Nos videmus in terris aliqua fieri, que apparent esse non secundum iustitiam retinendam; ideo dicit isti aquile, quod ipsa videt in Deo omnia, et auctor dubitat, ideo ipsa cognoscit in Deo dubium suum. Tunc aquila, volens solvere dubium, dicit unum notabile: scilicet, quod Deus, qui fecit mundum, non potuit facere aliquam creaturam adeo perfectam, quin Verbum divinum excederet illam in infinitum. Hoc non novit Lucifer secundum istum auctorem,

ideo cecidit: quia si hoc novisset, non appetivisset equalitatem divinam; et omnis creatura, que magis intelligit, videt se excedi a Deo per infinitum excessum; et omnis perfectio que est in creaturis, nihil aliud est nisi quedam participatio perfectionis divine. Tunc ipsa aquila ponit in terminis questionem, de qua auctor dubitat, que est talis. Ponatur quod unus homo nascatur in tali loco, ubi nunquam fuit auditum nec potuit audiri de Christo nec de eius lege; et talis homo vivens secundum rectam rationem agit et omnia operatur, nec unquam discedit a tramite recte rationis. Iste moritur: si salvatur, in qua fide? ubi est fides, que ipsum salvat? quia nullam habuit; nec fuit defectus suus, quia non fuit docens; et si dampnatur, ubi est iustitia que ipsum condempnat? Alia responsio non datur hic, nisi quod homines debent stare contenti ad id quod Deus facit, et illud laudare, et credere quia quidquid Deus facit iuste facit, nec querere ulteriorem causam. Et dicit aquila talem causam querenti: Tu qui sedes in cathedra, qui modicum vides a longe, quomodo vis tu iudicare illa que distant per mille milliaria? Prima voluntas, scilicet divina, que per se, a se, et secundum se, est bona, omnia bene facit; et tantum res iusta est, quantum illi consonat. Et istud signum aquile cantabat cantum mortalibus inintelligibile, et dicebat: Quales sunt note mee tibi auctori, scilicet qui eas non capis, talis est mortalibus iudicium meum. Nunquam ascendit aliquis ad istud regnum, qui non crediderit in Christum passum vel passurum. Sed multi clamant Christum, Christum, qui in die iudicii plus distabunt a Christo, quam illi qui fuerunt infideles, et multi Christiani condempnabuntur ab Ethiopibus. Quid dicent reges Christiani, qui non fuerunt iusti, quando erit dies iudicii, in quo videbuntur omnia opera bona et mala, parva et magna, que fecerunt omnes reges christianorum? Videantur hystorie in Commento.

CAPITULUM DECIMUMNONUM

1 Parea dinanzi a me coll'hale aperte
La bella ymage, che nel dolce frui
Liete faceva l'anime conserte.
2 Parea ciascuna rubinetto, in cui
Raggio di sol ardesse sì acceso,
Che ne' miei ocli rinfrangesse lui.

Apparebat ante me cum alis apertis. Parea dinanzi a me con l'ali aperte: hoc est decimumnonum capitulum huius Paradisi, in quo, descripto signo aquile, quod apparebat in planeta Iovis, per quod figuratur iustitia, quam influit Iuppiter, auctor introducit istam aquilam ad loquendum de iustitia Dei. Quod capitulum dividitur in quatuor partes. In quarum prima ista aquila manifestat se et suam exaltationem.

In secunda, que incipit ibi:

Unde ego prope;
Ond'io appresso,

auctor proponit isti aquile unam arduam questionem circa iustitiam divinam.

In tertia parte, que incipit ibi:

Postea incipit ille qui volvit;
Poi comenzò colui che volve,

predicta aquila solvit questionem sibi ab auctore propositam.

In quarta parte, que incipit ibi:

Ipsum reincepit ad istud regnum;
Esso ricomenciò a questo regno,

istud signum aquile reprehendit reges christianos, qui per oppositum se habent ad iustitiam divinam, et sunt quasi omnes hostes iustitie.

In prima igitur parte auctor consequitur morem suum, scilicet continuationem dictorum cum dicendis. Dicit quod illa predicta aquila stabat cum alis apertis. Notandum

1 *Apparebat ante me cum alis apertis*
Pulchra ymago, que in dulci frui
Letas faciebat animas consertas.
2 *Apparebat quelibet unus rubinectus, in quo*
Arderet radius solis ita accensus,
Quod in meis oculis refrangeret illum.

est hic, prout dictum est superius, [quod] iste anime regum et dominorum illustrium, que hic sic convenerunt in isto planeta Iovis sic ad invicem, quod contexerunt unam aquilam. Ymageris unum laborem mosaicum, quando in uno pavimento ecclesie, vel in muro, de lapillis miniatis et deauratis vel argenteatis, fit una figura hominis vel alius animalis, sicut Rome sunt multa talia laboreria, sicut in atrio Sancti Petri de Roma est illa navicula Petri supra portam atrii, et sicut Venetiis in Sancto Marco, et etiam alibi. Ita ymaginatur hic. Ab illis animabus regum contexeatur et sit contextata una aquila, que habeat colum, rostrum, alas et cetera membra aquile, et quod illa aquila loquitur auctori ut una avis, sicut unum animal, licet illa aquila sit plures anime. Et illa aquila loquebatur per istos terminos, Ego et Meum, quamvis in respectu intelligeretur Nos et Nostrum: quia ut ille anime contexerunt unam aquilam, illa aquila loquitur ut unum animal, ideo Ego et Meum; sed in quantum sunt ibi mille et plures anime, intelligitur Nos et Nostrum. Iam ergo vult dicere auctor, quod ista aquila stabat cum alis apertis, et fruebatur, et in fruitione omnes anime ibi conserte, idest contexte, fiebant lete. Quelibet illarum animarum, in illa aquila, apparebat unus rubinectus (lapis pretiosus est, pulcherrimi coloris ignei, quasi tendentis ad rubedinem), quando in illo solis radius reverberaret in illum, quia tunc appareret valde pulcher. Nota quod ista duo verba in infinitivo modo, Fruor et Utor, et etiam in omnibus aliis modis et temporibus, ab invicem differunt apud theologos; qui theologo utuntur isto termino Frui solum ad res eternas et immensas, sicut ad deitatem et personas divinas, et nullo

3 E quel che mi convien ritrar testeso,
Non portò voce mai, nè scripse onchiostro,
Nè fu per fantasia giamai compreso;
4 Ch'io vidi, et anco udii parlar lo rostro,
E sonar ne la voce et lo e Mio,
Quand'era nel concepto e Noi e Nostro.
5 E comincio: Per esser giusto e pio
Son io qui exaltato a quella gloria,
Che non si lassa vincer al desio;
6 Et in terra lassai la mia memoria
Sì facta, che le genti lì malvage
Commendan lei, ma non seguen l'hystoria.
7 Così un sol calor di molte brage
Si fa sentir, come da molti amori
Usciva sol un suon di quella ymage.
Ond'io apresso: O perpetui fiori
Dell'eterna letitia, che pur uno
Parer mi fate tutti vostri odori,

3 *Et illud quod michi convenit retrahere nunc,*
Non portavit vox unquam, nec scripsit incaustum,
Nec fuit per fantasiam unquam comprehensum;
4 *Quia ego vidi, et etiam audiui loqui rostrum,*
Et sonare in voce et Ego et Meum,
Quando erat in conceptu et Nos et Nostrum.
5 *Et incepit: Propter esse iustum et pium*
Sum ego hic exaltatus ad istam gloriam,
Que non permittit se vinci a desiderio;
6 *Et in terra dimisi meam memoriam*
Talem, quod gentes ibi maligne
Commendant [ipsam], sed non sequuntur hysto-
7 *Sic unus solus calor multarum prunarum*
Facit se sentire, sic multorum amorum
Exibat solummodo unus sonus de illa ymagine;
8 *Unde ego prope: O perpetui flores*
Eterne letitie, qui solummodo unum
Apparere michi facitis omnes vestros odores,

modo ad alias res. Unde theologo bene dicunt, Fruimur Deo, deitate, personis divinis, Patre et Filio et Spiritu Sancto, et nullo modo aliis rebus ab istis. Quia Frui est amore inherere alicui propter seipsam et non propter aliud, et sic solum inherendo Deo: sed Uti est inherere amore alicuius rei, non solum propter ipsam, sed propter aliud. Sic vult Beatus Augustinus, et alii Doctores volunt. Hanc materiam tangit magister Petrus Lombardus in primo libro suarum Sententiarum, distinctione prima. Quicumque frueretur aliqua re creata, non frutitio, sed abusus, diceretur. Dicit igitur textus: Apparebat ante me cum alis apertis pulchra ymago, que in dulci Frui, idest fruitione, letas faciebat animas consertas, idest contextas.

Apparebat quelibet, idest illarum animarum, unus rubinectus, lapis pretiosus, in quo arderet radius solis ita accensus, quod in oculis meis refrangeret illum.

Modo auctor commendat laborem suum, dicens, quod illud quod oporteret hic eum describere, nunquam per aliquam vocem prolatus fuit, nec per atramentum nec [per] encaustum scriptum fuit, nec unquam quicquam ymaginatus; quasi dicat, Omnino est nova fantasia; quia describit quomodo vidit et audiuit loqui rostrum illius aquile, et sonare et dicere in voce et dicere, Ego et Meum, ubi in conceptu erat dicere, Nos et Nostrum.

Et dixit illud rostrum in persona aquile: Qui[a] fui pius et iustus (idest dum eram rex dilexi iustitiam et pietatem, idest clementiam, idest rexi in iustitia et elementia regnum: hec sunt illa duo, que efficiunt bonum regem et dominum, scilicet clementia et iustitia. Ideo dicitur Sapientie primo capitulo: Diligite iustitiam qui iudicatis terram; et Proverbiorum tricesimoprimum: Clementia principis gubernat regnum. Impia enim est iustitia, que humane fragilitati non novit ignoscere; ita quod clementia est magna pars iustitie. Ergo dicit aquila: Propter iustitiam et pietatem, sum hic

in celo exaltatus ad istam gloriam, que excedit omnem desiderium (idest quicumque desiderat bonum, cum pervenit ad istam gloriam, nihil ulterius desiderat nec potest desiderare: Boetius, tertio de Consolatione, prosa secunda); et in terra dimisi bonam famam de me (propter ista duo, scilicet iustitiam et pietatem), in tantum quod etiam mali commendant me. Nam sic est, quod etiam mali commendant virtutes, licet non imitentur illas. Ita erat una vox omnium istarum animarum, sicut de multis carbonibus procedit unus calor.

Et illud quod michi convenit, idest me oportet, retrahere, idest describere, nunc, non portavit vox unquam, idest non protulit, nec scripsit incaustum, idest atramentum, nec fuit per fantasiam unquam comprehensum. Quia ego vidi, et etiam audiui loqui rostrum et sonare in voce et Ego et Meum, quando erat in conceptu Nos et Nostrum. Et incepit, supple dicere: Propter [esse] iustum et pium, idest quia fui iustus et pius, sum ego hic exaltatus, idest in ista stella et in tanta gloria, ad istam gloriam, que, scilicet gloria, non permittit se vinci desiderio (aliquo, modo subaudi, imo ipsa, scilicet gloria, superat omne desiderium, et non potest superari ab aliquo, quoniam ipsa gloria est maior quam sit quodcumque desiderium creatum); et in terra dimisi meam memoriam, idest operum meorum, talem, quod gentes ibi maligne commendant ipsam, sed non sequuntur hystoriam: quia licet commendent virtutes, tamen non operantur secundum illas, quia eis non contingit male uti. Secundo Ethicorum.

Sicut solus unus calor multarum prunarum, facit se sentire, idest a circumstantibus illas prunas; sic multorum amorum, idest multarum illarum animarum, exibat solummodo unus sonus de illa ymagine, idest ab illa aquila.

Unde ego prope. Ond'io appresso: hec est secunda

- ⁹ Solvetemi, spirando, el gran digiuno
Che lungamente m'ha tenuto in fame,
Non trovandoli 'n terra cibo alcuno.
- ¹⁰ Ben so io, se in cielo alto reame
La divina iustitia fa suo specchio,
Che 'l vostro non l'apprende col velame.
- ¹¹ Sapete com'attento m'apparechio
Ad ascoltar; sapete quale è quello
Dubi[o], che m'è digiun cotanto vechio.
- ¹² Quasi falcon ch'escendo (¹) di cappello,
Muove la testa, e coll'hale si plaude,
Vogla mostrando, e facendosi bello,
- ¹³ Vid'io farsi quel segno, che di laude
De la divina gratia era contesto,
Con canti, quai si sa chi lassù gaude.
- ¹⁴ Poi cominciò: Colui che volge 'l sexto
All'estremo del mondo, e dentro ad esso
Distinxe tanto occulto e manifesto,
- ¹⁵ Non potè suo valor sì fare impresso
In tutto l'universo, che 'l suo Verbo
Non rimanesse in infinito eccesso.
- ⁹ *Solvatis michi, spirando, grande ieiunium
Quod longo tempore tenuit me in fame,
Non reperiendo ibi in terra cibum aliquem.*
- ¹⁰ *Bene scio ego, quod si in celo alto regno
Divina iustitia facit suum speculum;
Quod vestrum non apprehendit in velamine.*
- ¹¹ *Scitis quomodo attentum ego me paro
Ad auscultandum; vos scitis quale est istud
Dubium, quod est michi ieiunium tantum vetus.*
- ¹² *Sicut falco qui escit de cappello,
Movet caput, et cum alis sibi applaudit,
Voluntatem monstrando, et faciendo se pulchrum,*
- ¹³ *Vidi ego sic fieri illud signum, quod de laude
Divine gratie erat contextum,
Cum cantibus, quos scit qui ibidem gaudet.*
- ¹⁴ *Postea incepit: Ille qui volvit sextum
Ad extremum mundi, et intra ipsum
Distinxit tantum occultum et manifestum,*
- ¹⁵ *Non poterat suum valorem ita facere impressum
In toto universo, quin in suo Verbo
Non remaneret per infinitum excessum.*

(¹) exendo.

pars huius capituli, in qua auctor proponit isti aquile unam difficilem questionem circa iustitiam divinam et dicit: O vos, qui estis perpetui flores, et tamen cum omnibus vestris odoribus representatis solum unum odorem, solvatis michi unum dubium, super quo diu ieiunavi, idest cuius solutionem diu desideravi et non reperi declarantem me, quia bene scio quod divina iustitia non occultat aliquid vobis in aliquo velamine; vos scitis quod ego desidero scire veritatem de dubio.

Tunc illa aquila ostendit letitiam, hiis auditis. Sicut falco, quando dominus suus discooperit sibi caput, elevando capellum, sive galerum, de capite suo, et applaudit, ostendens se voluntarium ad volandum, vel ad comedendum; sic vidi, dicit auctor, illam aquilam plenam laude divina, cum cantibus, quos bene novit qui ibi gaudet; quasi dicat, alii non. Unde ego prope, idest ultra hoc, dixi: Perpetui flores eterne letitie, qui solummodo unum apparere michi facitis omnes vestros odores, solvatis michi, spirando, grande ieiunium (idest dubium, in quo diu ieiunavi, scilicet desiderans solutionem eius), quod longo tempore tenuit me in fame, idest in desiderio, non reperiendo ibi in terra cibum aliquem, idest declarationem aliquam.

Bene scio ego, quod si in celo, alto regno, scilicet quod altum est regnum, divina iustitia facit suum speculum (idest si Deus indicat secreta sua aliquibus animabus in celo, ipse non occultat vobis, imo potius pandit, de iustitia sua: quia vos fuistis valde iusti; ideo profunde debetis videre in Deo iustitiam eius, que aliquando mortalibus videtur

extranea, idest non bona, iustitia) quod vestrum, scilicet ingenium non apprehendit in velamine, idest non absconditur vobis.

Scitis, quia videtis in Deo, quomodo actentum ego me paro, idest avidum, ad auscultandum: vos scitis quale est illud dubium, quod est michi ieiunium tantum vetus.

Sicut falco, qui exit de cappello, movet caput et cum alis sibi applaudit (tunc caput auctoris exiret de cappello, quando declararetur sibi dubium, cum quo diu steterat cum ignorantia et velamine veritatis), voluntatem monstrando et faciendo se pulchrum (voluntatem manducandi vel volandi indicando), vidi ego sic fieri illud signum, scilicet aquilam, que de laude divine gratie, idest de animabus iustis, factis ex laude Dei, erat contextum, cum cantibus, quos scit qui ibidem gaudet. Quasi dicat: Ille qui gustat, sicut ego gustavi, scit; aliter non potest scire; ideo non describo.

Postea incepit ille. Poi cominciò colui: hec est tertia pars huius capituli, in qua aquila solvit questionem sibi propositam ab auctore; que questio erat ista. Si possibile est, quod aliquis homo, totus virtuosus et bonus, quantum est possibile in natura fieri, non fidelis, salvetur, qui nunquam audivit nec scivit de aliqua lege Moysi[s], aut Christi, nec potuit scire. Si ipse dampnatur, ubi est iustitia, que ipsum dampnat sine culpa?

Primo tamen ponitur infinitas divine potentie et fragilitas humani ingenii, et quomodo finiti ad [in]finitum nulla

- ¹⁶ E ciò fa certo, che 'l primo Superbo,
Che fu la somma d'ogni creatura,
Per non aspectar lume, cadde acerbo:
- ¹⁷ E quinci appare ch'ogni minor natura
È corto receptacol a quel bene,
Che non ha fine e sè con sè misura.
- ¹⁸ Dunque vostra veduta, che conviene
Esser alcun de' raggi de la mente
Di che tutte le cose son ripiene,
- ¹⁹ Non può di sua natura esser possente
Tanto, che 'l suo principio non discerna
Molto di là da quel che gl'è parvente.
- ¹⁶ *Et hoc facit certum, quod primus Superbus,
Qui fuit summa omnium creaturarum,
Propter non expectare lumen, cecidit acerbus:*
- ¹⁷ *Et hinc apparet quomodo omnis creatura
Est curtum receptaculum illius boni,
Quod non habet finem et se in se mensurat.*
- ¹⁸ *Igitur vestra virtus, que convenit
Esse aliquis radiorum mentis
De quibus omnes res sunt replete,*
- ¹⁹ *Non potest a sua natura tantum esse potens,
Quod suum principium non discernat
Multo ulterius illo quod sibi apparet.*

est proportio; ita quod humana fragilitas non potest, etiam in quantumcumque minimam partem ipsius summi boni. Et dicit auctor, et bene, quod non est possibile, nec unquam fuit, quod Deus faceret aliquam rem ita magnam et perfectam, quin adhuc Deus illam excedat per infinitum excessum. Dicitur quod Deus, faciens mundum, fecit tam varias creaturas, scilicet rationales et irracionales, sensibiles et insensibiles, perpetuas et corruptibiles, nobis notas et ignotas; fecit etiam finitas in pondere, numero et mensura; nec potuit facere aliquid ita perfectum, quin per infinitum Verbum suum excederet illud. Propter hoc apparet auctori quod Lucifer non percepit hoc, scilicet quod impossibile sit aliquam creaturam esse ita perfectam, que posset attingere ad equalitatem Dei: quia secundum opinionem auctoris, si Lucifer hoc cognovisset, nunquam appetiisset equalitatem Dei; et quia non cognovit hoc, equalitatem Dei appetiit. Unde cecidit acerbus, idest cito, et non expectavit confirmationem divine gratie, sicut alii qui steterunt et fuerunt confirmati. Unde concluditur, quod omnis res alia a Deo, que est minor Deo, sit nihil aliud quam aliquis radius illius boni, idest Dei, qui caret fine et se in se mensurat; idest, solus Deus seipsum mensurat, idest perfecte intelligit et comprehendit in mensura eternitatis sue, nec ab aliquo alio potest comprehendi. Nec scientia creata est aliud quam aliquis radiorum divine lucis: idest omnis creata scientia venit a scientia divina, sive mentis divine, et de radiis divine mentis omnes creature sunt implete; et nullo modo scientia creata, vel creaturarum, potest esse talis vel tanta, nec ita potens aut clara, quin semper discernat et cognoscat quod suum principium, scilicet Deus, sit longe maior in infinitum et infinite excedat eam. Ecce fragilitatem humanam et impotentiam.

Postea incepit, scilicet dicere: Ille, scilicet Deus, qui volvit sextum (idest fecit mundum: sextum est instrumentum geometricum, quo fiunt figure circulares, sive circuli et alie mensure: Deus fecit mundum in figura circulari et perfecta et omnes formas quodammodo circulares) ad extremum mundi (quia mundus est finitus et terminatus sub certo spatio), et intra ipsum, scilicet mundum, distinxit tantum, idest fecit tot species et figuras, occultum et manifestum, aliquas nobis notas, aliquas et plures nobis obscuras, occultas et incognitas, non poterat suum valorem,

idest suas perfectiones, ita facere impressum, idest ita communicare creaturis in toto universo, quod aliquid ibi diminueretur; nec potuit suum valorem sic tantum et taliter imprimere in universo, quin in suo Verbo non remaneret per infinitum excessum.

Et hoc facit certum, idest ex hoc certe apparet, quod primus Superbus, idest Lucifer, qui fuit summa omnium creaturarum, propter non expectare (idest quia hoc non cognovit, quod nulla creatura potest equari Deo) lumen, idest confirmationem divine gratie, cecidit acerbus, idest ante tempus, quia cito cecidit; non enim stetit in celo empyreo nisi per parvulam morulam, et ita parvam, sicut quantum potest cogitari. Non est dubium quod Deus fecit omnes angelos bonos, et sic Luciferum; et ideo non est ymaginandum, quod in illo instanti in quo Deus Luciferum fecit, quod ipse Lucifer peccaverit. Oportet igitur ibi fuisse aliquam morulam, quia impossibile est duo instantia esse immediata, quoniam inter quecumque duo instantia data vel danda, cadit medium temporis. Dicunt aliqui, quod ex hoc concluditur, Deum non esse omnipotentem, ex eo quia Deus non potest facere creaturam sibi equalem, et quia non potest facere alium Deum equalem se, etc. Sed ista non concludunt quod sic dicentes inferunt, sed oppositum: quia non posse peccare est summa perfectio; et non posse in Deo facere maiorem se, similiter. Et hinc apparet quomodo omnis creatura, que scilicet est minor Deo, est curtum, idest parvulum, receptaculum illius boni (idest Dei, quia nulla creatura potest ad plenum esse capax Dei), quod bonum, scilicet Deus, non habet finem, quia Deus est undique infinitus, et se in se mensurat, quia Deus est mensura sui et omnia alia ipse mensurat. Ipse solummodo plene cognoscit et comprehendit se, et a nullo alio a se potest comprehendi: quia ipse est infinitus, et omnis creatura est finita, et finiti ad infinitum nulla est proportio rationalis; et ideo nulla creatura potest ad plenum comprehendere Deum.

Igitur vestra virtus, scilicet intellectiva, vel scientia vestra humana, que convenit, idest quam oportet, esse aliquid radiorum mentis, scilicet divine, de quibus, scilicet radiis, omnes res, scilicet create, sunt replete (idest omnis

- 20 Però ne la iustitia sempiterna
La vista che riceve 'l vostro mondo,
Com'occhio per lo mar, dentro s' interna;
21 Chè, benchè da la proda veggia 'l fondo,
In pelago nol vede; e nondimeno
È lì, ma cela lui l'esser profondo.
22 Lume non è, se non vien da sereno
Che non si turba mai, anzi è tenebra,
O ombra de la carne, o suo veneno.
23 Assai t'è mo' aperta la latebra,
Che t'ascondeva la giustitia viva,
Di che facevi question tanto crebra;
24 Chè tu dicevi: Un huom nasce a la riva
Del Nilo, e quivi non è chi ragioni
Di Chrysto, nè chi legga, nè chi scriva;

virtus intellectiva, vel scientia creata, est ab intellectu, scilicet a mente divina, que mens divina omnia replet), non potest, scilicet virtus vestra creata, a sua natura esse tantum potens, quod, idest quin, suum principium, idest Deum, non discernat multo ulterius illo quod sibi apparet. Idest: virtus vestra intellectiva noscit quod Deus est maior res quam ipsa possit videre; idest intelligit Deum, maius, idest perfectius, ens, quam ipse possit cognoscere; quia quanto creatura plus cognoscit de Deo, tanto melius cognoscit quod Deus est ad plus et plus, et quod Deus est incomprehensibilis.

Modo ponitur paucitas et fragilitas humane mentis per talem comparisonem. Oculum hominis, qui videt mare, videt fundum maris iuxta lictus, et non in pelago, propter profunditatem que est in pelago. Tamen homo videns, scit quod etiam mare habet fundum etiam in pelago. Ita contingit intellectui creato, quia aliqua videt de Deo, quomodo ipse est principium rerum, quod est prima causa, primus motor, et quod Deus regit omnia; tamen non potest videre nisi a lictore, idest in aliquibus paucis predicabilibus de ipso Deo: tamen non potest in tantum videre quod videat ad plenum iustitiam Dei; tamen scit quod est iusta et sancta.

Ideo in iustitia sempiterna, scilicet Dei, *vista*, idest visio, quam recipit vester mundus, sicut oculus per mare, intra internatur (quia in lictore [videtur] fundum, et non in pelago); quia, quamquam de prora videat fundum (prora est anterior pars navis), in pelago non videt, et nihilominus est ibi, sed celat ipsum, idest fundum esse, profundum, idest profunditas.

Lumen non est, scilicet creatum, nisi sit a sereno quod non turbatur unquam (idest, nulla scientia bona aut perfecta est, nisi sit a lumine divino: idest, nulla scientia est bona, nisi sit concors divine sapientie), imo est tenebra, vel

- 20 *Ideo in iustitia sempiterna*
Vista quam recipit vester mundus,
Sicut oculus per mare, intra internatur;
21 *Quis[que] quamquam de prora videat fundum,*
In pelago non videt, et nihilominus
Est ibi, sed celat illum esse profundum.
22 *Lumen non est, nisi sit a sereno*
Quod non turbatur unquam, imo est tenebra,
Vel umbra carnis, vel suum venenum.
23 *Satis aperta est tibi latebra,*
Que tibi abscondebatur iustitiam vivam,
Ex quo faciebas questionem tantum crebram;
24 *Quia tu dicebas: Unus homo nascitur ad ripam*
Nili, et hic non est qui ratiocinetur
De Christo, nec qui legat, nec qui scribat;

umbra carnis, vel suum venenum. Idest: astutia hominum, et scientie varie, contrariantes Sacre Scripture, sunt magis tenebras et obscuritas, et sensus carnis depravate, obfuscans verum lumen, quam scientia Dei; ideo talis sensus carnis est magis tenebra, quam notitia vel scientia. Vult auctor, quod solum illud est iustum, quod placet Deo summo bono; et nihil est vel potest esse iustum, nisi illud quod coram Deo est iustum; et ideo de eo quod apparet hominibus iustum vel iniustum, parum est curandum: et tamen homines intrancantur in multis questionibus, formando sibi aliquas rationes, secundum existimationes proprias; et sic sepe incidunt in errores plurimos, accusando et diffamando iustitiam divinam. Et hoc est quod vult hic dicere auctor.

Iam aperta est tibi latebra, idest dubietas; quia tu vides sequi sensum tuum in iudicando, quod non debet fieri. Tu debes dicere: Dampnat Deus istum? ergo istius dampnatio iusta est. Salvat Deus illum? ergo illius salvatio iusta est: et non [te] intricare in aliis rationibus. Latebra est, quod homo vult iudicare de iusticia Dei secundum sensum humanum; et ex hinc sequuntur errores. Satis est nunc tibi aperta latebra, que tibi abscondebatur iustitiam vivam (scilicet divinam; scilicet, quia tu vis iudicare secundum sensum tuum), ex quo faciebas questionem tantum crebram, idest pluries replicatam, idest spissam.

Et iam aquila ponit questionem in terminis. Quia tu dicebas, quod unus homo nascitur ad ripam Nili (est fluvius cuius origo ignoratur), et ibi non est qui ratiocinetur de Christo, nec qui legat, nec qui scribat; et ille nascitur in loco, ubi non est possibile ipsum scire de lege Christi; et omnes sue voluntates et actus boni sunt, in quantum humana ratio videt, sine peccato in vita et in sermonibus.

- 25 E tutti suo' voler ⁽¹⁾ et acti ⁽²⁾ buoni
Son, in quanto ragion humana vede,
Senza peccato in vita o in sermoni.
26 Muore non baptizato e senza fede:
Ov'è questa giustitia che 'l condanna?
Ov'è la colpa sua, sed ⁽³⁾ ei non crede?
27 Or tu chi se', che vuoi seder a se[r]anna,
Per giudicar di lungi mille migla
Colla veduta corta d'una spanna?
28 Certo a colui che meco s' assottigla,
Se la Scrittura sopra voi non fosse,
Da dubitar sarebbe a maravigla.
29 O terreni animali, o menti grosse!
La prima volontà, che è per se buona,
Da se, ch'è sommo ben, mai non si mosse.
30 Cotanto è giusto, quant'a lei consuona;
Nullo creato ben a se la tira,
Ma essa, radiando, lui cagiona.

⁽¹⁾ voluntates — ⁽²⁾ operationes — ⁽³⁾ si ille.

Moritur non baptizatus et sine fide: ubi est ista iustitia que ipsum condempnat? ubi est culpa sua, si ipse non credit? Nunc ille, qui talem questionem format, movetur, ex una parte, inde: Qui non crediderit, condempnabitur. Ex alia parte movetur ex hoc: Quia fecit quidquid fait in se, nec potuit credere, quia non habuit informatorem, et pro eo non remansit, quare igitur dampnatur? Ista dubitatio hic aliter non solvitur, nisi quod nos mortales debemus stare in hoc, quod quidquid Deus facit reputemus fore [iustum], et licet nesciamus videre istam iustitiam; et certe non possumus ipsam a nobis videre, quia iudicia Dei abyssus multa; nos videmus pauca, et paucam vel nullam scientiam habemus; et ideo debemus credere quod Deus bene facit, et non querere quare sic fecit; quia cum *corto* et brevi videre, idest cum pauca scientia, non possumus a longe videri, nec archana iudicare.

Or tu quis es, qui vis sedere in schampno, idest in cathedra, sive scampno, propter iudicare a longe, idest ad iudicandum, per mille milliaria cum visione curta, idest visu brevi, unius spanne, idest unius palmi? Quasi dicens: Non sic est faciendum; quia qui paucum vident, non debent iudicare. Nam sunt quasi infinite res, quas philosophi non cognoverunt, et nec causas earum potuerunt videre. Quomodo ego credis posse videre iudicia Dei archana et profunda? Et dicitur quod molestius est ferendum, si Christiani querunt causas iudiciorum Dei, quam si alii hoc facerent; ex eo quia Christiani habent Scripturas, que declarant Deum esse iustum, et quod non debeant perquirere illa que Deus non vult quod homines sciant. Vere unus parvus dominus habet pro malo a servo suo, quando

- 25 *Et omnes sue voluntates et actus boni*
Sunt, quantum humana ratio videt,
Sine peccato in vita et in sermonibus.
26 *Moritur non baptizatus, et sine fide:*
Ubi est iustitia que ipsum condempnat?
Ubi est culpa sua, si ipse non credit?
27 *O tu qui es, qui vis sedere in cathedra*
Propter iudicare a longe per mille milliaria
Cum visione curta unius palmi?
28 *Certe illi qui mecum se subtilizat,*
Si Scriptura supra vos non esset,
Dubitandum esset et mirum.
29 *O terrena animalia, o mentes grossas!*
Prima voluntas, que per se est bona,
A se, que est summum bonum, nunquam se movit.
30 *In tantum est iustum, in quantum ei consonat;*
Nullum creatum ad se illam trahit,
Sed ipsa, radiando, ipsum causat.

servus vult plus scire de factis domini, quam ipse dominus vult, seu velit; et reprehenditur et dicitur sibi: Non queras ultra: quid habes tu plus querere? Faciendum est ergo de iudiciis Dei sicut de corpore Christi, quando dicitur, Crede, et manducasti. Ad hoc tenetur Christianus, credere Deum esse ita iustum; et de suis iudiciis non querat aliquam causam. Non sic ille qui nasceretur in Yndia modo dicto; quia talis non habet Scripturam, sibi indicantem quomodo Deus sit adorandus et reverendus.

Certe illi (dativi casus), idest illi homini, qui mecum se subtilizat, si Scriptura supra [vos] non esset, dubitandum esset et mirum: idest illi esset mirum et forte dubitandum de iustitia Dei, qui non habet Scripturam declarantem; et si se subtilizaret, esset sibi parcendum: non sic de Christianis, qui habent Scripturam.

O terrena animalia, idest homines terreei, o mentes grossas! idest dico vos esse. Prima voluntas, idest divina, que per se est bona, ad differentiam aliarum voluntatum creaturarum, que, si sunt bone, hoc habent a Deo, a se, idest per se, que est summum bonum, nunquam se movit, idest nunquam erravit nec defecit a bono.

In tanto est iustum, in quantum ei consonat (facit enim voluntas divina, sicut facit figulus, qui facit de eadem terra ad tenendum balsamum et ad tenendum urinam: et hoc, quia quod vult, in potestate sua est; nec expedit vasis dicere, Cur sic facis? Sic nec debet Christianus dicere, Cur

- ³¹ Quale sovra'l suo nido si raggira,
Poi ch'ha pasciuti la cicogna e figli,
E come quei ch'è pasto la rimira;
³² Cotal si fece, e su levò li cigli,
La benedetta ymagine, che l'hali
Movea sospinta da tanti consigli.
³³ Roteando cantava, e dicea: Quali
Son le mie note a te che non le'tendi,
Tal è l' iudicio eterno a voi mortali.
³⁴ Poi seguitaro quei lucenti incendi
Dello Spirito Sancto, ancor nel segno
Che fe' e Romani al mondo reverendi.
³⁵ Esso ricominciò: A questo regno
Non sallì mai chi non credette a Chrysto,

Nè pria nè poi che si chiavasse al legno.
³⁶ Ma vedi, molti gridan Chrysto, Chrysto,
Che saran nel iudicio assai men prope ⁽¹⁾
A lui ⁽²⁾, che tal che non cognosce Chrysto:

⁽¹⁾ presso — ⁽²⁾ Chrysto.

o Deus, non fecisti me Paulum, aut Alexandrum, aut Cesarem? Si unus dat unam rem magnam uni gratis, et alii parvam, quare ipse, qui habet parvam rem, debet conqueri? quia etiam ipse illam parvam rem habet de gratia; nullum creatum bonum ad se illam trahit (quia divina voluntas non trahitur ab obiecto extrinseco, sed movetur voluntas creata, cum ipsa voluntas divina sit causa omnium creaturarum), sed ipsa radiando, ipsum, scilicet creatum, causat, quod bonum creatum habeant homines.

Modo per comparisonem talem ostenditur effectus, qui secutus est ex verbis dictis. Quando ciconia, sive ibis, portat cibum filiis suis, dando uni cibum, ipsa ciconia regyrat, idest in gyrum se movet, super nidum; et ille qui pastus est, respicit matrem quasi regratiando ei: sic evenit hic de aquila, sicut evenit de ciconia; et auctori, sicut ciconino. Qualis supra nidum regyratur, idest circulariter movetur, volando, postquam pavit ciconia, sive ibis, filios; et qualis ille, idest qualiter, qui pastus est, illam respicit; talis, idest taliter, fuit facta, et ita levavi supercilia, scilicet ad respiciendum sicut filius respicit ciconiam. Benedicta ymago, que alas michi impulerat ad tanta consilia [cantabat]; ita quod aquila stetit sicut ciconia, et auctor ut filius elevans oculos. Scilicet de consilio omnium illarum animarum sic loquebatur illa anima, roteando, in gyrum volvendo se. Roteando cantabat et dicebat: Quales sunt mee note tibi, qui illas non intelligis, tale est iudicium eternum vobis mortalibus.

Postea secuta sunt illa lucentia incendia Spiritus Sancti adhuc in signum, idest in aquilam, quod fecit Romanos

- ³¹ Qualis supra nidum regyratur,
Postquam pavit ciconia filios,
Et qualis ille qui pastus est illam respicit;
³² Talis fuit facta, et ita levavi supercilia.
Benedicta ymago, que alas
Michi impulerat ad tanta consilia.
³³ Roteando cantabat, et dicebat: Quales
Sunt mee note tibi qui illas non intelligis,
Tale est iudicium eternum vobis mortalibus.
³⁴ Postea secuta sunt illa lucentia incendia
Spiritus Sancti, adhuc in signum
Quod fecit Romanos mundo reverendos.
³⁵ Ipsum reincepit: Ad istud regnum
Non ascendit unquam qui non crediderit in
[Christum],
Vel prius vel postea quod conclavaretur in ligno.
³⁶ Sed videas, multi clamant Christum, Christum,
Qui erunt in iudicio satis minus prope
Eum, quam talis qui non cognovit Christum:

reverendos, quia sub signo Aquile fuerunt Romani domini mundi, quia sub tali signo vicerunt totum mundum.

Ipsum reincepit: Ad istud regnum. Esso ricomenciò: A questo regno: ista est quarta pars huius capituli, in qua auctor in persona aquile reprehendit omnes reges Christianorum. Primo tamen dicit, quomodo et in quo salvati sunt homines: et dicit in effectu, quod omnes, qui sunt salvati, crediderunt in Christum venturum, sicut Hebrei et Sancti Patres antiqui, vel in Christum crucifixum iam. Sed subdit, dicens, quod multi sunt Christiani solum nomine, qui in iudicio plus distabunt a Christo quam aliqui qui non cognoverunt Christum; et quod illi de Yndia dampnabunt Christianos, quando separabuntur hedi ab agnis; et bene poterunt impropere reges Persarum et Medorum regibus Christianorum in die iudicii, quando aperientur [charte] libri, in quo scripta sunt omnia crimina. Hec dicit, ut ingrediatur materiam corrigendi reges Christianorum. Ipsum, scilicet signum aquile, reincepit, scilicet loqui: Ad istud regnum non ascendit unquam qui non crediderit in Christum, vel prius vel postea quam conclavaretur in ligno, idest quod esset crucifixus: ita quod ad salutem hominum necesse est credere in Christum, vel venturum, sicut ante Christianismum, vel in iam Crucifixum.

Modo vult dicere, quod non sufficit esse baptizatum et habere nomen Christianitatis, sed oportet facere opera Christi. Sed videas, multi clamant Christum, Christum, qui erunt in iudicio satis minus prope (idest magis a longe a Christo) eum, quam talis qui non cognovit Christum. Quia: Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me.

- ³⁷ E tai chrystiani damerà l'Etyòpe,
Quando si partiranno e due collegi,
L'uno in eterno richo, l'altro inòpe.
³⁸ Che potran dir li Persi a' vostri regi,
Come ⁽¹⁾ vedranno quel volume ⁽²⁾ aperto,
Nel qual si scriven tutti suoi ⁽³⁾ dispregi?
³⁹ Lì si vedrà, tra l'opere d'Alberto.
Quella che tosto moverà la penna,
Perchè 'l regno di Plaga fi' deserto.
⁴⁰ Lì si vedrà el duol che sopra Senna
Induce, falseggiando la moneta,
Quei che morrà di colpo di cotenna.
⁴¹ Lì si vedrà la superbia ch'assetta,
Che fa lo Scotho e l'Inghilese folle
Sì, che non può soffrir dentr' a sua meta.
⁴² Vedrassi la luxuria e'l viver molle
Di quel di Spagna, e di quel di Buemme,
Che mai valor non cognobbe nè volle.
- ³⁷ Et talem christianum dampnabit Ethiops,
Quando separabuntur duo collegia,
Unum in eternum dives, aliud inops.
³⁸ Quid poterunt dicere Persi vestris regibus,
Quomodo videbunt illud volumen apertum,
In quo scribuntur omnes sui despectus?
³⁹ Ibi videbitur, intra opera Alberti,
Illa que cito movebit pennam,
Per quam regnum Prage erit desertum.
⁴⁰ Ibi videbitur dolus quem supra Sennam
Inducit, falsificando monetam,
Ille qui morietur de ictu cotenne.
⁴¹ Ibi videbitur superbia que sitire facit,
Et facit Scotum et Anglicum fatuum
Ita, quod non potest sufferre infra suam metam.
⁴² Videbitur luxuria et vivere molle
Illius de Hyspania, et illius de Bohemia,
Qui unquam valorem non agnovit nec voluit.

⁽¹⁾ al. quando — ⁽²⁾ Chrysto — ⁽³⁾ di Crysto, cioè peccati humani.

Et talem Christianum dampnabit Ethiops, quando separabuntur duo collegia, hedorum et agnorum, in die iudicii: unum in eternum dives, scilicet agnorum salvandorum; aliud inops, scilicet hedorum dampnandorum.

Quid poterunt dicere Persi, idest reges Persarum, vestris regibus Christianis, quomodo, idest quando, videbunt illud volumen apertum, in quo describuntur omnes sui despecti, idest despectus? Nota quod Sanctus Ioannes in Apocalypsi, vicesimo capitulo, dicit quod in die iudicii aperientur duo libri, in quorum uno scripta sunt omnia criminalia hominum, in alio scripti sunt qui sunt predestinati salvandi.

[Ibi], scilicet videbitur, inter opera Alberti, illa, scilicet opera (declinando sic, nominativo hec opera, genitivo huius opere), que cito movebit pennam, idest aquile, per quam regnum Prage erit desertum, derelictum scilicet, vel destructum. Nota, in millesimo ducentesimo sexagesimo sexto, Rodolphus, comes Lucimburgi, factus fuit Imperator, qui prius erat parvus comes, sed prudens homo et valens, unde postea consecutus est regnum Prage, cuius filius Albertus, [est] qui in millesimo tercentesimo octavo factus fuit imperator; qui propter avaritiam, debens venire in Ytaliam ad reformandum ipsam, recepit pecunias ab Ytalieis, et non venit ad faciendum illa que facere debebat; contra quem auctor locutus est in capitulo quinto Purgatorii. Hic Albertus fuit vitiosus: unde, esto quod ipse portaret pennam aquile, tamen pexime vixit (idest, licet portaret aquilam pro signo in vexillo) et interfecit multos nobiles in regno Prage; ita quod cum penna aquile, quam pro signo portavit in campum, fecit multa mala et magnam stragem hominum.

Modo loquitur de Philippo, rege Frantie, qui fecit fieri monetam falsam supra Sennam. Senna est fluvius, qui fluit per Parisius. Hic, dum iret venatum, fuit interfectus ab uno apro silvestro; et quia aper habet duram pellem et setosam, ideo auctor vocat hic porcum silvestrem, sive aprum, cotennam. Ibi videbitur in illo libro criminum, dolus, scilicet frans, quem supra Sennam, idest Parisius, civitatem per quam fluit Senna (nomen fluvii), inducit, falsificando monetam, ille, scilicet rex Philippus, qui morietur de culpo cotenne; idest de ictu cutis, quia aper, qui habet cotennam, idest cuticam sive cutem, interficiet eum.

Modo vult dicere de regibus Anglie, scilicet Eduardo, et Scotie, qui voluerunt acquirere ultra sortem ipsorum; et dicit quod superbia ipsorum facit eos stultos, quia non sunt contenti de dominiis ad ipsos pertinentibus, sed voluerunt extendere se ultra metas eorum. Ibi videbitur superbia que sitire facit, vel sitibundum reddit et facit, Scotum et Anglicum fatuum, idest stultum, ita quod non potest sufferre intra suam metam.

Modo increpat duos reges simul, scilicet Alphonsum regem Hispanie, sive Castelle, et Albertum regem Bohemie, qui ambo conveniebant in vita molli, idest luxuriosa, quibus raro placuit, idest nunquam, valor bonus aut virtus. Videbitur luxuria et vivere molle, idest mollis et luxuriosa vita, illius Alphonsi, regis Hispanie, de Hispania, et illius de Bohemia, qui unquam valorem, idest veritatem, non agnovit nec voluit; quia noluit venire in Ytaliam ad faciendum debitum suum, dictum in Purgatorio capitulo quinto.

⁴³ Vedrassi Ciotto di Ierusalemme
Segnata con un I la sua bontate,
Quando l' contrario segnerà un Emme.

⁴⁴ Vedrassi l' avaritia e la viltate
Di quel che guarda l' Isola del foco ⁽¹⁾,
Ov' Anchise finì la lunga etate;

⁴⁵ E, per dar ad intender quant' è poco,
La sua scriptura fien lettere mozze,
Che noteranno molto in parvo loco.

⁴⁶ E parranno a ciascun l' opere sozze
Del barba e del fratel, che tanto egregia
Nation e due corone han facte bozze.

⁴⁷ E quel di Portogallo e di Novergia ⁽²⁾
Lì si conosceranno, e quel di Rascia
Che mal ha visto el cogno di Vinegia.

⁴⁸ O beata Ungharia, se non si lasc[i]a
Più malmenare! E beata Navarra,
Se s'armasse del monte ⁽³⁾ che la fascia!

⁽¹⁾ Sicilia — ⁽²⁾ al. Norvegia per la rima — ⁽³⁾ genti vicine.

Modo vadit ad Karolum Cioctum, filium Karoli primi, patrem regis Ruberti. Qui fuit curialis homo et liberalis: sed tot fuerunt sua vitia, quod pro una bona operatione quam fecit, fecit mille mala. Ideo, quando opus suum bonum scribitur per unum I, quod importat unum, peccata sua scribuntur per unum M, quod importaret mille. Reges Cicilie vocant se reges Hierusalem, quia Karolus primus cum fratre suo acquisivit Hierusalem. Videbitur ad Cioctum, scilicet regem Hierusalem, qui erat rex Cicilie, signata cum uno I, sua bonitas, quando contrarium signabit unum M.

Modo descendit ad regem dominum Fredericum, regem insule Cicilie. Pro quo nota, quod bonus rex Aragonie, dominus Petrus, habuit tres filios, quos genuit ex Constantia regis Manfredi, quem Karolus primus interfecit in campo. Primus fuit vocatus Alphonsus, qui successit patri bono, bonus; sed cito mortuus est. Ideo post eum fuit rex frater eius, dominus Iacobus, qui fuit secundus filius boni regis don Petri. Tertius filius fuit dompnus Fredericus, qui fuit rex insule Cicilie. Ille dominus Petrus bonus habuit unum germanum, vocatum dompnum Iacobum, qui erat rex Maioricarum; et quia diviserunt regnum Aragonie in duas partes, quia regnum Maioricarum diviserunt a regno Aragonie, et sic fecerunt duas coronas bozzas. Bozza proprie Florencie [sunt] poma, que veniunt ad perfectionem secundum naturam veram et propriam, et egrediuntur extra naturam. Ita dicit auctor de istis duabus coronis: quia dum erat una corona in Cathalonia [et] Maioricis (Maiorice sunt una insula, et declinantur pluraliter et nominativo hec Maiorice), stabat bene; modo quia sunt due, devenerunt in vilitatem, extra antiquam et bonam dignitatem. Primo, modo loquitur de domino Frederico, filio regis domini Petri, boni regis Aragonie, qui fuit rex insule Cicilie et fuit avarissi-

⁴³ Videbitur ad Cioctum Hierusalem
Signata cum uno I sua bonitas,
Quando contrarium signabit unum M.

⁴⁴ Videbitur avaritia et vilitas
Illius qui custodit Insulam foci,
Ubi Anchises finivit longam etatem;

⁴⁵ Et, ad dandum intelligendum quantum est modica
Sua scriptura, fient littere mozze,
Que non tenebunt multum in parvo loco.

⁴⁶ Et apparebunt cuilibet opera turpia
Patruì et patris, que tantum egregiam
Nationem et duas coronas fecerunt bozzas.

⁴⁷ Et ille de Portugallia et de Novergia
Ibi cognoscentur, et ille de Rascia
Qui male vidit conium Venetorum.

⁴⁸ Et beatam Ungariam, si non se permittit
Plus male duci! Et beatam Navarram,
Si se armaret de monte qui illam fasciat!

mus. Videbitur avaritia et vilitas illius, qui custodit, idest regit, Insulam foci, idest ignis, scilicet regis don Frederici; et dicitur insula Cecilie insula foci, sive ignis, propter montem Ethnam, qui semper ardet. In insula Cicilie moriebatur Anchises, pater Enee, quando de Troya destructa veniebant ad Ytaliā; qui Anchises erat valde senex. Videbitur avaritia illius, qui custodit, idest regit, insulam foci, ubi Anchises finivit longam etatem, idest antiquam; et ad dandum intelligendum quantum est modica sua scriptura, idest quam pauca sunt scribenda de ipso vili et pravo, fient littere *mozze*, idest pauce, vel scisse, vel truncate, que non tenebunt multum in parvo loco: et tamen multa mala possent dici de ipso.

Et apparebunt cuilibet, idest videbuntur, opera turpia patrum, scilicet don Iacobi regis Maioricarum et fratris, scilicet don Iacobi regis Aragonie, qui erat frater domini regis Frederici, regis insule Cicilie, ut dictum est, qui tantam egregiam nationem et duas coronas fecerunt bozzas; quia natio Aragonica erat egregia propter don Petrum bonum, germanum istius Iacobi, regis insule Cicilie.

Modo tangit regem Portugallie, qui parum fuit iustus, qui vocabatur Fernandus (Portugallia est pars Hyspanie), de Norvegia (Norvegia unde veniunt falcones boni), Rascie (Rascia est in Alania, conterminat cum Ungaria). Rex Rascie fecit falsicare conium Venetiarum, unde valde fuit diffamatus de hoc. Ideo dicit textus: Et ille de Portugallia et Norvegia ibi cognoscentur, et ille de Rascia, qui male vidit conium Venetorum.

Et beatam Ungariam, idest dico, si se non permittit plus male duci, quia habebat malum regem Vincislaum vitiosum;

⁴⁹ E creder de' ⁽¹⁾ ciascun che già, per arra
Di questo, Nycosia e Famagosta
Per la lor bestia si lamenti e garra,
Che dal fianco dell' altre non si scosta.


⁽¹⁾ debba.

et beata[m] Navarra[m] (Navarra est pars Hispanie) idest dico, si se armaret de monte qui illam fasciat; ita quod haberet regem suum, et rex Francie se non impediret de Navarra.

Nota quod Nichosia est terra regalis in regno Cypri, et sic est Famagusta: iam iste duo sunt terre notabiles in Cypri. Habebant pro augurio, quod haberent de proximo malum regem, qui fuit quasi animal brutum; quia regnum

⁴⁹ Et credere debet quilibet quod iam, pro arra
Istius, Nichosia et Famagusta
Propter illarum bestiam lamententur et garriant,
Quia a lateribus aliorum non deheret.

non recedit a lateribus aliorum regnorum, idest quod habebit malum regem, sicut habent alia regna. Ideo dicit textus: Et credere debet quilibet, quod iam pro arra, idest pro certitudine, istius mali habendi regis, Nichosia et Famagusta (due solempnes civitates in regno sive insula Cypri) propter illarum bestiam, idest regem bestialem, lamententur et garriant, quia a lateribus aliorum non deeret, idest non dividitur aut separatur: quia ivit post alios reges bestiales et tristes, quia ita erat futurus malus; idest, iste rex erit ita malus, sicut sunt alii, etc.



L'UNITÀ DI VOLERE NEL CUORE DE' GIUSTI

Con l'immagine di un'Aquila, che il Poeta finge di trovare nel cielo di Giove composta delle anime che quivi cantano la giustizia da esse amata e praticata su questa terra; aquila che nondimeno parla come se fosse una sola persona; egli accenna a quella ideale perfezione altissima, in cui la varietà e la molteplicità, pur rimanendo quel che sono, compongono una unità somma ed infinita, di cui ciascuna delle cose create, e tutto il creato insieme, hanno e mostrano l'impronta: ma che nella sua realtà resta ad esse e ad esso infinitamente superiore, appunto perchè infinita; infinita, che nessun finito sarebbe mai capace di ricevere. Onde il Poeta: Dio

Non poteo suo valor sì fare impresso
In tutto l'universo, che il suo Verbo
Non rimanesse in infinito eccesso.

Questa suprema unità nel generalissimo suo concetto tutti la sentiamo dentro di noi stessi; ma in quanto raccoglierà un di tutte le intelligenze create nella stessa suprema unità divina, non ci poteva esser nota che per rivelazione: e questa venne fatta da Cristo in quella sublime preghiera, con la quale pregò il Padre suo, che quanti crederebbero in lui, cioè in Cristo, avessero ad essere in lui e nello stesso suo Padre una sola cosa, come il Padre era una sola cosa con lui, ed egli era una cosa sola col Padre.

In quanto al primo modo essa compendia la suprema legge del vero, del bello e del buono, sollevandola ad una altezza, in cui la mente si soddisfa e riposa; nel secondo ci fa intendere il fine della creazione e la suprema destinazione dell'uomo, che ne è cima e compendio. Ma rispetto al primo, bisogna ben guardarsi dalle aberrazioni panteistiche, nelle quali tale unità diventa un mostro e la somma delle contraddizioni; e senza il secondo è assolutamente impossibile intendere, come l'uomo potrà appagare la fiera sete che lo strazia di addiventar divino, essendo impossibile che di per sé diventi divino chi dal divino è infinitamente lontano (varco infinito, non superabile che da una potenza infinita): bensì può l'infinito partecipare la vita al finito, e il divino la divinità all'umano; il che appunto fece il Verbo incarnandosi, assumendo cioè in sé infinito e divino l'umano ed il finito nostri, e nella sua unità perfettamente consumandoli. Ecco le sue parole: « Che essi sieno una sola cosa, come una sola cosa siamo noi: io in essi; e tu in me, affinché sieno consumati nell'unità (ut sint consummati in unum). IOAN. XVII. »

Niuno più del Poeta nostro penetrò a fondo questi due sublimi concetti, che s'identificano in uno, filosofo e teologo con'era di una comprensione che fa stupire; e secondo che noi pensiamo, a meraviglia ne esprime la suprema sintesi, col far sonare nella voce dell'aquila, formata dalle anime che si letiziano nel cielo di Giove, *Io e Mio*, dove il concetto era *Noi e Nostro*, di poi volgendo loro un'apostrofe che ha del divino.

... O perpetui fiori
Dell'eterna letizia, che pur uno
Sentir mi fate tutti i vostri odori,
Solvete mi, spirando, il gran digiuno,
Che lungamente m'ha tenuto in fame,
Non trovandoli in terra cibo alcuno.

Per verità, questa vita dei giusti, sia come sarà piena nell'unità divina in cielo, sia come si partecipa quaggiù nella nostra unione con Cristo per la sua fede e carità, e soprattutto mediante l'Eucaristico Sacramento, non è concetto che possa adeguarla, né parola esprimerla. Certo è che, facendo noi parte della sua Chiesa, alla quale egli dette la propria vita nella sua carne e nel suo sangue, e di essa alimentandoci, addiventiamo uni con lui, come egli è uno col Padre suo, e questi è uno con lui: cioè da un lato addiventiamo uniti con Dio, e dall'altro tra noi. Addiventiamo uniti con Dio, principio fontale della vita, con lo stesso vincolo interiore, onde Gesù Cristo è unito al Padre suo, e per lo stesso vincolo addiventiamo uniti tra noi e veri fratelli, perchè viventi della stessa vita umano-divina di lui. L'unità dell'umana specie, cominciata quaggiù in Adamo, e compiuta in Cristo Redentore, che, congiuntala alla sua divinità, la trasse in cielo, qui risplende di luce meravigliosa. Per lo che un profondo Teologo scriveva: « L'unità dell'uomo nelle persone, più che nella progenie di Adamo, dove pur la riconosco, mi è evidente nella progenie della Chiesa, nella quale si rischiarà, si restaura, si accresce e perfeziona. »

Posta così fatta unione nostra con Dio per mezzo di Gesù Cristo, apparisce manifesta l'unità del volere nel cuore di tutti i Giusti su questa terra, per addiventare un volere supremamente unico con quello di Dio in cielo: chè in tale unione, la vita nostra quaggiù, non è insomma che una emanazione della vita di Cristo nel nostro spirito, il quale ne diventa divino.

E allora avviene che anche la meravigliosa unità del creato nella indefinita sua varietà, splende maravigliosamente ed arcanamente al nostro intelletto, mentre il nostro cuore è soavemente tirato dall'armonia penetrante della perfezione suprema, a cui corre tutta la natura; facendoci quasi sentire la potenza, la bellezza, la bontà degli atti concordi nell'unità di un volere unico, che si specchia nell'armonica danza dei cieli, e di tutte le forze della natura, dove l'affetto e l'intelletto s'avvivano sempre più e sempre più s'innalzano per nuova luce e calore. Ma tanta bellezza che ne rapisce, svanirebbe di un colpo, se all'unità infinita, in cui soltanto, ed a cui, debbono mirare le menti nostre ed i nostri cuori per foggarsi a concordia, ed in cui trovano perenne alimento di perfezione infinita, si sostituisse il cuore e la mente di una creatura, la quale, se congiunta a Dio ben può chiamarsi divina, da lui separata, diventa un'ombra vana, un'apparenza, un nulla.

CAPITULI VICESIMI SUMMARIUM

In isto vicesimo capitulo, quod incipit: *Quando ille qui totum mundum illuminat*, auctor introducit istam aquilam ad laudandum aliquos reges et dominos, qui cum iustitia rexerunt; et inter alios laudat quinque qui contexerunt oculum dextrum istius aquile. Ille qui facit pupillam, fuit David, rex Israel. Iste est sextus inter illos quinque, qui modo nominabuntur, qui circum in circum istam pupillam oculi. Primus illorum quinque est Trajanus Imperator; secundus est Ezechias, qui fuit rex Iuda; tertius est Constantinus Imperator; quartus fuit rex Bonguillhelmus, rex Cilicie; quintus est Ripheus Troyanus. Et istis nominatis, ipsa aquila tacuit. Tunc ex istis diebus aquile ortum est unum difficile dubium in mente auctoris, et dicebat in

mente: Quid est hoc? quomodo Trajanus, Imperator paganus et qui persecutus fuit nomen et ecclesiam Christi, est hic? Et idem de Rypheo Troyano cogitabat. Ad solvendum istud dubium aquila dixit auctori: Ista que ego dixi, tu credis ea, quia ego illa dico; sed non vides quomodo hoc sit. Scias quod regnum celorum vim patitur, non quod contra suam voluntatem superetur, sed vincitur quia vult vinci. Et hic declarat quomodo isti duo reges sunt salvati. Videatur in commento super isto capitulo et passu. Demum aquila consulit mortalibus, ut non sint prompti ad iudicandum de predestinatione aut predestinatis, quia etiam Beati in celo non noverunt adhuc, etc.

CAPITULUM VICESIMUM

- ¹ Quando colui che tutto 'l mondo alluma
Dell'emisperio nostro si scende,
Che 'l giorno d'ogni parte si consuma,
² Lo ciel, che sol di lui prima s'accende,
Subitamente si rifà parvente
Per molte luci, in che una risplende.
³ E quest'acto del ciel mi venne a mente,
Com 'l segno del mondo e de' suoi duci
Nel benedecto rostro (¹) fu tacente;

(¹) dell'Aquila.

Quando ille qui totum mundum illuminat. Quando colui che tutto lo mundo illumina: istud est vicesimum capitulum istius Paradisi, in quo auctor introducit signum Aquile, quod recenset aliquos reges et dominos iustos, idest qui vixerunt cum recta iustitia in suis dominiis, sicut in capitulo precedenti recensuit reges iniustos et prava. Dividitur autem istud capitulum in quatuor partes. In quarum prima auctor, continuans dicta dicendis, ponit dispositionem huius Aquile et spirituum constituentium illam Aquilam.

In secunda parte, que incipit ibi:

Postquam clari et lucidi lapilli;
Poscia che i chiari e lucidi lapilli,

auctor depingit locutionem Aquile et formationem vocis. In tertia, que incipit ibi:

Pars in me que videt;
La parte in me che vede,

Aquila recenset aliquos spiritus valde iustos.

In parte quarta, que incipit ibi:

Et quamquam esset dubitare meum;
Et avvegna che fosse el dubbiar mio,

auctor pertractat unum dubium, quod nascitur de duobus spiritibus valentibus et iustis.

- ¹ *Quando ille qui totum mundum illuminat*
De emispirio [nostro] descendit,
Ex quo dies ab omni parte consumitur,
² *Celum, quod primo solum de eo accenditur,*
Subito refit apparens
Propter multas lucas, que ibi resplendent.
³ *Et iste actus celi michi venit in mentem,*
Statim quod signum mundi et suorum ducum
In benedicto rostro fuit tacens;

In prima parte auctor continuat dicta dicendis, quod contingit de Aquila, que sibi in capitulo precedenti locuta est, et de animabus istis, que contexerunt eam, sicut contingit de sole et stellis. Pro quo intelligendo notandum est, quod sol illuminat omnes stellas, et non e converso: et ideo dum sol est super terram, nullam stellam videmus preter lunam, quia maius lumen occupat minus; sed quando sol occidit et absconditur, stelle incipiunt apparere et apparent absconso sole, qui totum mundum illuminat: et sic celum, quod prius, idest, existente sole super terram, non videbatur, absconso sole, fit apparens propter multitudinem stellarum apparentium. Pulchra similitudo. Sic talis actus celi venit in mentem auctoris, quando perpendit de signo Aquile, de suis ducibus, quando ipsa Aquila tacuit et cessavit a cantu; quia ipsa Aquila tacente, omnes ille anime distincte ceperunt cantare cantum adeo dulcem, quod ipse non potest reminisci illius dulcedinis. Currit comparatio in hoc et continuatio dicendorum cum dictis, quia sicut, sole occidente, multe stelle apparent, que non apparebant sole existente supra terram; ita multe anime distincte ceperunt cantare, tacente Aquila, que diu prius loquuta fuerat. Demum auctor exclamat ad amorem caritatis, qui amor erat causa istius cantus, faciendo differentiam ab ipso qui est in celo, ad amorem qui est in terris. Et nota quod amor est sepe causa cantus in hoc mundo. Secundum intensionem amoris, cantus fit dulcis plus et

- ¹ Però che tutte quelle vive luci,
Vie più lucenti, cominciaron canti
Da mia memoria labili e caduci.
⁵ O dolce amor, che di riso t'ammanti,
Quanto parevi ardente in quei favilli,
Ch'avevan spirto sol di pensier sancti!
⁶ Poscia che e chiari e lucidi lapilli,
Ond' io vidi ingemmato el sexto lume,
Poser silentio agl' angelici squilli,
⁷ Udir mi parve el mormorar d'un fiume,
Che scende chiaro giù di pietra in pietra,
Mostrando l'ubertà del suo chacume.
⁸ E come suono al collo de la cetra (¹)
Prende sua forma, e sì com' al pertugio
De la sampogna vento che penetra,
⁹ Così, rimosso d'aspettar indugio,
Quel mormorar dell'Aquila salissi
Su per lo collo, come fusse bugio.

(¹) cythara.

minus: sic fit in celo; quia amor [qui] est ibi, dat spiritum bonum, idest vigorem ad cantandum. Tunc ad textum.

Quando ille, qui totum mundum illuminat, idest sol, de nostro emispirio descendit, idest quando sol occidit (quid sit emispirium dictum est sepe: est totum spatium celi supra caput nostrum, idest quantum potest videri circum circa in rotundum, usque ad celum, respiciendo), ex quo, idest propter cuius descensum, idest occasum, dies ab omni parte consumitur, idest deficit, celum, quod primo solum, idest de sole, de eo accenditur, idest illuminatur, subito reefficitur, fit, apparens (idest videtur quod primo non videbatur), propter multas lucas, idest stellas, que ibi, scilicet in eo, resplendent. Et iste actus celi, idest desit apparere, michi venit in mentem, statim quod signum mundi, idest aquila (que est signum illius qui totum mundum habet regere, idest Imperatoris et suorum ducum, scilicet Imperatorum et dominorum), in benedicto rostro fuit tacens, idest non plus loquebatur. Loquente Aquila, omnes ille anime deferebant sibi honorem, et tacebant. Postea, quando anime ille cantabant, hoc accipiebant ab Aquila, in signum quia omnia dominia mundi dependent a romano dominio et Imperatore, cuius signum est Aquila, ut sepe dictum est.

Et quia omnes ille vive lucas, idest anime, multo plus lucidiores, idest quam prius, apparuerant, inceperunt cantus a mea memoria labiles et caducos, idest quorum non possum recordari.

Modò exclamat auctor ad illos cantus caritatis. Et nota quod amor aliquando causatur a cogitationibus vanis et de rebus mundanis, et talis amor potest dici amor mundanus sive vanus; aliquando solum causatur a bona inspi-

- ¹ *Eo quia omnes ille vive lucas,*
Multo plus lucidiores, inceperunt cantus
A mea memoria labiles et caducos.
⁵ *O dulcis amor, qui de risu te ammantas,*
Quanto apparebas ardens in illis faillis,
Que habebant spiritum solum cogitationum san-
⁶ *Postquam clari et lucidi lapilli,*
Unde ego vidi ingemmatum sextum lumen,
Posuerunt silentium angelicis quisquillis,
⁷ *Audire michi apparuit unum murmur fluminis,*
Quod descendit clarum infra de petra in petram,
Monstrando ubertatem sui cacuminis.
⁸ *Et sicut sonus ad collum cithare*
Apprehendit suam vim, et sicut in foramine
Fistule ventus qui penetrat,
⁹ *Sic, remotum ab expectando dilationem,*
Illud murmurare aquile ascendit
Sursum per collum, ac si esset perforatum.

ratione rerum bonarum, licitarum et honestarum et spiritualium, et tunc dicitur amor bonus, castus, spiritualis, qualis erat in istis animabus sic duleiter cantantibus: ideo exclamat auctor dicens: O dulcis amor, scilicet Spiritus Sancti, qui de risu, idest letitia, te ammantas, idest sic[ut] cum mantello te involvis, vel ornas, quanto apparebas ardens in illis faillis, idest flavillis, sive spiritibus sanctis, que habebant spiritum solum cogitationum sanctarum. Hoc dicit ad differentiam cantuum vanorum mundanorum: nam cantus mundi videtur gratior, quanto amor est ardentior, quia amor mundi est dulce venenum; sed amor supernus alius est, non lascivus, sicut talem habent homines: sic amor videtur causare maiorem et minorem dulcedinem in cantu.

Postquam clari et lucidi lapilli. Poi i chiari e lucidi lapilli: ista est secunda pars huius capituli, in qua auctor depingit loquutionem Aquile in hoc loco, et conformationem vocis eius animabus omnibus consentientibus, dicens, quod postquam ille anime finiverunt cantum suum, quem distincte recinerunt (que anime ingemmant sextum lumen, idest sextum planetam, scilicet Iovem), apparuit auctori audire unum murmur dulce aque descendens per lapillos, sive inter lapides. Aliquando aqua, descendens per lapides, facit et causat sonum gratum: ista est una comparatio ad describendum vocem, quam formabat hic Aquila. Alia comparatio est de cordis cithare, quia sonus cordarum cithare capit modum a collo cithare, ubi tista, cum quibus protenduntur, protrahuntur, et remittuntur voces acute et graves. Alia comparatio est de symphonia, cuius sonus gravis et acutus capit exordium a foraminibus instrumenti, ex quibus exit spiritus, sive flatus, aut ventus, qui immittitur in symphoniam, sive in fistulam. Sic illud murmur, quod Dantes

- ¹⁰ Fecesi voce quivi, e quindi uscissi
Per lo suo becho in forma di parole,
Quali aspectava el cuor ov'io le scripsi.
¹¹ La parte in me, che vede e pate el sole
Nell'aquile mortali, incominciommi,
Hor fisamente riguardar si vuole;
¹² Perchè de' fuochi, ond'io figura fommi,
Quelli, onde l'ochio in testa mi scintilla,
Ei di tutti lor gradi son li sommi.

expectabat, ascendit per collum Aquile ac si illud collum esset perforatum, et facta est una vox in forma verborum talium, qualia expectabat auctor: idest dixit illa verba, que auctor desiderabat scire. Ideo dicit textus: Postquam clari et lucidi lapilli, unde, idest ex quibus, ego vidi ingematum, idest ornatum, sextum lumen, idest Iovem, posuerunt silentium angelicis squillis, idest cantibus acutis, audire michi apparuit unum murmur fluminis, quod descendit clarum infra de petra in petram, monstrando ubertatem sui cacuminis, scilicet unde descendit; et sicut sonus ad collum cithare apprehendit, idest capit, suam vim, et sicut in foramine symphonie, idest fistule, ventus qui penetrat, idest causat sonum; sic, remotum ab expectando dilationem, illud murmurare Aquile ascendit sursum per collum, sicut, idest ac si, esset perforatum.

Factum, idest formatum, fuit, scilicet illud murmur, vox ibi, et inde exivit per suum rostrum in formam verborum, qualia, scilicet verba, expectabat cor, scilicet meum, ubi, idest in quo corde, ego illa scripsi. Idest: illa Aquila dixit illa que auctor erat avidus audire, et illa verba scripsit in corde suo, ad rememorandum de ipsis. Et hoc vult dicere auctor: Ego videram et audiveram multas animas in isto planeta, scilicet in Iove, et etiam in forma Aquile; sed non audiveram nomen alicuius earum, et hoc cupiebam ego audire. Notandum est hic, quod primo loquebatur Aquila, et omnes singulares anime tacebant, deferendo illi honorem; postea tacuit, et tunc omnes ille anime ceperunt seorsum suum canere; demum ille anime tacuerunt, quando illa Aquila voluit reincepere canere.

Pars in me que videt et patitur solem. La parte in me che vede e pate el sole: hec est tertia pars huius capituli, in qua auctor recenset aliquos spiritus, qui fuerunt valde iusti, et rexerunt sua dominia in iustitia et equitate; et bene facit sic facere, ut opposita, iuxta se posita, clarius elucescant. In capitulo precedenti dictum est de regibus Christianorum, qui nec iustitiam imitantur nec iuste vivunt; et fingit auctor hic quod Aquila ista, cum sit contextata tota de animabus iustis regum et dominorum, solum depingit unum membrum, scilicet unum oculum, capitis, scilicet faciendo ipsum de sex animabus, quarum una est pupilla oculi, alie quinque componunt reliquam partem eius oculi. Iste sex anime fuerunt anima David pro pupilla, alia anima Trayani, alia anima Ezechie, alia anima Constantini, alia anima regis Guilhelmi regis Sicilie, alia anima Riphei Troyani.

- ¹⁰ Factum fuit vox ibi, et inde exivit
Per suum rostrum in formam verborum,
Qualia expectabat cor ubi ego illa scripsi.
¹¹ Pars in me, que videt et patitur solem
Per aquilam mortalem, incepit michi,
Nunc fixe respici vult;
¹² Quia de ignibus, unde ego figura efficior,
Illi, unde oculus michi in capite sintillat,
Totius eorum gradus sunt summi.

David fuit filius Iesse, sive Ysai (pater David, fuit binomius): hic fuit secundus rex Israel; primus Saul. David fuit pater Salomonis: fuit iustus et prudens ac timens Deum, et licet commiserat adulterium cum Bersabea uxore Urie, homicidium in faciendo interfici ipsum Uriam, et proditionem, tamen egit bonam penitentiam; unde tunc fecit psalmum quinquagesimum, scilicet Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam, etc.; et habuit tot virtutes, quod ipse sue virtutes fuerunt perfecte sufficientes ad cooperiendum illa vitia. Rexit populum Dei optime; unde dicit Deus: Inveni hominem, qui regit populum meum iuxta cor meum et animam meam. Quomodo transduxit Archam Domini de villa in villam, scilicet de Gabaon et de domo Aminadab in villam, idest in Hierusalem, et posuit eam in domo Domini in Silo, hec hystoria patet distincte in decimo capitulo Purgatorii.

Trayanus fuit decimusquartus Imperator, et sui progenitores fuerunt Hispani, qui venerunt de Hispania Romam cum Scipione, quando Romam rediit de Hispania. Iste Trajanus fuit optimus homo, iustus, misericors, clemens et pius; unde dicebatur Rome: Nullus melior Trayano, nullus felicior. Fuit notabilissimus, bellicosus, et recuperavit partes orientales: temperatissimus, qui fecit actum dignissimum memoria cum vidua in Roma. Hec hystoria posita est seriose in Purgatorio, capitulo decimo, et quomodo erat in Inferno, sed, subaudi, sub sententia interlocutoria: pro quo oravit Gregorius; et suscitatus fecit penitentiam; unde probavit penas Inferni ad tempus, et modo gustat gaudia Paradisi.

Nota de tertia anima, que fuit anima Ezechie, regis iusti, de quo habetur tricesimo octavo capitulo Ysaye: qui egrotans ad mortem, fuit visitatus de mandato Dei ab Ysaya, dicente sibi: Dispone tibi et domui tue, quia morte morieris et non vives. Et discedente ab eo propheta, Ezechias convertit se ad parietem et flevit amare, dicens: Domine Deus, tu scis quomodo ambulaverim in viis tuis, etc. Propter orationem quam fecit, Deus precepit Ysaye prophete, ut rediret ad regem et diceret ei: Ecce addidi quindecim annos diebus tuis, etc.; ita quod mors fuit sibi retardata quindecim annis, propter penitentiam quam fecit.

Alia anima fuit anima Constantini Imperatoris, qui fuit mundatus a lepra a Sancto Silvestro: qui dotavit Ecclesiam, et qui cessit pape Silvestro de Roma, et fecit se grecum, et ivit ad habitandum in Gretia, et applicuit ad quamdam civitatem parvulam, scilicet Bisentinam, et illam auxit permaxime, et fecit eam murari in circum in modum murorum

- ¹³ Colui che luce in mezzo per pupilla,
Fu el cantor dello Spirito Santo.
Che l'archa transmuto di villa in villa:
¹⁴ Hora conosce el merto del suo canto,
In quanto effecto fu del suo consiglio,
Per lo remunerar, ch'è altrettanto.
¹⁵ De' cinque, che fan cerchio per lo ciglo,
Colui ⁽¹⁾ che più al becho mi s'accosta,
La poverella ⁽²⁾ consolò del figlo:
¹⁶ Hora cognosce quanto caro costa
Non seguir Chrysto, per l'experientia
Di questa dolce vita e della opposta ⁽³⁾.

⁽¹⁾ Trayano imperatore — ⁽²⁾ vedova — ⁽³⁾ infernale.

romanorum, et imposuit ei nomen Constantinopolim, idest civitatem Constantini; et secundum opinionem auctoris, dos Ecclesie, quam ipse Constantinus dedit, est causa destructionis Christianitatis, licet ipse Constantinus habuerit bonam opinionem ad bene faciendum, quando Ecclesiam dotavit.

Alia anima fuit anima regis Bonguilhelmi. Iste rex Guilhelmus bonus fuit pater domine sororis Constantie, que fuit monialis Sancte Clare in Monasterio Sancte Clare in insula Cicilie in civitate Panormi, que de mandato Pape fuit extracta de Monasterio et data in uxorem Henrico de Svevia, de quo ipse Henricus genuit Fredericum Barbarum secundum, qui persecutus fuit tantum Ecclesiam. Iste Bonguilhelmus, rex Sicilie, habebat filium pulcherrimum, nomine *Elbelgiardino*, curialissimum, moralissimum, qui diligebatur ab omnibus. Tunc rex Garbi (Garbum, regnum in Barbaria est: aliqui dicunt, quod est idem quod rex Tunisi), maritaverat filiam suam regi Granate (Granata est civitas et regnum in Hispania: in illo regno sunt Saraceni); et obtento salvoconducto ab isto rege Bonguilhelmo, mictibat filiam suam ad maritum dicto regi Granate cum duabus galeis. Iste Belgiardinus, pulcherrimus, filius unicus masculus boni regis Guilhelmi, non ostante salvoconducto patris, ivit cum aliquibus galeis bene armatis obviam illis galeis regis Garbi, in quibus galeis erat sponsa regis Granate, et devicit illas, et volebat rapere illam iuvenulam. Tunc illi Barbari, videntes se perdere et perventuros ad manus Christianorum, interfecerunt illam puellam, et inciderunt in frustra, et proiecerunt in mari. Iste cepit illas galeas Sarracenorum; et omnibus Sarracenis trucidatis, fecit recolligi frustra carnis puelle, et fecit illa sepelliri honorifice. Hiis devenientibus ad aures regis Bonguilhelmi, ipse fecit decapitari filium suum Belgiardinum ob intuitu[m] iustitie; et nedum hoc fecit Bonguilhelmus rex, sed et omnes actus sui et omnia opera sua iusta erant. Ita Bonguilhelmus erat rex Cicilie: quam Ciciliam Fredericus, dum fuit rex Cicilie, male rexit pro tempore suo; iste Fredericus fuit filius domini Petri, regis Aragonie, de quo dictum est satis in capitulo precedenti: *Carlo*; iste Karolus fuit Karolus Cioctus, filius Karoli primi, et fuit pater regis Ruberti et Sancti Ludovici. Iste fecit guerram de foris et lictoribus insule Cicilie, et male tractabat eam; sicut rex

- ¹³ Ille qui lucet in medio pro pupilla,
Fuit cantor Spiritus Sancti,
Qui archam transtulit de villa in villam:
¹⁴ Nunc cognoscit meritum sui cantus,
In quanto effecto fuit suum consilium,
Propter remunerationem, que est tantumdem.
¹⁵ De quinque, qui michi faciunt circulum per su-
Ille, qui plus rostro michi adheret, ^[pericilium]
Viduam consolatus est de filio:
¹⁶ Nunc cognoscit quantum carum constat
Non sequi Christum, propter experientiam
Istius dulcis vite et opposite.

Fredericus de intus male tractavit eandem insulam Cicilie.

Alia anima erat anima Ryphei Troyani. Hic Rypheus mirabiliter fuit iustus et dilexit iustitiam; quem officiose Virgilius in secundo libro Eneydos commendat valde, ubi dicit: Cadit et Rypheus mitissimus unus; de quo vult dicere auctor hic, quod Deus visitavit eum, inspirando sibi, propter suam iustitiam et vitam virtuosam, aliquam bonam inspirationem, que valuit sibi pro baptismo flaminis. Istis dictis, deveniendum est ad textum.

Loquitur aquila dicens: *Pars in me, idest mea, que videt et patitur solem, idest oculum, per aquilam mortalem* (dicunt doctores, quod aquila habet validissimos oculos, quibus inreverberatis intuetur clare in solem, ita quod ipsa aquila cum oculis suis potest pati solem; idest sustinere clarum iubar solis, respiciendo in ipsum), incepit michi, scilicet dicere: Nunc fixe respici vult: idest, bonum est respicere in oculum meum, et sic debes facere et sic oportet; quia de ignibus, idest de spiritibus ignitis igne Spiritus Sancti, unde, idest ex quibus, figura, scilicet aquile, efficior, vel facta sum, illi unde oculus michi in capite sintillat, totius eorum gradus sunt summi, idest inter reges fuerunt iustissimi. Vult dicere, quod volendo dicere de omnibus spiritibus qui bene rexerunt imperia, regna, civitates, castra, villas et familias, foret nimis longus sermo; sed dicendo de istis sex animabus, que fuerunt summe in iustitia et equitate, est et erit satis pro ista stella.

Ille qui lucet in medio, scilicet oculi, pro pupilla, fuit cantor Spiritus Sancti, qui archam, scilicet Domini, transtulit de villa, Gabaon scilicet, in villam, idest in Hierusalem. Ista anima fuit anima David regis Israel, qui fecit Psalmos, qui sunt cantus Spiritus Sancti, cantus in psalterio decacordo. Nunc cognoscit, scilicet anima David, meritum sui cantus, idest quantum meruit cantando Psalmos, in quo cantu effectum fuit suum consilium, propter remunerationem, que est tantumdem. Quia habens modo remunerationem operum suorum, nunc cognoscit remunerationem suam, quanta est; ergo cognoscit merita sua, que mensurantur ad remunerationem.

De quinque, scilicet spiritibus, qui michi faciunt supercilium, ille qui plus rostro michi adheret, viduam conso-

- 17 E quel che segue in la circumferentia,
Di che ragiono, per l'arco superno,
Morte indugiò per vera penitentia:
18 Hora conosce che 'l iudicio eterno
Non si transmuta, quando degno prece
Fa crastino laggiù dell'hodierno.
19 L'altro che segue, co' le leggi, meco,
Sotto buon' intention che fe' mal fructo,
Per ceder al Pastor si fece Greco:
20 Hora cognosce come 'l mal, deducto
Dal suo ben operar, non gl'è nocivo,
Avegna che sia 'l mondo indi destructo.
21 E quel che vedi nell'arco declivo
Guiglelmo fu, cui quella terra plora
Che piange Karlo e Federigo vivo:
22 Hora cognosce come s'innamora
Lo ciel del giusto rege, et al sembiante
Del suo fulgor lo fa veder ancora.

latus est de filio (iste fuit Trayanus, de quo dictum est): nunc cognoscit quantum carum costat, idest quantum malum faciunt scilicet qui non sequuntur Christum, non sequi Christum, idest non esse christianum, propter experientiam, scilicet quam habuit, istius dulcis vite, que scilicet est in celo, et opposite, idest infernalis: quia iste fuit in Inferno, et modo est in celo; ideo expertus est utramque vitam.

Et ille qui sequitur in circumferentia, de quo ratiocinor, per arcum supernum, idest per partem superiorem, arcualem, oculi, mortem distulit propter meram penitentiam (iste erat spiritus Ezechie, regis Iuda, de quo satis dictum est): nunc cognoscit quod iudicium eternum non transmutatur, quando digne preces faciunt crastinum de odierno, idest quando Deus distulit ad tempus aliquam rem, que debebat ante illud tempus fieri. Pro quo notandum est, quod aliqui querunt quomodo dixit verum propheta Ysayas (Ysaye tricesimo octavo capitulo), quando dixit Ezechie: Morieris, et non vives, non evades de ista infirmitate; qui tamen supervixit postmodum quindecim annis. Dicendum est hic, quod Ezechias, secundum suam complexionem intrinsecam et secundum dispositionem causarum secundarum, iam mori debebat, et sic mortuus fuisset nisi humiliatus fuisset et orasset; sed propter penitentiam et orationem Deus suspendit influentiam secundarum causarum: et sic in hoc rege Ezechia evenit et fiebat de hodierno crastinum, idest tardata fuit mors sua; sed iudicium eternum non fuit transmutatum. Iudicium eternum sciebat, quia iste, ex complexione sua et ex influentia secundarum causarum, tunc mori debebat; sed sic etiam sciebat quod ipse debebat facere penitentiam et orare: et sic Deus voluit prolongare dies suos per quindecim annos ab illo quod debebat vivere secundum complexionem suam.

- 17 *Et ille qui sequitur in circumferentia,
De quo ratiocinor, per arcum supernum,
Mortem distulit per veram penitentiam:*
18 *Nunc cognoscit quod iudicium eternum
Non transmutatur, quando digne preces
Faciunt crastinum de odierno.*
19 *Alius qui sequitur, cum legibus, mecum,
Sub bona intentione que fecit malum fructum,
Propter cedere Pastori, se fecit Grecum:*
20 *Nunc cognoscit quomodo malum, deductum
De suo bono operari, non est sibi nocivum,
Quamquam sit mundus inde destructus.*
21 *Et ille, quem vides in arcu declivi,
Guilhelmus fuit, quem illa terra plorat
Que plangit Karolum et Federicum vivum:*
22 *Nunc cognoscit quomodo amore capitur
Celum de iusto rege, et ad signum
Sui fulgoris illud facit videre etiam.*

Alius qui sequitur, cum legibus, mecum (aliqui volunt hic dicere, quod auctor loquitur hic de Iustiniano, qui condidit leges; sed hoc non est verum, imo intelligitur de Constantino. Et si dicatur: Quales leges fecit et condidit Constantinus? dicitur, quod fecit leges pulcherrimas, qui ordinavit et in scriptis redegit, quod nemo degens sub Romano Imperio, deberet molestare Christianos, quod nemo deberet polluere ecclesias Christianorum, et quod nemo adoraret ydola. Omnes enim Imperatores Romani fuerunt usque ad Constantinum persecutores Christianorum et Ecclesie Christi: et in hoc auctor ipsum Constantinum de talibus legibus commendat, sub bona intentione, scilicet dotavit Ecclesiam, que, supple intentio, fecit malum fructum; propter cedere, idest ut cederet, pastori, scilicet Silvestro, se fecit Grecum, idest ivit ad Gretiam ad habitandum in Constantinopolim: nunc cognoscit quomodo malum deductum de suo bono operari non est sibi nocivum, quamquam sit mundus inde destructus.

Et ille quem vides in arcu declivi, scilicet oculi, Guilhelmus fuit, quem illa terra plorat (scilicet insula Cicalie plorat istum, quia ipse erat bonus et regebat eam; ideo plorat mortem suam, quia vellet quod viveret adhuc), que plangit Karolum, qui faciebat sibi guerram de foris, et Fredericum vivum (istos duos vivos Cicalia plorat, quia ipsi male tractaverunt eam; sed Bonguilhelmum plorat mortuum, quia illa terra vellet quod adhuc viveret): nunc cognoscit quomodo amore capitur celum de iusto rege, phyllo capitur celum de uno bono rege et iusto, et ad signum sui fulgoris illud facit videre etiam; quia iste rex Bonguilhelmus, videns se habere tantum fulgorem et splendorem de Deo, potest cognoscere quod in suo iusto regimine complacuit celo, idest celestibus, etc.

- 23 Chi crederebbe giù nel mondo errante,
Che Rypheo Troyano in questo tondo
Fusse la quinta de le luci sancte?
24 Hora cognosce assai di quel che 'l mondo
Veder non può de la divina gratia,
Benchè sua vista non discerna 'l fondo.
25 Qual lodoletta che 'nn aere si spatia
Prima cantando, e poi tace contenta
Per l'ultima letitia che la satia;
26 Tal mi semiò l'ymago della 'mprenta
Dell'eterno piacer, al cui desio
Ciascuna cosa, quale ell'è, diventa.
27 Et avegna ch'io fussi al dubiar mio
Lì quasi vetro al color che 'l veste,
Tempo tacendo aspectar non patio;
28 Ma de la bocha: Che cose son queste?
Mi pinse co' la forza del suo peso;
Perch'io di corruscar vidi gran feste.
29 Poi appresso, coll'occhio più acceso,
Lo benedecto segno mi rispose,
Per non tenermi in ammirar sospeso:
30 Io veggio che tu credi queste cose,
Perch'io le dico, ma non vedi come;
Sì che, se non ⁽¹⁾ credute ⁽²⁾, sono ascose.
- 23 *Quis crederet infra in mundo erranti,
Quod Rypheus Trojanus in isto rotundo
Esset quinta lucium sanctarum?*
24 *Nunc cognoscit satis de illo quod mundus
Videre non potest a divina gratia,
Quamquam sua visio non discernat fundum.*
25 *Qualis alaudecta que in aere spatiatur
Prius cantando, postea tacet contenta
De ultima dulcedine que illam satiat;*
26 *Talis michi se assimilavit ymago impressionis
Eterne complacentie, ad cuius desiderium
Quelibet res, qualis ipsa est, devenit.*
27 *Et quamquam esset dubitare meum
Liquidum vitrum colori qui ipsum vestit,
Tempus expectare tacendo non est passum;*
28 *Sed de ore: Que res sunt iste?
Michi impulit cum vi sui ponderis;
Ex quo ego coruscationum vidi grandia festa.*
29 *Postmodum prope, cum oculo magis accenso,
Benedictum signum michi respondit,
Propter non tenere me in admiratione suspensum:*
30 *Ego video quod tu credis istas res,
Quia ego illas dico, sed non vides quomodo;
Ita quod, si creduntur, sunt absconse.*

(¹) al. son — (²) ben.

Quis crederet infra, in mundo erranti, quod Rypheus Trojanus, idest de Troya, in isto tundo, idest rotundo, esset quinta lucium, idest quinta lux, sanctarum? nunc cognoscit ipse Rypheus de illo, quod mundus videre non potest a divina gratia, quamquam sua visio non discernat fundum: idest, quia mundus credit aliquos esse in Inferno qui sunt in Paradiso, et e converso. De talibus mundus non potest videre fundum divine gratie, quia Deus salvat aliquos, de quibus nescit mundus quomodo, nec qualiter, nec quare; quia tales pagani possunt, Deo volente, habere aliquas inspirationes, quas mundus non cognoscit, que sunt sibi sufficientes ad salutem. Quidquid autem sit de isto Rypheo Troyano, nec ego assero quod sit salvus, nec puto auctorem velle talia dicere, quod vellet dicere istum Rypheum Trojanum esse salvum; sed hoc dicit propter abissum iudiciorum divinarum, quia quilibet virtuosus et iustus paganus potest salvari, si Deo placeret, et salvabilis est sine fallo.

Modo vult dicere auctor, quod Aquila illa tacendo remansit tota contenta de verbis ultimis que hic protulit, propter similitudinem alaudecte, que videtur dilectari in ultima nota quam facit dum dimittit cantum. Alaudecta in Ytalia vocatur una avis satis parva, ad similitudinem passeris et quasi illius coloris et quantitatis: habet quasi cappellum aliquarum pennularum in capite; que delectatur plurimum in cantu seu canendo. Est una avis, que volat in aierem cantando diu et diu: postea adhuc canendo descendit in

terram; et cum est in terra, subito tacet. Dicit igitur hic textus: Qualis alaudecta, idest illa avis que sic vocatur, que in aere spatiatur, idest dilatatur, prius cantando (versus, Surge, Deum lauda, iam lux est, cantat alaude), postea tacet contenta de ultima dulcedine que illam satiat; talis michi, idest taliter, se assimilavit, idest michi visa est, ymago impressionis, idest Aquila, eterne complacentie, ad cuius desiderium, idest ad cuius voluntatem, scilicet Dei, quelibet res, qualis ipsa est, devenit, idest efficitur; quia gratia Dei sum id quod sum, inquit Apostolus.

Et quamquam esset dubitare meum. E avegnachè fosse el dubiare mio: hec est quarta pars huius capituli, in qua auctor pertractat unum dubium, quod nascitur de duobus spiritibus de sex supradictis, scilicet de Rypheo Troyano, et de Trayano Imperatore. Et primo dicit dispositionem suam sic: Et quamquam esset dubitare meum liquidum vitrum colori qui ipsum vestit (idest dubitare meum erat notum illi Aquile; quod dubitare apparebat in illa Aquila, sicut in liquido vitro trasparet aliqua res), tamen ipsum meum dubitare expectare tempus tacendo non est passum, idest non substituit, sed de ore, scilicet meo: Que res sunt iste? michi impulit, scilicet meum dubitare cum vi sui ponderis; ex quo coruscationum vidi grandia festa, quia illa Aquila coruscando fecit magnum festum.

Postmodum prope, scilicet talia festa, idest subito post, cum oculo magis accenso, benedictum signum michi respondit,

³¹ Fai come quei, che la cosa per nome
Apprende bene; ma la sua quiditate
Veder non puote, s'altri non la prome.

³² Regnum celorum violenza pate
Da caldo amor, e da viva speranza,
Che vince la divina voluntate;

³³ Non a guisa che huom huomo sovranza,
Ma vince lei, perchè vuol esser vinta,
E vinta vince con sua benenanza.

³⁴ La prima vita⁽¹⁾ del ciglo e la quinta⁽²⁾
Ti fa maraviglar, perchè ne vedi
La region degl'angeli dipinta.

³⁵ De' corpi suoi non uscìr, come credi,
Gentili, ma chrystiani, in ferma fede,
Quel⁽³⁾ de' passuri⁽⁴⁾, e quel⁽⁵⁾ de' passi
[piedi, ⁽⁶⁾].

(¹) Trayano — (²) Rypheo — (³) Rypheo — (⁴) piedi — (⁵) Trayano — (⁶) di Cristo.

idest ipsa Aquila, propter non tenere me, idest ut non teneret me, in admiratione suspensum (quia Dantes admirabatur, quod illi duo spiritus essent ibi, qui fuerunt spiritus Paganorum; et maxime spiritus Trayani dabat admirationem, qui persecutus fuit Ecclesiam Christi; ideo dixit: Que res sunt iste, indigne fide et incredibiles, quod duo pagani sunt hic?): Ego video quod tu credis istas res, idest sicut bonus christianus, quia ego illas dico, sed non vides quomodo; ita quod, si creduntur, sunt absconse.

Facis sicut ille qui rem per nomen apprehendit bene; sed suam quidditatem videre non potest, si alius illa non promit.

Notandum est hic, quomodo regnum celorum vim patitur. Nam aliquis homo, aliquando habens amicum, volens ipsi inferre verecundiam aliquam, substat sibi dampnum propter salvare honorem amici. Sicut, si valens homo, disputans cum amico non multum valente et non bene respondente, tamen ad salvandum honorem amici, laudat amicum, sic loquens: Bene dicis, optima est responsio tua; ego nescio, nec possum te improbare. Etiam, homo recipit aliquando aliquam iniuriam ab amico suo; et ut non vituperet eum, dicit: Bene fecisti, bonum motivum habuisti. Regnum celorum vim patitur, sive violentiam, a calido amore et a viva spe, que vincit divinam voluntatem. Ecce tale exemplum. Iste paganus, quantum est in se et per ea que fecit, deberet dampnari; tamen quia Deus scit, quod unus sanctus, iustus et pius homo, habens fiduciam et spem in Deo et caritatem ad illum paganum, [orabit pro ipso] propter aliquas causas moventes ipsum, ipse permittit se vinci, scilicet Deus, quia ille esset dampnandus de lege, et tamen precamina flectunt Deum ad salutem illius. Modo, sic evenit de Trayano, qui meruerat Infernum et ad Infernum ivit, non per sententiam diffinitivam, sed per interlocutoriam, propter rogamina futura pro ipso facienda per Gregorium; ita quod caritas, quam Gregorius ad Trayanum habuit propter iustitiam

³¹ Facis sicut ille, qui rem per nomen
Apprehendit bene; sed suam quidditatem
Videre non potest, si alius illam non promit.

³² Regnum celorum vim patitur
A calido amore, et a viva spe,
Que vincit divinam voluntatem;

³³ Non ad instar quo homo hominem superat,
Sed vincit eam, quia vult vinci,
Et victa vincit cum sua benignantia.

³⁴ Prima vita supercilii et quinta
Te faciunt mirari, quia non vides
Regionem angelorum depictam.

³⁵ De corporibus suis non exiverunt, sicut credis,
Gentiles, sed christiane, in firma fide,
Illa de passuris, et illa de passis pedibus.

quam exercuit, et maxime qua usus est circa illam viduam, et propter spem et fiduciam quam habuit Gregorius in Deo, regnum celorum passum est, quod Trayanus resurgeret a mortuis et fieret Christianus, et tunc moriendo mereretur celum, moriendo ut bonus Christianus. Nota etiam quod, secundum fictionem auctoris, isti duo non sunt mortui pagani, sed christiani: qui[a] Trayanus, resuscitatus precibus Gregorii, factus fuit fidelis Christianus et devotus, et sic mortuus est; Rypheus Troyanus, quia fuit ita iustus et virtuosus, dedit Deus sibi, ex illapsu speciali gratie Spiritus Sancti, fidem, et declaravit sibi Christum incarnandum et crucifigendum: et sic in illo credidit, et sic vivendo sprexit Paganismum, et corripuit ydolatrias, et sic credidit in Christum venturum; et hoc, cum suis virtutibus, sufficit sibi ad salutem; et iste habuit baptismum flaminis.

Nota quod triplex baptismus reperitur: scilicet fluminis, quo utitur hodie Ecclesia; et baptismum sanguinis, qui sufficit multis Martyribus morientibus in fide bona, fundendo suum sanguinem, in quo baptizantur; et est baptismum flaminis, scilicet inspiratio facta a Spiritu Sancto, que sufficit ad salutem. Hoc baptismum habuit Rypheus, quia tres virtutes theologicas habuit perfecte ex dono Dei. Postquam Deus inspiravit sibi, alias quatuor habuit adire, scilicet cardinales. Regnum celorum sic violentiam patitur, ut dictum est, non ad instar, idest ad similitudinem, qua homo hominem superat pugnando, applicando vires ex corde contra adversarium; sed vincit eam quia vult vinci, et victa vincit cum sua benignantia, idest benignitate, vel bonitate.

Prima vita supercilii, scilicet oculi mei, et quinta, idest anime Trayani et Ryphei, te faciunt mirari, quia non vides regionem angelorum, idest celum, depictam.

De corporibus suis non exiverunt, scilicet pagane, sicut tu credis, et gentiles, [sed christiane], in firma fide; illa, scilicet Ryphei, de passuris, et illa, scilicet anima Trayani, de

³⁶ Chè l'una dell'Inferno, u' non si riede
Giamai a ben voler, tornò all'ossa:
E ciò [a] divina speme⁽¹⁾ fu mercede;
³⁷ Divina speme, che misse la possa
Ne' prieghi facti a Dio⁽²⁾ per suscitarla,
Sì che potesse sua vogla esser mossa.
³⁸ L'anima gloriosa, onde si parla,
Tornata ne la carne in che fu poco,
Credette in lui che poteva aiutarla;
³⁹ E credendo s'accese in tanto foco
Di vero amor, che 'n la morte seconda
Fu degna di venir a questo loco.
⁴⁰ L'altra, per gratia che da sì profonda
Fontana stilla, che mai creatura
Non pinse l'ochio infin a la prima onda,
⁴¹ Tutto suo amor laggiù pose a dritura;
Perchè di gratia in gratia Dio gl'aperse
L'ochio a la nostra redention futura:
⁴² Onde credette in quella, e non sofferse
Da indi el puzzo più del Paganismo,
E riprendenne le genti perverse.
⁴³ Quelle tre donne li fur per baptesmo,
Che tu vedesti da la dextra rota,
Dinanzi al baptezar più d'un millesmo.

(¹) speranza — (²) al. a lui.

passis (in preterito) pedibus. Quia una de Inferno, scilicet anima Trayani, unde non reditur, idest de lege communi, unquam ad bonam voluntatem, rediit, idest resurrexit, ad ossa, idest ad corpus suum: et hoc vive spei, quam habuit Gregorius, ad Deum, sive in Deo, quando oravit pro ipsa, fuit merces, idest premium; vive spei, que misit, idest posuit, potentiam in precibus, Sancti Gregorii, factis Deo pro illa resuscitanda, ita quod posset, scilicet ipsa anima, ad suam voluntatem esse mota vel moveri.

Nota quod anima separata non est plus sui iuris in libertate: nam anime in Inferno non possunt penitere propter obstinationem; sed si ex speciali gratia redirent ad sua corpora et resurgerent, vere tunc possent bene penitere. Sic evenit anime Trayani redeunti ad corpus: recognovit Christum, et fecit quidquid facere debet bonus christianus; et tunc sic modicum vivendo, postea moriebatur Trayanus verus christianus. Anima gloriosa, scilicet Trayani, unde, idest de qua loquitur, reversa in carnem, idest postquam rediit in carnem in qua modicum fuit, credidit in eum, scilicet Christum, qui poterat adiuvere illam; et credendo accensa fuit in tanto foco, idest igne, veri amoris,

³⁶ Quia una de Inferno, unde non reditur
Unquam ad bonam voluntatem, rediit ad ossa:
Et hoc vive spei fuit merces;
³⁷ Vive spei, que misit potentiam
In precibus factis Deo pro illa resuscitanda,
Ita quod posset ad suam voluntatem esse mota.
³⁸ Anima gloriosa, unde loquitur,
Reversa ad carnem in qua fuit modicum,
Credidit in eum qui poterat adiuvere illam;
³⁹ Et credendo accensa fuit in tanto igne
Veri amoris, quod in morte secunda
Fuit digna venire ad istum locum.
⁴⁰ Alia, per gratiam que a tam profundo
Fonte stillat, quod unquam creatura
Non impulit [oculum] usque ad primam undam,
⁴¹ Totum suum amorem posuit infra ad rectitudinem;
Ex quo de gratia in gratiam Deus aperuit
Oculum ad nostram redentionem futuram:
⁴² Unde credidit in illam, et non sustulit
Ab inde putredinem plus Paganismi,
Et reprehendit de illa gentes perveras.
⁴³ Ille tres domine fuerunt ibi pro baptismo,
Quas tu vidisti ad dexteram rotam,
Ante baptismum plus uno millesimo.

scilicet Spiritus Sancti, quod in morte secunda, quia bis moriebatur, fuit digna venire ad istum locum, idest meruit.

Alia, scilicet anima Ryphei, per gratiam, que a tam profundo fonte stillat, quod unquam creatura non impulit [oculum] usque ad primam undam, idest vix creatura potest videre aliquid modicum de illo fonte profundo (loquitur hic auctor methaphorice; quia illi [qui] non vident in mari fundum nisi prope lictus, dicuntur videre fundum ad primam undam), totum suum amorem posuit infra, idest in mundo, ad rectitudinem; ex quo de gratia in gratiam Deus sibi aperuit oculum ad nostram redemptionem, idest ad Christum Redemptorem, futuram: unde credi[dit] in illam, scilicet redemptionem, et non substulit, idest substituit, ab inde, idest ex tunc, putredinem plus Paganismi, idest infidelitatis et ydolatrie, et reprehendebat de illa, scilicet putredine Paganismi, gentes perveras.

Ille tres domine, scilicet virtutes theologice, sibi fuerunt pro baptismo, scilicet sacri flaminis, quas tu vidisti ad dextram rotam, idest in capitulo vicesimonono Purgatorii, ante baptismum, idest antequam institueretur baptismum, plus uno millesimo, idest per mille annos et plus.

- 44 O predestination, quanto remota
È la radice tua da quelli aspecti,
Che la prima cagion non veggion tota!
- 45 E voi, o mortal⁽¹⁾, tene[te]vi stretti
A giudicar; chè noi, che Dio vedemo,
Non conosciamo ancor tutti gl'electi;
- 46 Et ène⁽²⁾ dolce così facto scemo,
Perche 'l ben nostro in questo ben s'affina,
Che quel che vuole Dio e noi volemo.
- 47 Così da quella ymagine divina,
Per farmi chiara la mia corta vista,
Data mi fu suave medicina.
- 48 E com' a buon cantor buon cytharista
Fa seguitar lo guizzo de la corda,
In che più di piacer lo canto acquista;
- 49 Sì, mentre che parlo, sì mi ricorda
Ch'io vidi le due luci benedecte,
Pur come batter d'ochi si concorda,
Con le parole muover le fiammette.
- 44 O predestinatio, quantum remota
Est radix tua ab illis aspectibus
Qui primam causam non vident totam!
- 45 Et vos, mortales, teneatis vos strictos
Ad iudicandum; quia nos, qui videmus Deum,
Non cognoscimus adhuc omnes electos;
- 46 Et nobis est dulcis talis diminutio,
Quia bonum nostrum in illo bono affinatur,
Quia illud quod Deus vult et nos volumus.
- 47 Sic ab illa ymagine divina,
Propter faciendam michi claram meam curtam
Data fuit michi suavis medicina. [vistam,
- 48 Et sicut bonus cantor, bonus citharista,
Facit sequi motum corde,
In quo plus complacentie cantus acquirit;
- 49 Sic, dum ego loquor, ego recordor
Quod ego vidi ibi duas lucas benedictas,
Eo modo sicut motus oculorum concordat,
Cum verbis movere flammulas.

(1) al. e però, o mortali — (2) è a noi.

Modo auctor hic exclamat (ista, que ponit hic auctor de Trayano, satis habentur in scriptis: illa, que dicit de Rypheo, nunquam inveni, nisi in quantum Virgilius dicit de ipso in secundo libro Eneydos; sed dicta Virgillii valent, quantum valere possunt: tamen quod hic dicit auctor de ipso Rypheo, satis est possibile, tum quia misericordia Dei plena est terra, tum quia ille fuit valde virtuosus, et quia predestinatio Dei est profundissima): O predestinatio, quantum remota est radix tua ab illis aspectibus, scilicet mortalium, qui primam causam non vident totam. Radix: idest fundamentum.

Et vos, mortales, teneatis vos strictos, idest non sitis festini ad iudicandum, quia nos qui Deum videmus, non agnoscimus adhuc omnes electos. Posset quis dicere: Ergo non estis beati, si ignoratis aliquid et non videtis omnia in Deo. Respondetur, quod imo qui habet quidquid vult, et nihil vult mali, est beatus; sed sic est hic, quia istud non scire est de beneplacito illorum: sic enim volunt isti spiritus non scire, quia volunt quidquid Deus vult eos velle;

sed Deus vult quod ipsi non cognoscant omnes electos; sic ipsi volunt.

Et nobis est dulcis, idest grata, talis scematio, idest diminutio, idest tale non scire, quia bonum nostrum in illo bono affinatur, idest purificatur, vel pretiosus efficitur, quia illud [quod] Deus vult et nos volumus.

Sic ab illa imagine divina, propter faciendam michi claram curtam vistam. Idest, meum breve videre, data fuit michi suavis medicina, idest ad declarandum de dubiis, que non intelligebam, dedit claram declarationem, vel scientiam.

Et sicut bonus cantor, bonus citharista, facit sequi motum corde, idest in illa nota, in qua plus complacentie, idest delectationis, cantus acquirit; sic, dum ego loquor, ego recordor quod ego vidi duas lucas benedictas, scilicet animas Trayani et Ryphei, eo modo sicut motus oculorum concordat (quia duo oculi in volvendo se in capite, concordant semper, vel ut in pluribus), cum verbis movere flammulas.

Il domma della necessità della fede per conseguir salute, cioè per toccare il fine ultimo sovranaturale, a cui siam destinati, ha ben sovente posto e pone tuttavia in gravi angustie le coscienze umane, che per difetto di ammaestramento religioso non ne hanno vero concetto. Eppure esso risplende di tanta evidenza e ragionevolezza, che tutti i più grandi intelletti lo hanno accettato, nonostante che non giungessero a vederne la piena concordanza con quello di un Dio giusto infinitamente. E questo è quello, al dire del nostro Poeta,

. che 'l mondo
Veder non può della divina grazia,

e di cui nè anche in cielo la nostra vista potrà raggiungere il fondo, come già aveva scritto Agostino: « Attingere aliquantum mente Deum, magna beatitudo est; comprehendere autem, omnino impossibile. » (Serm. XXXVII De verb. Dom.).

Certo è che chi entri un poco in sé stesso, di leggeri s'accorge che noi e tutte le cose create moviamo ad un segno nascosto al nostro intelletto; e chi pensi che il fine è oggetto della mente, che dalla volontà si deve conseguire per via di amore, non tarderà a convincersi, che tal fine, qualunque esso sia, deve essere fatto palese al nostro intelletto insieme ai mezzi richiesti a pervenirvi: altrimenti il fine non sarebbe più un fine morale, un fine supremo, nè quindi un fine assoluto, e termine dell'universo sarebbe, non già il vero conosciuto, ammirato ed amato, ma un abisso tenebroso, a cui ciecamente la natura sarebbe portata, e a cui soggiacerebbe lo stesso pensiero: al che la mente nostra ripugna e, a solo immaginarlo, il cuore si sente rabbrivire.

Per contrario, nel concetto cattolico, che pienamente corrisponde alla ragione, ed in cui essa trova tutta la luce che può desiderare, la vita presente non è che l'avanzare da una penombra, o albore, in cui nel ricever la fede spuntiamo, un avanzare, diciamo, dentro un oceano di luce immensurabile, di cui il riso del creato è appena una languida e misteriosa parvenza; e però qui è albore, e non può essere altro che albore, albore soprannaturale e segno di cosa al presente nascosta, ma che apparirà; quindi non veduta ora in sé, ma posseduta per fede; che altrimenti ci troveremmo non in via, ma pervenuti al termine, e saremmo non già perfetibili, ma perfetti, non viatori, ma comprensori: e nondimeno questo albore è a noi necessario, se vogliamo giungere con la conoscenza e con l'amore, e però liberamente, a Dio; imperocchè ove esso manchi, non si hanno che tenebre ed abiezioni.

Ma d'altra parte: coloro dunque che fossero impotenti a ricevere la fede, o per mancanza di relazione con altri credenti, o per qualsiasi altra ragione, si troveranno essi di necessità fuori del fine sovranaturale della creazione, e quindi andranno senza propria colpa perduti? Ecco ciò che angustia molti, e di cui Dante stesso chiedeva una spiegazione. Ma chi fissi la mente nel domma intero, trova non difficile l'uscita. Coloro che veramente fossero nell'impotenza assoluta di credere, anche per sola mancanza d'interiore illustrazione divina, che pure è necessaria all'atto meritorio della fede, evidentemente non dovrebbero rispondere di ciò, ma sì di quelle altre colpe, delle quali si fecero rei, e che furono ostacolo al conseguimento della grazia, in cui la fede sta inchiusa. Certo, Dio ad alcuni più e ad altri meno, è largo degli aiuti esteriori ed interiori, necessari a ricevere tanto dono; e nella infinita sua sapienza, non mai disgiunta da bontà infinita, ne stanno le ragioni. Tutti però, o prossimamente, o almeno remotamente, ne hanno quanto basta a conseguire salute: che se non l'ottenessero, dovrebbero rispondere, non della pienezza della fede, che, secondo l'ipotesi, non ebbero mai ed attualmente non possono avere; ma bensì di quegli altri mezzi naturali, preternaturali, ed anche soprannaturali, dei quali, secondo che scrive profondamente San Bonaventura, niuno può mancar mai del tutto, e che bene usati, non per esigenza di giustizia, ma per benigna disposizione divina, non avrebbero mancato di ocasionare più copiosa abbondanza di grazia al conseguimento di quella divina virtù.

Nè a intender ciò v'è, o vi potrebbe essere, forza di ragionamento, quanto la fede stessa umilmente e sinceramente ricevuta. Questa è quella misteriosa forza che l'Alighieri dice d'aver ricevuta:

Così da quella immagine divina.
Per farmi chiara la mia corta vista
Data mi fu soave medicina.

E chi possiede il prezioso dono, intende quel che diciamo.


Crediamo di poter anche aggiungere, che se si riferissero i soli fatti di storia contemporanea, pe' quali apparisce, che non è punto raro il miracoloso ricevimento della fede da chi n'era al tutto lontano e quando meno se lo sarebbe aspettato, si vedrebbe che non errarono, nè esagerarono, i Padri, nell'affermare, che se a qualcuno mancasse ogni altro mezzo per conseguirla, Dio gl'invierebbe un Angelo dal cielo.



CAPITULI VICESIMIPRIMI SUMMARIUM

Iam erant oculi mei fixi. In isto capitulo vicesimoprimo, auctor tractat de spiritibus saturnalibus, scilicet qui sunt beatificati in spera Saturni. Et primo fingit quod Beatrix in ista stella non ridebat, sicut solita est ridere in aliis speris; et ipsamet dixit auctori causam quare non ridebat: quoniam si risisset, tanta fuisset letitia in oculis Beatricis, quod auctor non potuisset in eam intueri propter excellens sensibile. Demum auctor dicit se esse elevatum in speram Saturni, quam vocat cristallum, et vocatur vocabulo illius regis, sub quo omnis malitia erat mortua. Demum dicit auctor, se vidisse scalas aureas cum multis gradibus; et ille scale erant alte in tantum, quod de spera Saturni ascendebant tantum quod ipse non poterat videre summitatem; et per gradus illarum scalarum ascendebant et descendebant tot angeli, qui erant quasi innumerabiles. Iste scale denotant vitam contemplativam. In ista spera auctor invenit Petrum Damianum, alio nomine Petrum Peccatorem, qui fuit monachus de Ordine Sancti Benedicti, valentissimus doctor in Sacra Theologia: qui fuit factus cardinalis et acceptavit; postea, videns vitam cardinalium non esse talem qualem ipse appetebat, re-

nunciavit cappellum, et rediit ad abbatiam suam, quam ipse construi fecerat, que est in diocesi Ugu-bina, et vocatur illa abbatia Vallis Avellane. Quem Petrum Damianum auctor interrogavit, quare plus ipse venit versus auctorem ad loquendum ei, quam alii spiritus qui erant ibi: ille respondit quod hoc ideo fecit, quia sic fuit sortitus a caritate divina. Audita ista responsione, tunc iterum auctor interrogavit ipsum Petrum Damianum: Cur fuisti tu plus predestinatus ad hoc faciendum, quam aliquis vestrum alius? Cui respondens Petrus Damianus, dixit: Lux divina tantum me illuminat, quod ego video essentiam divinam; sed causam quare ego fui predestinatus ad hoc, nedum ego, sed nec aliquis angelus de Ordine Seraphim, posset tibi indicare; quia predestinatio est tam profunda in mente divina, quod nulla creatura eam attingit: et hoc reportes mortalibus, ut nemo presumat velle cognoscere predestinationem. Tunc auctor interrogavit istum quis esset; qui sibi indicavit, et obloquitur de mala vita cardinalium. Et finitis verbis suis, omnes illi spiritus clamaverunt clamore ita magno, qui apparuit unum tonitruum.



CAPITULUM VICESIMUMPRIMUM

- ¹ Già eran gl'ochi miei refixi al volto
Della mia donna, e l'animo con essi
Da ogn'altro intento s'era tolto;
² E quella non ridea: Ma, s'io ridessi,
Mi cominciò, tu ti faresti quale
Semele fu, quando di cener fessi;
³ Chè la bellezza mia, che per le scale
Dell'eterno palazzo (¹) più s'accende,
Com'ài veduto, quanto più si sale,
⁴ Se non si temperasse, tanto splende,
Che'l tuo mortal poter, al mio fulgore,
Sarebbe fronda che trono scoscende.

¹) al. palazzo.

Iam erant oculi mei reflexi ad vultum. Già era[n] l'occhi mei refixi al volto: istud est vicesimumprimum capitulum huius Paradisi, in quo, finito tractatu animarum Iovialium in capitulo precedenti, ponit auctor et tractat de animabus saturnalibus, idest de illis que sunt beatificate in stella, sive planeta, Saturni. Quod dividitur in quatuor partes. In quarum prima auctor describit ascensum suum et Beatricis in Saturnum, et demirat[ur] signum quod apparet, scilicet, supra, unam scalam, et animas ibi repositas. In secunda parte, que incipit ibi:

*Et illud quod propinquius me se retinuit;
E quello che presso me più se ritenne,*

auctor inducit unum spiritum modernum contemplativum, cui movet dubia.

In tertia parte, que incipit ibi:

*Ego video bene, dixi ego, sacra lucerna;
Eo veggio bene, diss'io, sacra lucerna,*

auctor movet, seu ponit, unum dubium, quod oritur ex solutione facte questionis.

- ¹ Iam erant oculi mei refixi ad vultum
Mee domine, et animus meus cum ipsis,
Et ab alio intento eram remotus;
² Et illa non ridebat: Sed, si ego riderem,
Michi incepit, tu efficereris qualis
Fuit Semele, quando de cinere fuit facta;
³ Quia pulchritudo mea, [que] per scalas
Eterni palatii plus accenditur,
Sicut vidisti, quanto plus ascenditur,
⁴ Si non temperaretur, tantum splendet,
Quod tuum mortale posse, ad suum fulgorem,
Esset frons quam tonitruum sconscondit.*

In quarta parte, que incipit ibi:

*Inter duo lictora Italie;
Tra dui liti de Italia,*

iste spiritus manifestat se et vitam suam, defamando et reprehendendo cardinales hodiernos, etc.

Circa primam partem auctor, continuando dicta dicendis, inquit: Iam eram expeditus de tractatu animarum Iovialium, quia plene dictum erat de animabus beatificatis in planeta Iovis; ideo convertibam me ad animas que sunt in Saturno. scilicet saturnales, et ad novam materiam. Hoc est reflectere; idest, ego reflectebam oculos meos contemplativos una cum corporalibus. Iam erant oculi mei reflexi ad vultum mee domine, et animus meus cum ipsis, scilicet oculis, et ab omni alio intento eram remotus, idest ab omni tractatu animarum Iovialium.

Modo excusat se auctor, si non describit pulchritudinem excellentie Beatricis in illo transcensu, quo de stella Iovis ascenderunt in planetam Saturni; et fingit quod domina sua Beatrix non ridebat, et ostendit causam quare non

- ⁵ Noi siam levati al septimo splendore (¹),
Che sotto 'l pecto del Leone ardente
Raggiò mo mixto giù del suo valore.
⁶ Ficca diriecto agl'ochi tuoi la mente,
E fa'di quegli spechio a la figura,
Che'n questo specchio ti sarà parvente.
⁷ Qual sapesse qual'era la pastura
Del viso mio nell'aspetto beato,
Quando mi transmutai dall'altra cura,
⁸ Cognoscerebbe quanto m'era grato
Obbedir a la mia celeste scorta,
Contrapesando l'un coll'altro lato.
- ⁵ *Nos sumus elevati ad septimum splendorem,
Qui sub pectore Leonis ardentis
Radiat nunc mixtus de inferiori suo valore.
⁶ Fige retro oculos tuos mentem,
Et facias de illis specula ad figuram,
Que in isto speculo erit tibi presens.
⁷ Qualis sciret qualis erat pastura
Vultus mei in aspectu beato,
Quando ego me transmutavi ad aliam curam,
⁸ Cognosceret quantum erat michi gratum
Obedire mee celesti scorte,
Contra ponderando unum cum alio latere.*

(¹) Saturno.

ridebat. Causa est, quia Dantes non potuisset substinere, idest intueri, tantam pulchritudinem; quia dum Beatrix ascendebat per speras celi sursum, semper efficiebatur pulchrior et pulchrior. Modo, intrando in speram Saturni, adeo effecta erat pulchra, quod si ipsa risisset, apparuisset adeo pulchra, quod auctor non potuisset intueri in ipsam. Nota quod ista est bona fictio. Vult enim hic fingere vitam contemplativam, quam habent viri contemplativi in hac vita presenti. Vita etenim contemplativa est illa, que abstrahit quasi homines ex toto a rebus terrenis, et ab omni complacentia terrenarum rerum; et fiunt homines, qui sunt hic in carne, ex ea celibes, et vivunt in carne preter carnem: non loquuntur, non cogitant, nisi de celestibus. Saturnus enim ex sua proprietate, alias potestate, habet influere in hominibus abstinentiam, et contemplationem. et voluntatem vivendi solitarie. Opera autem contemplativorum non sunt clara viventibus carnaliter, quia contemplativi loquuntur cum Deo, sicut fecerunt Sancti Ioannes Baptista, Macharius, Antonius, Benedictus. Nota, quod hic ponitur una hystoria, fictio poetica, de Semele. Uxor Bachi, Dei vini, que vocabatur Semele, fuit una filiarum Cadmi, primi regis Thebarum et fundatoris ipsius civitatis Thebarum; que decepta a Iunone male consilianti sibi, Semele petiit a Iove, suo amasio, ut uteretur cum ea modo cum [quo] utebatur cum Iunone: quod sibi petenti Iovis concessit: quo facto, fuit fulminata et conversa in cinerem, et hoc evenit propter excessivum modum, etc. Ita etiam si risisset hic, in isto planeta, Beatrix, Dantes nullatenus potuisset substinere, propter excellentiam pulchritudinis que apparuisset in risu ipsius Beatricis.

Et illa non ridebat: si ego riderem, michi incepit, scilicet sic loqui, tu efficereris, talis supple, qualis fuit Semele, quando de cinere fuit facta; quia pulchritudo mea per scalas eterni palatii, idest per speras celi, plus, scilicet semper, accenditur, sicut vidisti, quan'o plus ascenditur. Si non temperaretur, tantum splenderem, quod tuum mortale posse, idest tua mortalis potentia, ad suum fulgorem, esset frons, vel ramus, quam tonitruum sconscondit, idest excutit. Quando de tonitruo fulgur descendit in arborem, percutiens frondes vel ramum, ipsum excutit.

Iam manifestatur introitus auctoris cum Beatrice in planetam Saturni per verba Beatricis, dicentis: Nos sumus elevati ad septimum splendorem, idest in planetam Saturni, qui sub pectore Leonis ardentis radiat nunc mixtus de suo inferiori valore. Nota quod in millesimo tercentesimo, de mense martii, sole existente tunc in Ariete, Saturnus, positus in domo Leonis, in septimo gradu Leonis, erat cum sua influentia [et] radiabat super terram. Influentia, sive valor, Saturni, facit homines contemplativos et abstinentes.

Modo confortat Beatrix Dantem, ut bene videat et figat oculos ad videndum, et ea que videt retineat bene in memoria, ut bene retrahat et scribat et bene narret aliis posteris. Fige retro, idest post, oculos tuos mentem, idest memoriam, et fac de illis, scilicet oculis, specula ad figuram, scilicet ad scalam; que, scilicet scala, in isto speculo erit tibi presens.

Qualis, vel quicumque, sciret qualis erat pastura vultus mei, idest oculorum meorum, in aspectu beato, idest in videndo illam scalam, quando ego me transmutavi ad aliam curam, idest ad intuendum scalam illam, idest nullus miraretur, si subito me verti: cognosceret quantum erat michi gratum obedire mee celesti scorte (idest conductrici, quia Beatrix conducebat eum per celum) contra ponderando, vel contra pensando, unum cum alio latere, idest volvendo se modo ad unum latus, modo ad aliud. Vult dicere allegorice, quod, quamvis illa vita contemplativa ostendatur summa, laboriosa et nimis difficilis, tamen ipsa est illa que imparadisat hominem, et etiam felicitat viventem in hac vita presenti. Ergo auctor modo vertebat se ad unum latus, quia videtur nimis difficile relinquere civitates et castra et consortia hominum, et ire ad silvas, et ad heremum, et ad desertam; modo ad aliud latus, scilicet quod vita contemplativa est optimum bonum, quies mentis, absolutio ab omnibus curis mundi. Hoc fecerunt multi philosophi, qui omnia contempserunt propter specularem et propter sapientiam acquirendam.

- 9 Dentr'al cristallo, che 'l vocabol porta,
Cerchiando 'l mondo, del suo caro duce,
Sotto cui giacque ogni militia morta,
10 Di color d'oro, in che raggio traluce,
Vid'io uno scaleo erecto in suso
Tanto, che nol seguiva la mia luce.
11 Vidi anco per li gradi scender giuso
Tanti splendor, ch'i' pensai ch'ogni lume
Che par nel ciel, quindi fusse diffuso.
12 E come, per lo natural costume,
Le pole insieme, al cominciar del giorno,
Si muoveno a scaldar le fredde piume;
13 Poi altre vanno via senza ritorno,
Altre rivolgon sè, donde son mosse,
Et altre roteando fan soggiorno;
14 Tal modo parve a me che quivi fosse
In quello sfavillar che 'nsieme venne,
Sì come in certo grado si percosse;
15 E quel che presso più ci si ritenne,
Si fe' sì chiaro, ch'io dicea pensando:
Io veggio ben l'amor che tu m'accenne.

Intra cristallum, idest planetam Saturni qui est coloris cristallini, qui vocabulum portat, circumeundo mundum, sui cari ducis, idest Saturni, regis Cretensis, patris Iovis, Iunonis, Nettumpni et Plutonis, sub quo, scilicet duce, iacuit omnis malitia mortua (quia tempore Saturni fuit etas aurea, in qua nulla fuit malitia, nec nullum malum, seu aliquid malum: iste Saturnus fuit iustissimus rex, dedit leges et indidit, conservavit religionem, et fuit carus omnibus suis subditis, et innocenter vixerunt homines sub eo: ab isto duce, scilicet rege Saturno, vocatur ille septimus planeta Saturnus), coloris aurei, in quo radius tralucet, idest resplendet, vidi ego unum gradum, idest unam scalam multorum graduum, coloris aurei (et merito, quia, sicut color auri est pulcherrimus, ita vita activa, figurata per istam scalam, est pulcherrima et optima vita), erectum versus sursum tantum, quod ipsum non sequebatur, idest non attingebat, mea lux, idest oculi mei.

Vidi etiam per gradus descendere infra tot scilicet splendores, quod ego cogitavi, quod omne lumen, quod apparet in celo, inde esset diffusum. Vere vita contemplativa bene figuratur per scalam, que habet diversos gradus superiores et inferiores; quia contemplans, modo considerat Deum, modo angelos, modo alias creaturas, que per modum vestigii, vel ymaginis, vel similitudinis, vel signaculi, representant Deum creatorem. Nam per considerationem contemplans elevatur usque ad pedes Dei: a magnitudine etenim creature, poterit horum creator cognosci; in libro Sapientie. Et Apostolus: Invisibilia Dei, per ea que facta sunt, intellecta conspiciuntur, etc. Apparebat auctori, quod

- 9 Intra cristallum, quod vocabulum portat,
Circuendo mundum, sui cari ducis,
Sub quo iacuit omnis malitia mortua,
10 Coloris aurei, in quo radius tralucet,
Vidi ego unum gradum erectum versus sursum
Tantum, quod ipsum non sequebatur mea lux.
11 Vidi etiam per gradus descendere infra
Tot splendores, quod ego cogitavi quod omne
Quod apparet in celo, inde esset diffusum. ^[bonum]
12 Et sicut, propter naturalem morem,
Pole simul, in principio diei,
Moventur ad calefaciendum frigiditas alas;
13 Postea alie recedunt sine reditu,
Alie revolvunt se, unde se moverunt,
Et alie roteando faciunt soggiorno;
14 Talis modus visum michi fuit quod ibi esset
In illo favillare quod insimul venit,
Statim quod in certum gradum se percussit;
15 Et illud quod propinquius me se retinuit,
Fuit factum ita clarum, quod ego dicebam cogi-
^[tando]
Ego video bene, o amor, quod tu per signa invitans.

tantum lumen esset in Saturno, quod ipse estimavit, quod omnes angeli et spiritus, qui sunt in omnibus aliis speris, essent hic in Saturno; et videbat istos spiritus ascendentes et descendentes, alios euntes, non redeuntes, alios stantes.

Et depingit motum istorum spirituum per comparationem motuum quarundam avium nigrarum, que in Ytalia vocantur pole, litteraliter monedule, que de nocte turmatim stant supra ramos arborum, de mane in crepusculo diei incipiunt movere alas, demum incipiunt volare, turmatim circumvolando. Alique revertuntur ad arborem, in qua pernoctaverant, alie vadunt ad arbores propinquas, alie vadunt et revertuntur, alie circumvolant. Et sicut, propter naturalem morem, pole, idest monedule, simul in principio diei moventur ad calefaciendum frigiditas alas, postea alie recedunt sine reditu, alie revolvunt se unde se moverunt, et alie roteando, idest circumeundo, faciunt soggiorno, idest repausationem. idest quietem aliquam habent respectu aliarum; talis modus visum fuit michi quod ibi esset (idest, talem modum tenuerunt illi spiritus, qui illuc venerunt, quam cito in unum gradum convenerunt) in illo favillare, idest per modum favillarum volare, quod michi simul venit, statim quod in certum gradum se percussit.

Et illud quod propinquius me. E quello che più presso a me: ista est secunda pars huius capituli, in qua auctor introducit unum spiritum modernum valde contemplativum, cui movet dubia. Et primo ponit adventum eius versus ipsum auctorem, dicens: Et illud, scilicet favillare, quod

- 16 Ma quella, ond'io aspetto el come e'l
Del dir e del tacer, si sta; ond'io ^[quando]
Contra 'l desio fo ben s'io non dimando.
17 Perch'ella, che vedea el tacer mio
Nel veder di Colui che tutto vede,
Mi disse: Solve el tuo caldo desio.
18 Et io incominciai: La mia mercede
Non mi fa degno de la tua risposta;
Ma per colei che 'l chieder mi concede,
19 Vita beata, che ti stai nascosta
Dentr'alla tua letitia, fammi nota
La cagion che sì presso mi t'accosta;
20 E di', perchè si tace in questa rota
La dolce symphonia di Paradiso,
Che giù per l'altre ⁽¹⁾ suona sì devota.
21 Tu hai l'udir mortal, com'hai el viso,
Rispose a me; onde qui non si canta
Per quel che Beatrice non ha riso.
22 Giù per li gradi della scala santa
Discesi tanto, sol per farti festa
Col dir, e co'la luce che m'ammanta:
23 Nè più amor mi fece esser più presta,
Chè più e tant'amor quinci su ferve,
Sì come 'l fiammeggiar ti manifesta.

⁽¹⁾ rote.

propinquius me se retinuit, factum fuit ita clarum, quod ego dicebam, cogitando: Ego video bene, o amor, quod tu me per signa invitans. Quasi dicat: Ego perpensi statim quod volebat michi loqui.

Modo auctor vult dicere, quod a Beatrice ipse expectabat licentiam omnia faciendi que vult facere, sive loqui, sive tacere, sive petere, sive quodcumque aliud facere. Et ipsa Beatrice aliquantulum stetit dicendo nihil sibi: tandem dedit licentiam ei auctori interrogandi illum spiritum, sicut postmodum fecit. Sed illa, scilicet Beatrice, unde, scilicet a qua, ego expecto, quomodo, scilicet debebam facere, et quando dicendi et non dicendi, stat, idest tacet; unde ego contra desiderium, scilicet meum, facio bene, idest obediendo sibi (quia sine licentia sua nihil facerem). quod ego non interrogo, idest quod taceo.

Ex quo ipsa, scilicet Beatrice, que videbat tacere meum, idest taciturnitatem meam, in videre, idest in visione. Illius, scilicet Dei, qui totum videt, michi dixit: Solve tuum calidum desiderium, aperi id quod tu desideras exprimere.

Et ego incepti: Mea merces, idest meum meritum, non me dignum facit de tuo responso; idest, propter mea merita non reputo me dignum habere responsionem tuam; sed propter illam, scilicet Beatricem, que dicere michi concedit, idest sed amore Beatricis, que me licentiat quod loquar.

Vita beata, idest anima, que stas absconsa infra tuam letitiam, facias michi notam causam, que ita prope me te posuit: idest, dic michi causam, propter quam tu te appropinquasti tantum ad me; et dicas, scilicet etiam, quare tacetur in ista rota, idest in isto planeta qui ut rota movetur, dulcis symphonia, idest melodia, dulcis cantus Paradisi, que inferius per alias, scilicet speras, sonat ita devota; quia hic non cantatur ita devote, sicut in aliis speris.

Tu habes auditum mortalem, sicut visum, respondit michi: quare, vel unde, hic non cantatur, idest causa propter quam hic non cantatur, est illa et eadem, quare Beatrice non risit. Quia sicut risus Beatricis, propter excessum pulchritudinis, lesisset oculos auctoris, sicut sol ledit oculos; ita cantus illarum animarum, propter nimium excessum dulcedinis, excessisset auditum auctoris. Omnia hec fingit auctor ad ostendendum celsitudinem et excellentiam vite contemplative; et etiam quia ipse auctor fuit valde solitarius et contemplativus, etiam ad demonstrandum excellentiam istorum spirituum qui sunt hic: qui fuerunt devoti sui, et aliquorum istorum ipse diligenter studuit libros, etc.

Infra per gradus scale sancte, idest sanctarum scalarum, descendi tantum, solum ad faciendum tibi festum cum dicere, scilicet meo, et cum luce que me ammantat, idest circumdat vel ornat (auctor facit duas petitiones isti spiritui: prima, quare hic non cantabatur; et que est causa,

- 24 Ma l'alta carità, che ci fa serve
 Prompt' al consiglio che 'l mondo governa,
 Sorteggia qui, sì come tu observe.
- 25 Io veggio ben, diss' io, sacra lucerna,
 Come libero amor in questa corte
 Basta a seguir la providenza eterna:
- 26 Ma quest'è quel, ch' a cerner mi par forte;
 Perchè predestinata fusti sola
 A quest' officio tra le tue consorte.
- 27 Non venni prima all' ultima parola,
 Che del suo mezzo fece 'l lume centro,
 Girando sè come veloce mola.
- 28 Rispose poi l' amor che v' era dentro:
 Luce divina sopra me s' appunta,
 Penetrando per questa ond' io m' inventro;
- 29 La cui virtù, col mio veder congiuncta,
 Mi leva sopra me tanto, ch' io veggio
 La somma essenza de la quale è muncta.
- 30 Quinci vien l' allegrezza ond' io fiammeggio,
 Perchè [al] la vi[s]ta mia, quant' ell' è chiara,
 La chiarità de la fiamma pareggio.
- 31 Ma quell' alma ⁽¹⁾ nel ciel che più si schiara,
 Quel seraphyn ⁽²⁾ che 'n Dio più l' oclio à
 A la domanda tua non satisfara; ^{[lisso,}
- 32 Però ch' è sì involuto nell' abisso
 Dell' eterno statuto quel che chiedi,
 Che da ogni creata vi[s]ta è scisso.
- 33 Et al mondo mortal, quando tu riedi,
 Questo rapporta, sì che non presuma
 A tanto segno più muover li piedi.

(1) Maria. — (2) Michael.

quare iste spiritus appropinquat ad ipsum auctorem plus quam alii spiritus, qui sunt hic. Ad primam respondet, quod eadem de causa hic non cantatur, quia Beatrix non risit: quia aures sue humane erant sicut et oculi; ideo defecissent in excessu sensibilis. Ad aliam respondet modo, dicens, quod nec propter amorem, nec propter aliquid aliud, ipse tantum appropinquavit plusquam alii: causa autem quare sic venit, est quia Deus sortitur sic illos spiritus, quod sic moveantur et sic stent, sicut moti sunt illi spiritus et sicut steterunt: etiam si Dantes non fuisset ibi, ita ibi illi spiritus stetissent et venissent; nec maior amor me fecit celeriores, scilicet promptiores ad veniendum prope te; quia maior, scilicet meo, et tantus, scilicet quantus est meus, hic sursum fervet, scilicet ascendendo per paradysum, sicut flammigare tibi demonstrat, vel manifestat.

Sed alta caritas, que facit nos servas, promptas consilio, scilicet divino, quod, scilicet consilium, mundum gu-

- 24 Sed alta caritas, que facit nos servas
 Promptas consilio quod mundum gubernat,
 Sortitur nos hic, sicut tu nunc servas.
- 25 Ego video bene, dixi ego, sacra lucerna,
 Quomodo liber amor in ista curia
 Sufficit ad sequendum providentiam eternam:
- 26 Sed istud est illud, quod ad cernendum michi
 Quare predestinata fuisti sola ^{[apparet forte;}
 Ad istud officium inter tuas consortes.
- 27 Nec veni prius ad ultimum verbum,
 Quod de suo medio fecit illud lumen centrum,
 Volvens se sicut velox rota.
- 28 Postea respondit amor qui erat ibi intus:
 Lux divina supra me apponitur,
 Penetrando per istam in quam ego ^{[transpareo;} intrando
- 29 Cuius virtus, in meo videre coniuncta,
 Me levat supra me in tantum, quod ego video
 Summam essentiam, a qua ipsa est coniuncta.
- 30 Hinc venit gaudium unde flammeus efficior,
 Ex quo visioni mee, quantum est clara,
 Claritatem flamme parifico.
- 31 Sed illa anima in celo que plus clarificatur,
 Illud seraphin quod plus in Deum oculum habet ^{[fixum,}
 Petitioni tue [non] satisfaceret;
- 32 Quia ita ultra ponitur in abisso
 Eterni statuti illud quod petis,
 Quod ab omni creatura vista est scissum.
- 33 Et ad mundum mortalem, quando redis,
 Istud reporta, ita quod non presumant
 Ad tantum signum plus movere pedes.

bernat, sortitur nos hic, sicut tu nunc servas, idest intueris vel vides. Responsio stat in hoc: Propter nullam causam specialem sic venit iste spiritus propinquus auctori, nisi quia Deus sic sortitus est.

Ego video bene, dixi ego. Ego veggio ben, diss' io: hec est tertia pars huius capituli, in qua auctor proponit unum dubium isti anime, quod oritur ex responsione data ab ipsa anima, dicens: Ego bene video, quod libero amore adimpletis providentiam eternam; ideo dubito de hoc. Quare predestinata fuisti sola ad istud officium? Subito illud lumen circumvolvit se circa lumen suum, ita quod fecit unum circulum, et lumen suum sicut centrum illius circuli quem fecit; et demum dixit: Lux divina supervenit michi, penetrando per istam, scilicet qua sum circumdatus; quia divina lux me elevat tantum, quod video divinam essentiam, a qua illa lux venit. Et ex hinc procedit gaudium, propter quod efficitur mea flamma; et visioni mee, quantum est

- 24 La mente, che qui luce, in terra fumma;
 Onde ragguarda come può laggiue
 Quel che non puote, poi che 'l ciel l' as- ^{[summa.}
- 25 Sì mi prescripser le parole sue,
 Ch' io lassai la question, e me ritrassi
 A domandarlo humilmente chi fue.
- 31 Mens, que hic lucet, in terra fumat;
 Unde respicias quomodo potest fieri ibi inferius
 Illud quod non potest hic, quamquam celum illam ^{[assumat.}
- 32 Sic me pupugerunt verba sua,
 Quod ego dimisi questionem, et me retraxi
 Ad petendum eam humiliter que ipsa fuit.

clara, claritatem flamme adequo. Sed scio quod anima que est in celo, nec aliquis angelus, posset satisfacere petitioni tue; quia predestinatio Dei est ita arcana et profunda in essentia divina, quod nulla creatura potest hoc videre, scilicet predestinationem. Et secure reporta hoc ad mundum mortalem, ad quem scilicet rediturus es, hoc quod dico, ex hoc ut nemo mortalis presumat querere predestinationem divinam. Anima humana, que hic videt satis clare, in terra videt per fumum. Quomodo poterit igitur anima ibi in terris videre quod hic nos non possumus? Tunc verba, que dicebat, sic me pupugerunt, quod ego dimisi hanc questionem, idest non ulterius processi in ea; sed interrogavi eam animam, que ipsa erat, et unde fuit, etc. Iste spiritus, qui hic loquitur, fuit spiritus Petri Damiani, qui fuit de Ravenna, homo valde solitarius, speculativus, contemplativus, magne litterature et eloquentie (textus sui bene starent prope textus Tullianos certe), qui, se ut daret contemplationi liberius, querebat loca solitaria; tandem devenit ad unum locum in monte Appennino, unam montaneam altam. Montes Appennini sunt illi, qui dividunt Italiam per medium usque ad confines Calabrie; in quorum sinistra est unus locus solitarius, qui est inter Marchiam Anconitanam et Eugubium, inter Pergulam (nomen unius castri in Marchia) et Eugubium (nomen unius civitatis in Tuscia); et illa montanea vocatur Catria: ibi collis est altissimus; sed ipse posuit se in una valle, et ibi edificavit unum devotissimum monasterium, quod vocatur monasterium Sancte Marie vallis Avellane, vel Avellini. Et hoc est verum quod illi montes sunt inter duo litora Italie, quia Italia est longa regio, sed parum lata, et est inter duo maria situata, scilicet inter mare Mediterraneum et Adriaticum. In illo monasterio diu vixit ille Petrus Damianus in magna abstinence, ubi non comedebantur carnes unquam, sed solum cum oleo olivarum reficiebantur monachi. Tandem fecit unum aliud monasterium prope Ravennam ad tria miliaria, in lictore maris Adriatici, quod vocatur Sancta Maria in Portu, et ibi stetit diu, et ibi faciebat se vocari Petrum Peccatorem ex humilitate. Tandem fuit vocatus ad cardinalatum et fuit factus cardinalis: qui videns vitam cardinalium non esse ita honestam nec virtuosam sicut deberet esse, sed pomposam, mundialem, reliquit cappellum, et rediit ad Monasterium Sancte Marie vallis Avellini, et ibi gloriose finivit vitam suam. Et quia vocabatur Petrus Damianus, demum fecit se ex humilitate vocari Petrum Peccatorem; sed hoc non est verum dictum, scilicet quod esset peccator, saltem ex excellentia. Tunc ad textum.

Ego video bene, dixi ego, sacra lucerna (quia iste fuit vere lucerna ardens), quomodo liber amor in ista curia

sufficit ad sequendam providentiam eternam: idest, quod anima beata, libero amore, et non amore servili, servit hic Deo et adimplet voluntatem Dei.

Sed quia tu dicis et bene, quod non venisti huc ad me, tuo conceptu, nec propter maiorem amorem quem habes, quia hic in aliis animabus est maior quam tuus sit, et etiam est aliis equalis; sed ideo venisti huc, quia sic fuisti predestinata, sicut ego possum comprehendere: propter hoc modo nascitur unum aliud dubium in mente mea, scilicet: Quare fuisti tu sola predestinata ad hoc faciendum?

Sed istud est illud, quod ad cernendum michi apparet forte, idest difficile: quare predestinata fuisti sola ad istud officium, inter tuas consortes, idest animas solas.

Nec veni prius ad ultimum verbum, idest non ita cito complevi dictum meum, quod de suo medio fecit illud lumen centrum. Nam ista anima primo stabat firma, postea fecit circulum, movens se et volvens se sicut rota; et hoc fecit in signum letitie.

Postea respondit amor, idest anima illa, qui erat ibi intus, supple, et dixit: Lux divina super me apponitur, penetrando per istam in quam ego intrando transpareo (vult dicere quod radius divinus, qui venit supra ipsum, transit per lucem, qua erat vallatus. Nota quod quelibet anima beata, in celo, ut possit videri oculis corporalibus, cum ex se sit invisibilis, circumdatur quadam luce, que ipsam involvit, sive ornat, et visibilem reddit: tunc radius divinus, veniens super animam beatam, transit per illam lucem qua anima est circumdata, et elevat eam ad videntum in Deo quicquid cupit videre. Per talem radium supervenientem sibi, cognovit Petrus Damianus illud quod auctor dicebat); cuius, scilicet lucis divine, virtus, cum meo videre coniuncta, me levat supra me in tantum, quod ego video summam essentiam, scilicet divinam, a qua ipsa, scilicet lux adveniens, est iniuncta, idest assumpta vel extracta: et sic quantum Deus dedit videre interius, tantum resplendo exterior.

Hinc venit, idest procedit, gaudium, unde ego flammeus efficior, ex quo visioni mee, quantum est clara, claritatem flamme parifico, idest cognitioni mee.

Sed illa anima in celo, que plus clarificatur, illud seraphin quod plus in Deo oculum habet fixum, petitioni tue non satisfaceret (petitio auctoris erat, que causa fuit, quare iste spiritus fuit predestinatus ad istud officium, ita quod petebat scire causam predestinationis: sed talis causa non potest sciri per aliquam creaturam, non certe: quare autem Deus predestinat aliquam creaturam ad aliquid, hoc est ita occultum et profundum in archano divinitatis, quod scire non potest nisi ipse Deus); quia ita ultra ponitur in abisso, idest in profunditate, eterni statuti, illud quod petis.

- ³⁶ Tra' due liti d'Italia surgon saxi,
E non molto distanti a la mia patria,
Tanto, ch'è tuoni assai suonan più bassi,
³⁷ E fanno un gibbo, che si chiama Catria,
Sotto lo qual consacrato è un hermo,
Che suol esser disposto a sola latrìa ⁽¹⁾.
³⁸ Così ricominciommi el terzo sermo;
E poi, continuando, disse: Quivi
Al servizio di Dio mi fei sì fermo,
³⁹ Che, pur con cibi di liquor d'olivi,
Lievemente passava caldi e geli,
Contento ne' pensier contemplativi.
⁴⁰ Render solea quel chiostro a questi cieli
Fertilemente, et hor è facto vano,
Sì che tosto conven che si riveli.

⁽¹⁾ culto divino.

quia ab omni creata *cista*, idest creata visione, est scissum, idest remotum.

Et ad mundum mortalem, quando redis, idest ad quem rediturus es, istud reporta, idest istud quod dico modo, ita quod non presumant, scilicet homines mundani, ad tantum signum, idest ad tam occultam rem, plus movere pedes, idest deinceps querere. Quia illud, quod non potest videre angelus, nec anima beata, hic in celo, quomodo poterit videre homo, immixtus rebus terrenis, et existens in tot tenebris, sicut sunt in mundo? Cuius hominis, dum vivit, scientia est unus fumus, respectu scientie quam habent anime beate in celo.

Mens que hic lucet, idest anima que hic clare videt, in terra fumat, idest obscure videt, sicut in fumo res videtur; unde respicias, idest considera et nota, quomodo non potest fieri, ibi inferius, illud quod non potest hic, scilicet in celo, quamquam celum illam, scilicet animam, assumat.

Sic me precinxerunt, idest pupugerunt, vel terruerunt, verba sua, quod ego dimisi questionem, et me retraxi ad petendum eam, scilicet animam Petri Damiani, humiliter, que ipsa fuit, idest de nomine suo.

Intra duo lictora Ytalie. Tra' dui liti d'Italia: hec est quarta pars huius capituli, in qua anima Petri Damiani manifestat se auctori et vitam suam, reprehendendo vitam cardinalium presentium. Et primo dicit locum ubi edificavit monasterium in quo diu stetit, dicens: Inter duo lictora Ytalie, idest inter Adriaticum mare et Tirrenum, sive Tuscum, sive Mediterraneum, surgunt, idest eleantur, saxa, idest montes, et non multum distantia a patria tua, idest Florentia, tantum quod tonitrua sonant magis infime (tonitrua aliquando causantur satis prope terram, ita quod illi montes sunt ita alti versus celum, quod tonitrua aliquando causantur magis bassa, idest in loco magis inferiori), et faciunt unum gibbum, idest iugum, qui vocatur

- ³⁶ *Inter duo lictora Ytalie surgunt saxa,*
Et non multum distantia a tua patria,
Tantum, quod tonitrua sonant magis infime,
³⁷ *Et faciunt unum gibbum, qui vocatur Catria,*
De situ cui est consecratus unus heremus,
Qui solet esse dispositus ad solam latrìam.
³⁸ *Sic reincepit tertium sermonem;*
Et postea, continuando, dixit: Ibi
Ad servitium Dei me feci ita firmum,
³⁹ *Quod, solum cum cibis liquoris olivarum,*
Leviter transibam calores et frigora,
Contentus cogitationibus contemplativis.
⁴⁰ *Reddere solebat illud claustrum istis celis*
Fertiliter, et nunc est factum vanum,
Ita quod cito convenit quod releveretur.

Catria, de situ cui est consecratus unus heremus, idest unum desertum, qui solet esse dispositus ad solam latrìam, idest culturam Dei, sive ad cultum divinum, idest solum ad adorandum Deum.

Nota quod tres sunt modi colendi: scilicet, latrìa, dulia, yperdulia. Latrìa est honor, qui exhibetur alicui in recognitione[m] universalis domini; hic honor soli Deo debetur, iuxta illud: Regi seculorum, immortalis et invisibilis, soli Deo honor et gloria, scilicet latrìa. Yperdulia est honor exhibitus rebus excellentibus; sicut Virgini Marie, Matri Iesu Christi et Cruci. Dulia est honor exhibitus virtuosis, sicut Sanctis, etc. Illi qui exhibent honorem latrìe alteri quam Deo, dicuntur ydolatre, quia adorant ydola et vana, etc. Modo vult dicere hic Petrus Damianus, quod monasterium, quod ipse construxit, solebat esse solum ad latrìam dispositum, non ad cultum meretricum et malarum personarum.

Sic reincepit, idest reiteravit, tertium sermonem (tres fuerunt hic sermones: primus fuit due petitiones; secundus fuit dubium; tertius fuit ista petitio, que fuit ista anima), et postea, continuando, dixit: Ibi ad servitium Dei me feci ita firmum, quod, solum cum cibis liquoris olivarum, leviter transibam, idest sustinebam, calores et frigora, contentus in cogitationibus contemplativis.

Reddere solebat (hic conqueritur de suo monasterio, quod solebat esse sanctum, modo est plenum vanitatibus) illud claustrum illis celis fertiliter (quia solebant esse in illo monasterio monachi contemplativi et sancti, qui, morientes, ibant ad istam speram Saturni), et nunc est factum vanum, ita quod cito convenit, idest oportet, quod releveretur. Quasi dicat: Oportet quod statim destruat et ad desolationem deveniat.

- ⁴¹ In quel lu[o]go fu' io Pier Damiano;
E Piero Peccator fui ne la casa
Di Nostra Donna in sul lito Adriano.
⁴² Poca vita mortal m'era rimasa,
Quando fui chiesto e tratto a quel cappello,
Che pur di male in peggio si travasa.
⁴³ Venne Cephas, e venne el gran Vasello
Dello Spirito Santo, magri e scalzi,
Prendendo il cibo da qualunque ostello.
⁴⁴ Hor voglon quinci e quindi chi rincalzi
Li moderni pastori, e chi li meni,
Tanto son gravi, e chi dirieto gl'alzi.
⁴⁵ Cuopron co' manti loro e palaphreni,
Sì che due bestie van sott'una pelle:
O patientia, che tanto sostieni!
⁴⁶ A questa voce vid'io più fiammelle
Di grado in grado scender e girarsi,
Et ogni giro le facea più belle.
⁴⁷ Dintorn'a questa venner e fermarsi,
E fer un grido di sì alto suono,
Che non potrebbe qui assigliarsi:
Nè io lo ntesi, sì mi vinse el tuono.
- ⁴¹ *In illo loco fui ego Petrus Damianus;*
Et Petrus Peccator fui in domo
Nostre Domine super lictore Adriano.
⁴² *Pauca vita mortalis michi remanserat,*
Quando fui quesitus et tractus ad illum cappellum,
Qui semper de malo in peius transportatur.
⁴³ *Venit Cephas, et venit grande Vas*
Spiritus Sancti, macri et discalciati,
Apprehendendo cibum a quocumque hospitio.
⁴⁴ *Nunc volunt hinc inde qui recalciant*
Moderni pastores, et qui eos ducant,
Tantum sunt graves, et que retro eos elevent.
⁴⁵ *Cooperiunt de mantis eorum palafrenos,*
Ita quod due bestie vadunt sub una pelle:
O patientia, que tantum sustines!
⁴⁶ *Ad istam vocem vidi ego plures flammellas*
De gradu in gradum descendere et gyrari,
Et omnis gyros illas faciebat pulchriores.
⁴⁷ *Circa istam venerunt et quieverunt,*
Et fecerunt unum clamorem tam alti soni,
Quod non posset hic assimilari:
Nec ego illum intellexi, ita me vicit tonitruum.

In illo loco fui ego Petrus Damianus, idest sic vocatus; et Petrus Peccator fui in *casa*, idest in domo, nostre Domine, scilicet Beate Marie Virginis, super lictore Adriano: fui vocatus Petrus Peccator.

Modica vita mortalis michi remanserat, idest modicum habebam vivere, quando fui quesitus, idest assumptus et tractus, ad illum cappellum, scilicet cardinalatus, quod semper de malo in peius travasatur, idest de vase in vas transportatur.

Venit Cephas, idest Sanctus Petrus, et venit grande Vas Spiritus Sancti (idest Sanctus Paulus, de quo dictum fuit: Est vas electionis mee), macri, idest pauperes et discalciati, apprehendendo cibum, idest recipiendo, a quocumque hospitio. Per hec apparet quod prelati Ecclesie moderni degenerant ab antiquis et sanctis; quia moderni sunt divites et pomposi, ubi antiqui fuerunt pauperes et humiles ac sancti.

Nunc volunt hinc inde, scilicet famulos, qui recalciant, idest circumdant eos et sotient, moderni pastores, et qui eos ducant, tantum sunt graves, idest pingues, propter

solempnia cibaria quibus utuntur, et qui retro eos elevent, scilicet tenendo cappam elevatam, sicut hodie fit.

Cooperiunt de mantis, idest cappis, eorum palefrenos, idest equos solempnes, ita quod due bestie, scilicet cardinalis et equus vel mula, vadunt sub una pelle, idest mantello federato de pellibus. O patientia, scilicet Dei, que, idest quare, tantum sustines, idest iniqua opera Cardinalium et vitam non bonam?

Ad istam vocem, sic dicentem scilicet, vidi ego plures flammulas, idest animas inflammatas igne Spiritus Sancti, de gradu in gradum, scilicet illarum scalarum, descendere et gyrari, idest rotari, vel circumduci; et omnis gyros, idest circuitus, illas faciebat pulchriores.

Circa istam, scilicet animam Petri Damiani, venerunt et quieverunt, idest firmaverunt se, et fecerunt unum clamorem tam alti soni, idest sonitus, quod non posset hic assimilari (idest hic in mundo nulla similitudo reperiretur, sufficiens ad describendum illum clamorem): nec ego illum, scilicet clamorem, intellexi; ita me vicit tonitruum, idest ille clamor similis tonitruo.

IL RISO DE' BEATI IN CIELO

Un luogo d'ogni luce muto, dove suonano cupi ululati d'ira e di disperato dolore il quale non avrà più fine, è l'Inferno come lo descrive l'Alighieri: e corrisponde a quella « *terram tenebrosam et opertam mortis caligine, terram miseriae et tenebrarum, ubi umbra mortis, et nullus ordo, sed sempiternus horror, inhabitat*, » dal cui pensiero sentiva Giobbe atterrirsi (Ion. X). Luce ed amore rischiarano e confortano il suo Purgatorio: ma una luce e un amore che, se danno la rassegnazione e la speranza, non quietano punto lo spirito; anzi così avvivano in esso, come scriveva Santa Caterina da Genova, tal desiderio della luce e dell'amore, in cui consiste la vita eterna di Dio, che dove gli venisse un dubbio di non potervi giungere, in quel punto stesso avrebbe l'inferno compito (*Trat. del Purg.* cap. VI). Luce purissima ed infinita, il cui concetto trascende ogni immaginazione, e un torrente di amore ineffabile e senza confini, che assommerà infinitamente tutti gli amori e farà vivere lo spirito della stessa vita di Dio, è il Paradiso.

Abbondanti sono le descrizioni che l'Alighieri in questa parte del suo Poema ci dà del riso, nel senso di gaudio che farà l'anima beata; e notevolissimi per sopraffina osservazione psicologica sono gli effetti e le cause insieme, che nota, di tal gaudio; cioè il concentrarsi dell'anima dentro di sé, e l'espandersi fuori per la piena della vita che l'inonda. Già aveva detto nel *Convito*, il riso essere corruscazione dell'anima, che si diletta e con la dilettazione crea un lume apparente di fuori del gaudio interiore; e con altre parole, essere il riso luce interiore di sapienza, che per alcun velamento si manifesta. Anche quaggiù, a dir vero, raggia talvolta nell'anima un lampo di questo riso; ma oltre che raramente, e solo per qualche istante, qui non è né può mai essere disgiunto da dolore, e tanto più vivo o forte quanto più l'anima è pura e condizionata alla gioia divina; e però troviamo bensì che Cristo ripetutamente pianse, ma che ridesse non mai, quantunque come Dio fosse eternamente in sé beato. Questo riso dunque ci è riservato in cielo. Ed il Poeta ce lo mostra nello sfavillare che fanno quivi i Beati: cioè uno sfavillare interiormente a sé stessi per raccoglimento, in cui appunto si sentono beati; e tanto più per intensità beati, quanto lo sfavillare è intensivamente maggiore: sfavillare che si diffonde anche fuori, senza che ne trabocchi o se ne perda pure una stilla. E però canta il Poeta:

Vita beata, che ti stai nascosta
Dentro alla tua letizia, fammi nota
La cagion che si presso mi t'accosta;

imperocché lo starsi di quell'anima così nascosta in sé stessa, non ne impediva il fiammeggiare, che manifestava il suo essere

beato. E già un'altra così raggianti aveva veduta, alla fine del canto V; la quale poi, per nuova gioia più intima che senti in sé stessa, gli si rese invisibile, così come talvolta il sole per troppa luce ci si nasconde.

O bene nato, a cui veder li troni
Del trionfo eternal concede grazia,
Prima che la milizia s'abbandoni,
Del lume che per tutto il ciel si spazia,
Noi semo accesi: e però, se disii
Di noi chiarirti, a tuo piacer ti sazia.
Così da un di quegli spirti pii
Detto mi fu; e da Beatrice: Di', di'
Sicuramente, e credi come a Dii.
Io veggio ben sì come tu l'annidi
Nel proprio lume, e che degli occhi il traggi,
Per ch'ei corruscan sì come tu ridi;
Ma non so chi tu se', nè perchè aggi,
Anima degna, il grado della spera
Che si vela a' mortai con gli altrui raggi.
Questo diss'io diritto alla lumiera
Che pria m'avea parlato; ond'ella fessi
Luce più assai di quel ch'ell'era.
Sì come'l sol che si cela egli stessi
Per troppa luce, quando'l caldo ha rose
Le temperanze de' vapori spessi;
Per più letizia sì mi si nasconde
Dentro al suo raggio la figura santa,
E così chiusa chiusa mi rispose.

Il riso de' beati è dunque raccoglimento ed insieme espansione; secondo la natura della perfezione, che le cose e gli atti più disparati raccoglie in unità di armonia perfetta. È un tremolare, uno scintillar di luce, uno splendore ciascuno in sé e tutti l'un nell'altro, nell'unità infinita per la quale non vogliono né possono chiudersi solitari e segregati; e per ciò stesso, il loro concentramento addiventa uno svelarsi ed un entrare in più intimi ed immediati rapporti con gli altri spiriti e con tutta la natura vivente dell'alto di Dio. Sicché, in tanto consorzio d'amore vicendevole, e di signoria sopra la materia universale, si spande da per tutto una vita soprannaturale e temperata variamente nelle diverse nature in che si diffonde; la quale dagli astri rotanti negli altissimi spazii del firmamento, discende fino all'atomo che è più interno alla terra: e così corre in tutta la creazione un riso sfavillante, reso più vivo dal vario riflettersi dell'uno spirito all'altro nell'infinito sorriso di Dio, il quale di tante armonie, di tanti gaudi, fa un gaudio solo, una vita sola, infinita e divina.

CAPITULI VICESIMISECUNDI SUMMARIUM

In vicesimosecundo capitulo, quod incipit: *Oppressus stupore ad meam ducem*, auctor prosequitur de spera Saturni et spiritibus beatificatis in ea; et dicit quod propter clamorem quem fecerunt isti spiritus, totus fuit factus stupidus: ideo ipse reduxit se ad Beatricem, sicut filius timens recurrit ad matrem. Cui Beatrix dixit: Nihil habes timere: tu es in celo, ubi non fit quidquam nisi cum bono zelo. Et declaravit auctori causam, quare ipsa non risit nec hic cantatur. Causa est quia tanta fuisset letitia, quod auctor non potuisset intendere in ipsam. Totum hoc fingit auctor, ad denotandum excellentiam vite contemplatiue. Dicit tamen, illum clamorem fuisse factum ad invocandum vindictam Dei, quam asserit Beatrix non esse festinam, quia lento gressu divina iustitia ad vindictam procedit. Auctor modo ponit hic unum spiritum valde contemplativum, et omnes contemplativos hic ponit, ex eo et pro eo, quod spera Saturni efficit homines contemplativos, solitarios, elevativos mentium suarum ad contemplationem divinarum et supernarum et ad contemplationem substantiarum a materia

separatarum. Hic spiritus, quem invenit hic auctor, fuit Sanctus Benedictus, fundator tanti Ordinis, qui manifestat seipsum tam a patria nativa quam ad montem Cassinum, super quo edificavit monasterium. Manifestavit etiam Sanctum Macharium, Sanctum Romualdum. Et tunc petiit, de gratia speciali, videre ymaginem ipsius Sancti Benedicti discoopertam. Cui respondit: Hoc obtinebis in ultima spera, in qua adimplebuntur omnia desideria. Et addidit: Iste nostre scale usque illuc ascendunt, scilicet usque ad Deum. Sed dicit Sanctus Benedictus, quod monachi sui pauci sunt qui ascendunt per illas scalas; tamen Deus faciet de ipsis vindictam. Tunc domina sua, scilicet Beatrix, super illas scalas conduxit Dantem et introduxit eum in octavam speram, et intravit signum Geminorum, sub quo ipse Dantes nascebatur: et quando fuit hic in octava spera, de mandato Beatricis ipse revolvit oculos suos ad terram inferius; et revidit omnes speras inferiores, vidit superficiem terre, demum ipse revolvit oculos ad Beatricem.

CAPITULUM VICESIMUMSECUNDUM

¹ Oppresso (¹) da stupor a la mia guida
Mi volsi, come parvol che ricorre
Sempre colà dove più si confida.

(¹) aggravato.

Oppressus stupore ad meam ducem. Oppresso di stupore a [la] mia guida: hoc est vicesimumsecundum capitulum huius Paradisi, in quo auctor introducit spiritum Beati Benedicti, qui fuit vere saturninus, solitarius et contemplativus, ad loquendum secum. Et dividitur in quatuor partes istud capitulum. In quarum prima auctor introducit unum spiritum bene antiquum, totum saturninum, solitarium, contemplativum, fundatorem unius Ordinis, qui manifestat se et suam vitam.

In secunda parte, que incipit ibi:

Et ego ad eum: Affectus quem demonstras;
Ed io a lui: L'affecto che dimostri,

auctor movet dubium isti spiritui, qui respondet sibi.
In tertia parte, que incipit ibi:

Dulcis domina tunc retro me pinxit;
La dolce donna di retro allor me pinse,

auctor ponit ascensum suum in octavam speram, idest in firmamentum, sive celum stellatum.

In quarta parte, que incipit ibi:

Tu es ita prope;
Tu se'si presso,

ipse auctor de precepto Beatricis revolvit oculos versus terram, et intuitus est terram et omnia elementa, et omnes septem speras, per quas ascenderat.

Circa primum, auctor primo continuat dicta dicendis: nam in fine capituli precedentis auctor audivit unum clamorem, similem tonitruo, qui sonus terruit ipsum auctorem, et sic oppressus fuit a stupore, [quod] ipse revolvit se ad ducem suam, sicut facit puerulus, quando aliquid

¹ *Oppressus stupore ad meam ducem
Me volvi, sicut parvulus qui recurrit
Semper illuc, ubi plus se confidit.*

timet, qui se revolvit ad matrem, in qua plus confidit. Et sicut mater subito succurrit filio, sic fecit Beatrix ipsi auctori hic, in hoc loco, dicens sibi: Considera quod tu es in celo, quod est totum bonum, et quidquid fit in eo, fit bono zelo. Quomodo sustinuisses tu risum meum et cantum animarum, si risissem, et si ille anime cantassent, quando tu non potes sustinere istum clamorem? In quo clamore si intellexisses rogamina que fecerunt ille anime, tu cognovisses vindictam de proximo venturam, quam videbis antequam moriaris. Nota hic quod, sicut supra habitum est, auctor fingit hic, non risum nec cantatum, propter nimium excessus risus Beatricis et cantus illarum animarum; quia Dantes habebat tam visum quam auditum mortalem, et sensus mortales non possunt sustinere tantum excessum sensibilis. Et si dicatur: Ipse sustinuit in speris inferioribus; dicitur quod in spera Saturni multo dulcior erat cantus animarum, quam in aliis speris, et sic risus Beatricis. Hoc fingit auctor ad denotandum excellentiam vite contemplative et solitarie, quam influit Saturnus, qui facit personas abstinentes, solitarias et contemplativas. Et probat modo, per locum a maiori, propositum suum sic: Tu non potes sustinere istum clamorem quem hic audivisti, quem sustinere est levius quam sustinere risum meum vel cantum animarum saturnialium; ergo non potuisses sustinere, etc. Nota quod iste clamor, factus per istas animas saturnales propter verba Petri Damiani, fuit una supplicatio vindicte: quia pastores Ecclesie, qui sunt ita pingues et pomposi, et tenent malam vitam, pexime se habent circa regimen Ecclesie et populi Dei, ideo ipsi spiritus saturnales petunt iustitiam fieri de ipsis; maxime petebant pro Bonifacio octavo, quem auctor multum odiebat; quia ipse Bonifacius fuit causa destructionis partis Albe et expulsionis ipsius

² E quella, come madre che soccorre
Subito al figlio pallido et anhelò
Co' la sua voce che 'l suol ben disporre,
³ Mi disse: Non sai tu che tu se' in cielo?
E non sai tu che 'l cielo è tutto sancto,
E ciò che ci si fa vien da buon zelo?
⁴ Come t'havrebbe trasmutato el canto,
Et io ridendo, mo pensar lo puoi,
Poscia che 'l grido t'ha mosso cotanto;
⁵ Nel qual, se 'nteso avessi e preghi suoi,
Già ti sarebbe nota la vendetta,
Che tu vedrai innanzi che tu muoi.
⁶ La spada di quassù non tagla in fretta,
Nè tardo, ma' ch' (¹) al parer di colui
Che disiando o temendo l'aspetta.
⁷ Ma rivolgeti hormai inverso altrui,
Ch' assai illustri spiriti vedrai,
Se come dico l'aspetto redui.
⁸ Com' a lei piacque, gl' ochi dirizai,
E vidi cento sperule, che 'nsieme
Più s'abbellivan con mutui rai.
⁹ Io stava come quei che 'n sè ripreme
La punta del desio, e non s'attenta
Di domandar, sì del troppo si teme.

(¹) se non.

Dantis de Florentia. Et vult dicere, quod bene fuit facta vindicta de Bonifacio, quia, adhuc vivente ipso Dante, ipse Bonifacius mortuus est misere. Et dicit ipsa Beatrix, quod vindicta Dei fit loco et tempore opportunis, licet forte a mortalibus desideretur aliter quam fiat. Tunc ad textum.

Oppressus stupore, scilicet propter illum sonum, qui me terruit, ad meam ducem, scilicet Beatricem, conductricem meam, me volvi, sicut parvulus qui recurrit semper illuc, scilicet ad matrem, ubi plus se confidit.

Et illa, scilicet Beatrix, sicut mater, que subito succurrit filio pallido propter timorem (quia propter timorem hominis totus sanguis vadit ad cor, et tunc partes extreme, recedente sanguine et eunte ad cor, remanent pallide) et anhelò, idest quasi deficienti, cum sua voce, scilicet materna, que solet illum, scilicet parvulum, bene disponere, idest consolari, michi dixit: Nescis tu, quia es in celo? et nescis tu quod celum est totum, scilicet bonum, et quidquid hic fit venit, idest procedit, a bono zelo?

Quomodo te trasmutasset cantus animarum, scilicet si cantassent, et ego ridendo (idest trasmutassem, si ridissem) nunc cogitare id potes, postquam, idest ex quo, clamor te movit, idest terruit, tantum; in quo scilicet clamore, si intellexisses preces suas, iam tibi esset nota vindicta, quam tu videbis antequam moriaris.

² *Et illa, sicut mater que succurrit
Subito filio pallido et anhelò
Cum sua voce que solet illum bene disponere,
3 Michi dixit: Nescis tu quod tu es in celo?
Et nescis tu quod celum est totum [sanctum],
Et quidquid hic fit venit a bono zelo?
4 Quomodo te trasmutasset cantus,
Et ego ridendo, nunc cogitare potes,
Postquam clamor te movit tantum;
5 In quo, si intellexisses preces suas,
Iam tibi esset nota vindicta,
Quam tu videbis antequam tu moriaris.
6 Ensis hic noster non incidit festinanter,
Nec tardavit unquam, [nisi] secundum videre illius
Qui desiderando vel timendo illum expectat.
7 Sed volve te ammodo versus alios,
Quia multos spiritus illustres videbis,
Si sicut dico aspectum reducis.
8 Sicut sibi placuit aspectum reduxi,
Et vidi centum sperulas, que simul
Magis pulchre efficiebantur sicut omnes radii.
9 Ego stabam sicut ille qui reprimit
Summitatem desiderii, et non audet
Interrogare, ita de nimio timet.*

Ensis hic noster non incidit festinanter, nec tardavit unquam, [nisi] secundum videre illius, idest apparentiam vel extimationem, qui, desiderando vel timendo, illum expectat.

Modo Beatrix vultolvere auctorem ad alium spiritum contemplativum, imo ad plures; ideo dicit: Sed volve te, idest converte, ammodo versus alios, quia multos illustres spiritus videbis, si sicut dico aspectum reducis.

Sicut sibi placuit, aspectum reduxi, et vidi centum sperulas, idest spiritus lucentes, que simul magis pulchre efficiebantur, sicut omnes radii. Dicit hic auctor, quod isti spiritus simul efficiebantur pulchri; hoc est quod viri contemplativi, solitarii in desertis, unus dabat radium alteri, et alter uni. Nam in desertis unus accedebat ad alium, quia unus informabat alium de vita contemplativa, de modo serviendi Deo, visitabant se mutuo, hortando se ad servitium Iesu Christi, et unus fiebat melior propter alium.

Ergo stabant sicut ille qui reprimit sibi summitatem, idest principium desiderii, et non audet interrogare; ita de nimio timet: idest non audebat interrogare, timens ne

- ¹⁰ E la maggiore e la più luculenta
Di quelle margherite innanzi fessi,
Per far di sè la mia vogla contenta.
¹¹ Poi dentr'a lei ndi': Se tu vedessi,
Com'io, la carità che tra noi arde,
Li tuoi concepti sarebben expressi;
¹² Ma perchè tu, aspectando, non tarde
All'alto fin, io ti farò risposta,
Pur al pensier di che sì te riguarde.
¹³ Quel monte, a cui Cas[s]ino è ne la costa
Fu frequentato già in su la cima
Da la gente ingannata e mal disposta.
¹⁴ E quel son io, che su vi portai prima
Lo nome di Colui che'n terra addusse
La verità che tanto ci sublima;
¹⁵ E tanta gratia sopra me rilusse,
Ch'io ritrasse le ville circostanti
Dall'empio culto che'l mondo sedusse.

tediaret nimis. Hoc est dictum, quia isti spiritus contemplativi heremitarum stabant sepe longo tractu temporis quod non loquebantur; ideo auctor fingit quod non audebat rumpere eis silentium, sicut et multi faciunt hodie cum Fratibus de Curtusa; ideo reprimebat punctam, idest summitatem.

Et maior. Modo vult auctor describere Sanctum Benedictum. Hic Sanctus Benedictus fuit de Nursia. Nursia est una pulchra terra, sive unum pulchrum oppidum, in ducatu Spoletano. Inde oriundus fuit, et puerulus fuit imbutus et doctus in litteris. Hic fuit ytalicus, nobilis homo. Perpendens, quod iste mundus erat plenus vanitatis, deceptionibus et fraudibus, voluit se remove ab ipso. Ivit prope Nursiam intra montes, ad locum satis desertum, ad locum bene devotum: sed quia visitabatur frequenter a notis, ipse Sanctus Benedictus, et nomine et re, recessit de illis partibus, et ivit ad regnum Apulie ad unam regionem, que est sita inter Campaniam Rome et Terram Laboris, ubi est unus mons, qui dicitur Mons Cassinus. Ibi est unum castrum, etiam sic vocatum. Ibi, in illo monte, solebat esse statua, sive ydolum, Apollinis, et ibi adorabatur, et ille gentes circumstantes erant pagane et adorabant ydola. Vadens illuc Sanctus Benedictus, convertebat omnes illas gentes ad Christum, qui est veritas sublimis. Iste Sanctus Benedictus fuit tante sanctitatis et tante bone fame, quod Totila, qui fuit ita victoriosus in Ytalia, audiens nomen Sancti Benedicti et famam, ivit ad Montem Cassinum ad visitandum eum. Quem Totilam precedebat unus famulus, de mandato ipsius Totile. Cum venit ad Sanctum Benedictum, ipse bene novit ex revelatione Spiritus Sancti, et vertit se, non ad famulum precedentem, sed ad Totilam sequentem, et dixit: O Totila, bene te nosco. Et tunc Totila,

- ¹⁰ *Et maior et loculentior*
Illarum margaritarum ante se fecit,
Propter facere de se meam voluntatem contentam.
¹¹ *Postea intra eam audi: Si tu scires*
Quanta est caritas que intra nos ardet,
Tui conceptus essent iam expressi;
¹² *Sed ad hoc ut tu, expectando, non tardes*
Ad altum finem, ego tibi faciam responsionem,
Solum ad cogitationem a qua tu ita caves.
¹³ *Ille mons, cui Cassinus est in costa,*
Fuit frequentatus iam in summitate
A gente decepta et male disposita.
¹⁴ *Et ille sum ego, qui super illum portavi primo*
Nomen Illius qui in terram adduxerat
Veritatem que est tantum sublimis;
¹⁵ *Et tanta gratia super me reluxit,*
Quod ego retraxi villas circumstantes
Ab impio cultu qui mundum seduxit.

licet esset barbarus, prostravit se in terra coram Sancto Benedicto humiliter; et Sanctus Benedictus retraxit eum a multis malis, et predixit sibi quomodo ipse erat habiturus Romam, et quomodo erat moriturus, etc. Et maior et loculentior, idest splendidior, illarum margaritarum, idest illarum pretiosarum animarum, ante se fecit, propter facere, idest ut faceret, de se voluntatem meam contentam.

Postea intra eam audi: Si tu scires quanta est caritas, que intra nos ardet, tui conceptus essent iam expressi, idest iam interrogasses nos de hiis que tu cupis scire; sed ad hoc, ut tu, expectando, non tardes ad altum finem, idest ut tu, propter expectare hic a nobis, non impediaris ullo modo ire ad Deum, ad quem tu tendis, ego tibi faciam responsum, solum ad cogitationem a qua tu ita tibi caves, idest non indicando illam michi, ne me graves sive molestes.

Iam incipit Sanctus Benedictus manifestare se. Puto quod sint bene mille anni, quod Sanctus Benedictus floruit. Nam Dantes bene audiverat, quod ille Sanctus, qui convertebat illas gentes, que erant pagane, circa Montem Cassinum, fuerat Sanctus Benedictus; ideo hinc sumpsit exordium Sanctus Benedictus ad manifestandum se sibi, dicens: Ille mons, cui Cassinus, idest castrum Cassini, est in *costa*, idest in latere, vel in iugo, fuit frequentatus iam in summitate a gente decepta et male disposita, quia erat gens pagana et infidelis.

Et ille sum ego, qui supra illum, scilicet montem, portavi primo nomen illius, qui in terra adduxerat veritatem, que est tantum sublimis, idest nomen Christi, qui Christus portavit veritatem ad terram; et tanta gratia super me reluxit, quod ego retraxi villas circumstantes ab impio cultu (scilicet Apollinis, qui ibi, in summitate illius montis, colebatur) qui mundum seduxit, scilicet a cultu demonum.

- ¹⁶ Quest'altri fuochi tutti contemplanti
Homini funno, accesi di quel caldo
Che fa nascer e fiori e fructi sancti.
¹⁷ Qui è Machario, qui è Romoaldo,
Qui son e frati miei che dentr'a chiostri
Fermar e piedi e tenner el cor saldo.
¹⁸ Et io a lui: L'affetto che dimostri
Meco parlando, e la buona sembianza
Ch'io veggio e noto in tutti gl'ardor
¹⁹ Così ha dilatato mia fidanza, ^[vestris]
Come'l sol fa la rosa, quando aperta
Tanto divien quant'ella ha di possanza.
²⁰ Però ti prego, e tu, padre, m'accerta,
S'io posso prender tanta gratia, ch'io
Ti veggia con ymagine scoperta.
²¹ Ond'elli: Frate, el tuo caldo desio
S'adempierà in su l'ultima spera,
Ove s'adempie tutti gl'altri, e'l mio (!).
²² Qui è perfecta natura, et intera
Ciascuna disianza; in questa sola
Et ogni parte là dov'è, sempre era:
²³ Perchè non è in loco, e non s'impola;
E nostra scala infin ad essa varcha,
Onde così dal viso ti s'invola.
- ¹⁶ *Isti alii foci omnes contemplantes*
Homines fuerunt, accensi illo calore
Qui facit nasci flores et fructus sanctos.
¹⁷ *Hic est Macharius, hic est Romualdus,*
Hic sunt fratres mei, qui intra claustra
Firmaverunt pedes et tenuerunt cor firmum.
¹⁸ *Et ego ad eum: Affectus quem demonstras*
Mecum loquendo, et bona sembianza
Quam ego video et noto in cunctis ardoribus
¹⁹ *Sic michi dilatavit meam fiduciam,* ^[vestris]
Sicut sol facit rosam, quando est aperta,
Tantum devenit quantum ipsa habet de potentia.
²⁰ *Ideo te precor, et tu, pater, me certifica,*
Si ego possum apprehendere tantam gratiam, ^[quod ego]
Te videam cum ymagine discooperta.
²¹ *Unde ipse: O frater, tuum altum desiderium*
Adimplebitur in ultima spera,
Ubi adimplebuntur omnia alia, et meum.
²² *Ibi est perfecta natura, et integrum*
Quodlibet desiderium; in illa sola
Et omnis pars eius, ubi est, semper erat:
²³ *Quia non est in loco, nec impolat se;*
Et nostra scala usque ad ipsam transit,
Unde sic a visu tibi involatur.

(!) desio.

Isti alii foci, idest ignes, idest spiritus ut ignes splendentes, omnes contemplantes homines fuerunt, accensi de illo calore qui facit nasci flores et fructus sanctos. Ille calor est fervor Spiritus Sancti.

Hic est Macharius, hic est Romualdus, hic sunt fratres mei, qui intra claustra firmarunt pedes, non fuerunt vagabundi, et tenuerunt cor saldum, idest firmum et constans.

Et ego ad eum: Affectus quem demonstras. E io a lui: L'affetto che dimostri: hec est secunda pars huius capituli, in qua auctor movet unum dubium Sancto Benedicto, de quo sibi respondet. Primo tamen auctor ostendit se noscere bonam affectionem erga eum illorum spirituum, dicens: Et ego ad eum, scilicet Sanctum Benedictum: Affectus, quem demonstras mecum loquendo, et bona *sempre* *bianza*, idest similitudo, vel apparentia, quam ego noto et video in cunctis ardoribus vestris, sic michi dilatavit meam fiduciam, sicut sol facit rosam, quando aperta tantum devenit, quantum ipsa habet de potentia. Bona comparatio. Idest sicut sol dilatat rosam quantumcumque dilatari potest naturaliter, ita affectus Sancti Benedicti, quem ipse ostendit auctori, dilatavit fiduciam auctoris.

Ponit modo dubium auctor Sancto Benedicto, dicens: Ideo te precor, et tu, pater, me certifica, si ego possum apprehendere tantam gratiam, quod te videam cum ymagine discooperta. Dubium est tale: si Dantes cum oculo corporali poterat clare videre animam Sancti Benedicti, ita quod videret eam sine velamine. Nam, ut dictum est, iste anime beate bene fasciantur et involuntur quodam splendore, in quo videntur sicut unus splendor, et non videntur in propria forma; et ille splendor, in quo in istis speris anime involuntur, est quedam forma de influenza planetarum, qui planete faciunt et efficiunt tales personas.

Modo Sanctus Benedictus respondit auctori, dicens. Unde ipse, scilicet Sanctus Benedictus: O frater. tuum altum desiderium adimplebitur in ultima spera, idest in celo empyreo, ubi adimplebuntur omnia alia, et meum.

Ibi est perfecta natura, et integrum quodlibet desiderium; in illa sola, omnis pars eius, scilicet prime spere, ubi est, semper erat; idest nulla pars eius mutat locum (nam alii celi, qui circulariter moventur, licet non mutant locum quantum ad totum, partes eorum mutant locum; sed prima spera, nec quod ad se totam, nec quoad aliquam eius partem, mutat locum, quia est omnino immobilis); quia non est in loco, nec impolat se, idest non volvitur

- ²⁴ Infin lassù la vide el patriarcha
Iacob porrigere ⁽¹⁾ la suprema parte,
Quando gl'apparve d'angeli sì carcha.
- ²⁵ Ma per salirla ⁽²⁾ mo nessun diparte
Da terra e piedi, e la regola mia
Rimasa è giù per danno de le carte.
- ²⁶ Le mura, che solean esser badia,
Facte sono spelonche, e le cocolle
Saccha son piene di farina ria.
- ²⁷ Ma tanta usura grave non si tolle
Contra l'piacer di Dio, quant'è quel frutto
Che fa el cor de' monaci sì folle.
- ²⁸ Chè, quantunque la Chiesa guarda ⁽³⁾, tutto
È de la gente che per Dio dimanda,
Non de' parenti, nè d'altro più brutto ⁽⁴⁾.
- ²⁹ La carne de' mortali è tanto blanda,
Che giù non basta buon cominciamento
Dal nascer de la quercia al far la ghianda.
- ³⁰ Pier cominciò senz'oro e senz'argento,
Et io con orationi e con digiuno,
E Francesco humilmente, suo convento.
- ²⁴ *Usque ad illum locum vidit patriarcha
Iacob porrigere supernam partem,
Quando ei apparuit angelis onerata.*
- ²⁵ *Sed ad illam ascendendum nemo
A terra movet pedes, et regula mea
Remansit propter dampnum chartarum.*
- ²⁶ *Muri, qui solebant esse abbatia,
Facti sunt spelunce, et cuculle
Sacci sunt pleni farina mala.*
- ²⁷ *Sed gravis usura tantum non accipitur
Contra complacentiam Dei, quantum est ille fructus
Qui corda monachorum fecit ita stulta.*
- ²⁸ *Quia, quantumcumque Ecclesia custodit, totum
Est gentis que pro Deo petit,
Sed non parentum, nec alterius rei magis turpis.*
- ²⁹ *Caro mortalium est tantum blanda,
Quod infra non sufficit bonum principium
Ab ortu quercus ad faciendum glandem.*
- ³⁰ *Petrus incepit sine auro et sine argento,
Et ego cum orationibus et ieiuniis,
Et Franciscus humiliter, suum conventum.*

⁽¹⁾ porgere — ⁽²⁾ ascender la detta scala — ⁽³⁾ possiede — ⁽⁴⁾ cioè di meretrici.

super polis, sicut faciunt alii celi, nec circumscribitur aliquo loco; et nostra scala usque ad ipsam transit, idest attingit, unde sic tibi a visu involatur, idest a facie tua subripitur vel celatur, usque ad illum locum, idest usque ad speram ultimam.

Illam, scilicet scalam, vidit patriarcha Iacob porrigere supernam partem, quando ei apparuit angelis onerata. Habetur in libro Genesis: Vidit Iacob scalam, summitas eius celos tangebatur, et angelos ascendentes et descendentes. Iste sunt scale vite contemplative, per quas de terris ascenditur in celum.

Sed ad illas ascendendum, vel propter illas ascendere, nullus movet a terra pedes, idest nemo vivit vita contemplativa; et regula mea remansit, idest defecit, propter dampnum, idest defectum, chartarum. Per illam scalam vadunt angeli, idest homines angelici, qui angelicam vitam tenent. *Propter defectum chartarum*: idest quasi dicens: Nihil observatur de regula mea, quamvis sit scripta.

Muri qui solebant esse abbatia, facti sunt spelunce latronum; et cuculli, idest vestes monachorum, sacci sunt pleni mala farina, scilicet mala doctrina.

Sed gravis usura tantum non accipitur contra complacentiam Dei, idest non tantum offendit Deum (nota quod, ut probat Aristotiles in Ethicis, usura offendit Deum, ut etiam

probatum est in Inferno, capitulo undecimo), quantum ille fructus, scilicet prebenda, que corda monachorum facit ita stulta. Quia prebende quas habent monachi, faciunt eos stultos.

Quia quantumcumque Ecclesia custodit, totum est gentis que pro Deo petit, idest pauperum Iesu Christi, sed non parentum, scilicet monachorum, nec alterius rei magis turpis, idest concubinarum et meretricum. Vult dicere Sanctus Benedictus, quod quidquid monasteria habent ultra victum et vestitum monachorum, debet dare pauperibus, et non debent monachi talia dare parentibus, nec in rebus inhonestis expendere.

Modo hic respondetur uni tacite obiectioni. Posset quis dicere: Ex quo tu incepisti regulam ita bonam, quomodo iam variati sunt monachi ita a moribus tuis? Et dicit: Caro mortalium est tantum blanda, idest fragilis, quod infra, idest in mundo mortali, non sufficit bonum principium ab ortu quercus ad faciendum glandem. Postquam nascitur quercus, diu stat antequam producat glandem; ita quod una bona regula non tantum durat in bona observatione, quantum stat quercus, postquam est nata, ad fructificandum. Et hoc evenit propter fragilitatem carnis humane.

Petrus incepit sine auro et argento (aliqui dicunt, quod auctor loquitur hic de Sancto Petro Apostolo, capite Ecclesie Christi: aliqui dicunt, quod ipse loquitur de Petro

- ³¹ E se guardi al principio di ciascuno,
Poscia riguardi là dov'è transcorso,
Tu li vedrai del bianco facto bruno.
- ³² Veramente Iordan volt'è retrorso
Più fu, [e] lo mar fuggir, quando Dio volse,
Mirabil a veder, che qui 'l soccorso.
- ³³ Così mi disse, et indi si ricolse
Al suo collegio; e 'l collegio si strinse,
Poi, come turbo, in sè tutto s'accolse.
- ³⁴ La dolce donna dietro allor mi pinse,
Con un sol cenno, su per quella scala;
Sì sua virtù la mia natura vinse:
- ³⁵ Nè mai quaggiù, dove si monta e cala,
Naturalmente fu sì rapto moto,
Ch'aguagliar si potesse a la mia hala.
- ³⁶ S'io torni mai, lector, a quel devoto
Triumpho, per lo qual io piango spesso
Le mie peccata, e 'l pecto mi percuoto,
- ³⁷ Tu non haresti in tanto tracto e messo
Nel fuoco el dito, in quanto vidi 'l segno ⁽¹⁾
Che segue 'l Thauo, e dentro fui ad esso.
- ³¹ *Et si respicis ad principium cuiuslibet,
Postmodum respicias ubi est transcursum,
Tu videbis de albo factum nigrum.*
- ³² *Vere Iordanis [qui] conversus est retrorsum
Plus fuit, et mare fugere, quando Deus voluit,
Mirabilis ad videndum, quam hic succursus.*
- ³³ *Sic michi dixit, et inde se recollegit
Ad suum collegium; et collegium se restrinxit,
Postea, sicut turbo, sursum totum se volvit.*
- ³⁴ *Dulcis domina retro me pinxit,
Cum uno solo nutu, sursum per illas scalas;
Ita sua virtus meam naturam vicit:*
- ³⁵ *Nec unquam hic inferius, ubi ascenditur et descenditur,
Naturaliter fuit talis motus ita velox,
Qui adequari posset mee ale.*
- ³⁶ *Si ego redeam unquam, lector, ad illum devotum
Triumphum, pro quo plango sepe
Mea peccata, et pectus michi percutio,*
- ³⁷ *Tu non in tantum transisses et misisses
Digitum in ignem, in quanto ego vidi signum
Quod sequitur Taurum, et fui intra ipsum.*

⁽¹⁾ de' Gemini.

Damiano, qui incepit illum Ordinem suum Sancte Marie Valis Avellane, vel Avellini), et ego cum orationibus et ieiuniis, et Franciscus humiliter, suum conventum, idest Ordinem.

Et si respicis ad principium cuiuslibet, idest Ordinis, postmodum respicias ubi est transcursum, idest ad quid devenit, iam tu videbis de albo factum nigrum. Per album intellige bonum; per nigrum, malum.

Vere Iordanis [qui] conversus est retrorsum (verbum Psalmiste) plus fuit, et mare fugere, quando Deo placuit, supple, et plus fuit, idest maius factum (quando mare siccum est Moysi et filiis Israel, et quando Iordanis fluvius convertebatur retrorsum, versus montes), et fuit mirabilis ad videndum, quam hic succursus. Idest recessus fluvii Iordanis et exsiccatio maris Rubri fuerunt maius miraculum, quam si Deus succurreret orationibus, idest puniret religiosos malos.

Et [sic] michi dixit, scilicet Sanctus Benedictus, et inde se recollegit, idest reduxit, ad suum collegium, idest ad suam societatem; et collegium se strinxit, postea, sicut turbo, versus sursum totum se avolvit. Turbo est ventus tempestuosus in circum volvens pulverem, et sursum in aierem trahens cum impetu.

Dulcis domina retro me pinxit. La dolce donna dietro me pinse: hec est tertia pars huius capituli, in qua auctor ponit ascensum suum in octavam speram, dicens, quod

domina Beatrix cum uno nutu, vel signo, retro pinxit eum; ita quod virtus Beatricis vicit naturam, idest vilitatem vel imbecillitatem nature auctoris: nec in terris fuit unquam ita velox motus, sicut fuit iste. Dantes movebatur, saliens in octavam speram; et iurans auctor dicit, quod non tam cito homo cum digito actingeret ignem et removeret, sicut ipse cito vidit signum Geminorum, et fuit in illo. Et laudat auctor signum Geminorum, quia influit bonum ingenium in hominibus: et Dantes natus est de mense maii, quando sol erat in Gemini. Et sic, intrans octavam speram, intravit signum Geminorum; et ab illo petit, ut iuvet ipsum auctorem ad complendum istud opus, et ut posset videre triumphum magnum, quia in capitulo sequenti videbit Ecclesiam triumphantem.

Dulcis domina, scilicet Beatrix, retro me pinxit, cum uno solo nutu, sursum per illas scalas vite contemplative; ita sua virtus meam naturam vicit, idest fragilitatem carnis, quia eram in carne: nec unquam hic inferius, idest inter elementa, ubi ascenditur et descenditur, naturaliter fuit talis motus, idest ita velox, qui assimilari posset mee ale, michi volanti.

Si ego redeam, idest si Deus prestet michi gratiam redeundi unquam, lector, ad illum devotum triumphum, pro quo ego plango sepe mea peccata et pectus michi percutio, tu non in tanto, idest tam brevi spatio, transisses et misisses digitum in focum, idest in ignem, in quanto ego vidi signum quod sequitur Taurum, idest signum Geminorum, et fui intra ipsum.

- 35 O gloriose stelle, o lumen pregno
Di gran virtù, dal qual io riconosco
Tutto, qual che si sia, el mio ingegno;
36 Con voi nasceva e s'ascondeva vosco,
Colui ch'è padre d'ogni mortal vita,
Quando senti' da prima l'aer Tosco;
40 E poi, quando mi fu gratia largita
D'entrar nell'alta rota che vi gira,
La vostra region mi fu sortita.
41 A voi divotamente hora sospira
L'anima mia, per acquistar virtute
Al passo forte che a sè la tira.
42 Tu se' (1) sì presso all'ultima salute (2),
Cominciò Beatrice, che tu dèi (3)
Haver le luci tue chiare et acute.
43 E però, prima che più tu t'inlei,
Rimira in giù, e vedi quanto mondo
Sotto li piedi già (4) esser ti fei;
44 Sì che 'l tuo cuore, quantunque [può], gio-
[condo]
S'appresenti a la turba triumphante,
Che lieta vien per quest'ethere (5) tondo.
45 Col viso ritornai per tutte quante
Le septe spere, e vidi questo globo (6)
Tal (7), ch'io sorrisi del suo vil sembiante;
- 35 O gloriose stelle, o lumen pregnans,
Virtute grandi, a qua recognosco
Totum, qualecumque sit, meum ingenium;
36 Vobiscum nascebatur et abscondebatur
Ille qui est pater omnis mortalis vite,
Quando ego sensi a principio aierem Tuscum;
40 Et postea, quando michi fuit gratia largita
Intrandi in altam rotam que vos gyrat,
Vestra regio michi fuit sortita.
41 Ad vos devota mente suspirat nunc
Anima mea, pro acquirenda virtute
Ad passum fortem qui ad se illam trahit.
42 Tu es ita prope ultimam salutem,
Incepit Beatrix, quod tu debes
Habere lucas tuas claras et argutas.
43 Et ideo, priusquam tu illi fias magis propinquus,
Respice infra, et videas quantum mundum
Sub pedibus iam esse tibi feci;
44 Ita quod tuum cor, quantumcumque potest, iocun-
[dum]
Presentetur turbe triumphanti,
Que leta venit per istum etherem rotundum.
45 Cum visu redivi per omnes
Septem speras, et vidi istum globum
Talem, quod ego subrisi de sua vili apparentia;

(1) già — (2) a Dio — (3) debbi — (4) usque modo — (5) cielo — (6) de la terra. — (7) sì piccholo.

Nunc laudat illas stellas que faciunt signum Geminorum, attribuendo eis virtutem magnam ad influendum bonum ingenium. O gloriose stelle, o lumen pregnans virtute grandi, a qua, scilicet virtute, recognosco totum qualecumque meum ingenium sit (Dantes natus est in Tuscia de mense maii, in ortu solis, quando sol erat in Gemini, seu in signo Geminorum), vobiscum nascebatur, et abscondebatur vobiscum, ille qui est pater omnis mortalis vite, quando ego sensi a principio aierem Tuscum; et postea, quando fuit gratia michi largita intrandi idest altam rotam que vos gyrat, idest circumducit, vestra regio michi fuit sortita.

Ad vos devota mente suspirat (auctor erat devotus ad istud signum; et vult dicere quod multum obligatur isti signo, quia sol erat in isto signo quando natus est, et surgebat sol quando natus est, et talis ascendens. Etiam Gemini sunt signum faciens homines virtuosos, et sol sapientiam significat; ergo influentia Geminorum reduxit eum ad celum, idest ad faciendum istam speculationem. A signo Geminorum recognoscit quantum ad inclinationem, non quantum ad perfectionem) anima mea, pro acquirenda virtute ad passum fortem qui illam ad se trahit.

Tu es ita prope ultimam salutem. Tu se' sì presso all'ultima salute: hec est quarta pars huius capituli, in qua auctor de precepto Beatricis respicit inferius, notando omnia que sub pedibus erant, ut, consideratis omnibus creaturis, omnia vide[re]ntur vilia respectu essentie divine, a qua dependet celum et tota natura. Et confortat Beatrix auctorem, annuntians sibi, quomodo est iam prope Deum, dicens: Tu es ita prope ultimam salutem, incepit Beatrix, scilicet dicere, quod tu debes habere lucas tuas, idest oculos tuos, claras et argutas, idest acutas.

Et ideo, priusquam tu illi fias magis propinquus, respice infra, idest flecte te inferius, et videas quantum mundum sub pedibus iam esse tibi feci; ita quod tuum cor, quantumcumque potest, iocundum appresentetur turbe triumphanti, que leta venit per istum etherem rotundum.

Cum visu redivi per omnes, idest cum oculis respexi omnes, septem speras, et vidi istum globum, scilicet terram, talem, idest parvum et obscurum, quod ego subrisi (idest videns parvulum circulum terre, qui videbatur michi unus punctus respectu celi, ita quod trifatus sum de ipsa terra; ideo laudo illum qui ponit spem suam alibi, quam in terra aut rebus terrenis) de sua vili apparentia.

- 46 E quel consiglio per miglor approbo
Che l'ha per meno (1); e chi ad altro (2)
Chiamar si puote veramente probò. [pensa]
47 Vidi la figla di Latona (3) incensa (4)
Senza quell'ombra, che mi fu cagione
Perchè già la credetti rara e densa.
48 L'aspetto del tuo nato (5), (6) Yperione,
Quivi sostenni, e vidi co' (7) si muove
Circa (8) e vicino (9) a lui Maya (10) e Dyone (11).
49 Quindi m'apparse el temperar di Iove
Tra 'l padre (12) e 'l figlo (13), e quindi mi
[fu chiaro]
El variar che fanno e di lor dove (14);
50 E tutti e septe mi si demonstraro,
Come son grandi, e come son veloci,
E come sono in distante riparo.
51 L'aiuola (15) che ci fa tanto feroci (16),
Volgondom' io (17) cogl'eterni Gemelli (18),
Tutta m'apparve dal colle (19) a le foci (20):
Poscia rivolsi gl'ochi (21) agl'ochi belli (22).
- 46 Et illud consilium pro meliore approbo
Quod habet illum pro minori; et qui ad aliud
[cogitat]
Vocari potest vere non probus.
47 Vidi filiam Latone incensam
Sine illa umbra, que fuit michi causa
Propter quam iam illam credidi raram et densam.
48 Aspectum tui nati, o Iperion,
Ibi sustinui, et vidi quomodo moventur
Circa vicini sibi Maya et Dione.
49 Inde michi apparuit temperare Iovis
Inter patrem et filium, et inde fuit michi clarum
Variare quod faciunt de suis ubi;
50 Et omnes septem michi se demonstrarunt,
Quantum sunt grandes, et quantum sunt veloces.
Et sicut indistincti sunt reparatione.
51 Uola que nos facit tantum feroces,
Volvendo me cum eternis gemellis,
Tota michi apparuit a collibus usque ad fauces:
Postmodum revolvi oculos ad oculos pulchros.

(1) ancora che io — (2) che al mondo — (3) la luna — (4) illuminata — (5) del Sole — (6) o — (7) come — (8) intorno — (9) e proximo — (10) Mercurio — (11) Venere — (12) Saturno — (13) Marte — (14) sito — (15) la piccola aia de la terra — (16) crudeli l'uno coll'altro come bestie — (17) per lo cielo — (18) Gemini — (19) da l'Oriente — (20) all'Occidente — (21) miei — (22) di Beatrice.

Et illud consilium pro meliori approbo, quod habet illum, scilicet globum terre, pro minori (pro minori, idest minus de illo extimat); et qui ad aliud cogitat, idest qui aliter existimaret, vocari potest vere non probus.

Incepit a luna, que fingitur filia Latone, ut dictum est superius. Vidi filiam Latone, scilicet lunam, incensam, idest lucidam, sine illa umbra, scilicet macula lune, que fuit, idest aliquando, michi causa, propter quam, scilicet umbram, iam illam, scilicet lunam, credidi raram et densam.

Aspectum tui nati, idest solis, o Ip[er]ion, idest summe Deus (quia Sol est natus, sive filius, Iovis), ibi sustinui, idest in celo (quasi dicat, quem aspectum, scilicet solis, in terris non potuissem sustinere), et vidi quomodo moventur circa solem scilicet, quia non multum distant a sole, vicini sibi, scilicet soli, Maia, idest Mercurius (ponitur hic nomen

matris pro filio; quia Maia fuit mater Mercurii), et Dione, idest Venus, quia Dione fuit mater Veneris.

Inde michi apparuit temperare Iovis malitiam Saturni et Martis (et sic Iuppiter in medio stat inter Saturnum patrem Iovis, et Martem filium Iovis), inter patrem et filium; et inde fuit michi clarum variare, idest varietas, quod faciunt de suis ubi, idest locis (quod est difficile astrologis videre, quomodo permutantur et coniunguntur); et omnes et septem michi se demonstrarunt, quantum sunt grandes, et quantum sunt veloces, et sicut sunt indistincti reparatione.

Uola, idest areola, sive superficies terre, que nos facit tantum feroces, volvendo me cum eternis gemellis, tota michi apparuit a collibus, sive etiam a montibus, usque ad fauces, idest ad mare, ubi sunt fauces fluviorum (vult dicere, quod vidit totam terram); postmodum revolvi oculos ad oculos pulchros, scilicet Beatricis, etc.

I grandi uomini han tutti dell'eroico; ma i soli Santi lo posseggono veramente e pienamente, perchè in essi soli s'imprime in tutta la sua integrità la forma divina del bene, per cui meritano culto dagli uomini, cioè ammirazione, gratitudine e riverenza. Il quale culto è eccitamento ed aiuto a noi, per attingere quell'ideale di perfezione a cui essi pervennero; opera umana e divina ad un tempo: umana, in quanto è opera nostra; divina, in quanto il fine a cui tende è di là e sopra i confini della natura, e ci porta immediatamente nel seno eterno di Dio, nè può compiersi senza la sua grazia.

Ma cotesta complessiva integrità del bene ne' Santi, non impedisce punto la bella varietà che fa tanto vaga e splendida l'immortale ghirlanda che lor cinge le tempie in cielo; varietà che specchia in ciascuno di essi, ed in tutti insieme congiunti, le infinite perfezioni divine, come luce nei vari colori ritratta. Quindi giustamente, e con acutezza di filosofo ed estro sovrano di poeta, l'Alighieri, il quale già aveva cantato Domenico e Francesco, che furono

L'un tutto serafico in ardore,
L'altro per sapienza
Di cherubica luce uno splendore,

qui canta e celebra Benedetto, creatore del Monachismo in Occidente, di quel Monachismo da cui, nelle tenebre del morto Paganesimo, usciva in Europa l'aurora della civiltà cristiana.

Questo venerabile Patriarca, straordinariamente grande perchè straordinariamente santo, acceso

. di quel caldo
Che fa nascere i fiori e i frutti santi,

senti il bisogno, non già che cessasse l'interiore raccoglimento della parte più eletta della società cristiana de'suoi dì, ma che anzi tale raccoglimento addiventasse in essa più intimo e potente, a fine di spandersi in più potente azione esteriore, inciviltatrice delle signorie e delle plebi dominanti, sicchè esteriormente come interiormente avesse universale trionfo l'idea cristiana. Egli creava, insomma, un Monachismo, che, sulle rovine del Paganesimo giunto a fine, inaugurasse l'edificio dell'incivilimento cristiano. L'eremo aveva rigenerato lo spirito nell'altissimo ideale inchiuso nelle dottrine evangeliche;

il monastero successe ad attuarlo in tutti gli ordini sociali. E ci par singolare e notevole, che il Poeta, prevenendo i tempi, facesse chiamare dal Santo con l'appellazione di Frate.

La grande missione religiosa e sociale di Benedetto fu questa: che mirando egli a portare fra gli uomini

Il nome di Colui che in terra addusse
La verità che tanto ci sublima,

diboscava e riduceva a coltura le terre, e apriva scuole, dalle quali usciva una meravigliosa luce di sapienza; e così, senza predicarsi redentore di plebi, emancipatore di schiavi, nè sollevar tumultuose passioni con fantastiche idealità, alle quali nulla corrisponde, operava, quanto al suo tempo era consentito, una vera redenzione ed emancipazione, chiamando ed invitando e con l'esempio traendo efficacemente la gente al lavoro, solo mezzo di riscatto, pratico, giusto, efficace e glorioso.

Che se a Dante, in distanza di non molti secoli, la figura del grande Archimandrita apparve come fonte di tutto quel bene che il Poeta vedeva nella società, non certo felicissima, dei suoi giorni, ma pure, in confronto di quella che aveva trovata il Santo, tanto più potente, ampia e civilmente perfezionata; a noi che, retrocedendo col pensiero in tanti secoli scorsi, possiamo raccogliere in sintetica unità il mirabile germogliamento di tanti frutti di arte, di scienza, d'incivilimento, da Cristo santificati, e fecondati dall'opera monastica sino al presente meravigliosissimo spandersi in sociale e cristiana beneficenza d'ogni maniera; a noi, dico, l'immagine del Santo deve risplendere anche più luminosa per l'aureola di tanta perfezione, sicchè gli sia ottimamente appropriato il nome di Margarita, la maggiore e più luculenta tra quante ne vide il Poeta ingemmate nel cielo di Saturno, e debba riguardarsi come una tra le più stupende apparizioni del mistico cielo della Chiesa, sotto cui compie il laborioso suo corso la civile società per conseguire, dopo il terreno, il suo fine immortale.

Io stava come quei che'n sè ripreme
La punta del disio, e non s'attenta
Di dimandar, sì del troppo si teme;
E la maggiore e la più luculenta
Di quelle margarite innanzi fessi,
Per far di sè la mia voglia contenta.

CAPITULI VICESIMITERTII SUMMARIUM

In vicesimotertio capitulo, quod incipit: *Sicut avis inter amatas frondes*, auctor dicit quod Beatrix stabat recta versus orientem, sicut stat avis inter amatas frondes arboris, inter quas in nido habet filios, expectando de nocte ut fiat dies et ut possit ire et reperire cibum: sic stabat Beatrix expectando militiam celi. Tunc Beatrix dixit: Ecce acies celi triumphus Christi. et fructus acquisiti ex revolutionibus et influenza istarum sperarum. Et sicut de nocte in plenilunio apparent millia et millia stellarum, inter quas luna ridet maxime splendens, sic super millia lucernarum, idest spirituum beatorum, apparuit unus sol, quas omnes accendebat. Lucerne sunt anime salvate; sol est Christus; luna Virgo Maria. Tunc Beatrix dixit: Illud lumen, quod super omnes est, est una virtus, cui nihil resistere potest; ibi est potentia, est et sapientia, que aperuit viam eundi de terra ad celum. Hec est Ecclesia militans. Et tunc auctor videns hec, fuit potentior ad videndum quam prius. Et dicit auctor, quod si ipse haberet omnes linguas, quas Polinnia

cum suis sotiabus musis impinguaverunt vel lactaverunt, ipse non posset bene describere, loquendo, risum Beatricis et aspectum rerum quas hic vidit, quando Ecclesiam triumphantem intuitus est. Deum de mandato Beatricis respiciens, intra maximam multitudinem spirituum vidit Virginem Mariam ibi vincere alios in gloria sicut vicit in fide. Et tunc subito coram Virgine vidit unum angelum venientem ad instar unius facelle ardentis, que circumdedit Virginem. Et tunc audita fuit una melodia tam pulchra, quod omnis cantus huius mundi esset tonitruum respectu illius. Tunc dixit ille angelus: Ego sum amor angelicus, qui me regyro coram ista rosa Paradisi, et regyrabo quousque ascendes in speram superiorem. Et tunc Dantes, respiciens in altum, vidit rupem altissimam, cuius summitatem voluit intueri. Ille rupes erant nona spera, ad quam ascendit Christus et Beata Maria mater eius, remanente militia ibi in spera octava; et tunc omnes cantaverunt: Regina celi, letare, etc.

CAPITULUM VICESIMUMTERTIUM

- ¹ Come l'augello ⁽¹⁾, intra l'amate fronde,
Posato al nido de'suoi dolci nati,
La nocte che le cose ci nasconde,
² Che, per veder gl'aspecti ⁽²⁾ desiati,
E per trovar lo cibo onde si pasca,
In che gravi labor ⁽³⁾ gli son agiati ⁽⁴⁾,
³ Previene 'l tempo in sull'aperta frasca,
E con ardente affecto 'l sole aspecta,
Fiso guardando, pur che l'alba nasca;
⁴ Così la Donna mia si stava erecta
Et attenta, rivolta inver la plaga
Sotto la qual el sol mostra men frecta;
⁵ Sì che veggendola io sospetta e vaga,
Fecemi qual è quei, che desiando
Altro vorrebbe, e sperando s'appaga.

⁽¹⁾ l'uccello — ⁽²⁾ de'suoi figliuoli — ⁽³⁾ fatiche — ⁽⁴⁾ dolci e leggieri.

Sicut avis inter amatas frondes. Come l'uccello intra l'amate fronde: hoc est vicesimumtertium capitulum huius Paradisi, in quo auctor describit figuraliter Ecclesiam triumphantem. Et dividitur in quatuor partes. In prima quarum auctor introducit Beatricem, que invitat eum ad contemplandum illam militiam que hic apparet. In secunda parte, que incipit ibi:

Qualis in pleniluniis serenis;
Quale nei plenilunii sereni,

auctor describit principem et ducem huius exercitus triumphalis.

In tertia parte, que incipit ibi:

Quare facies mea ita te;
Perchè la faccia mia,

describitur militia, que sequitur illum ducem.

- ¹ *Sicut avis, inter amatas frondes,
Quieta ad nidum suorum dulcium natorum
In nocte, que res nobis abscondit,*
² *Que, propter videre aspectus desideratos,
Et propter reperiendum cibum quo ipsos pascit,
In quo gravi labores sunt [s]ibi grati,*
³ *Prevenit tempus super aperta fronde,
Et cum ardenti affectu solem expectat,
Fixa respiciendo, solum si alba nascatur;*
⁴ *Sic domina mea stabat erecta
Et actenta, revoluta versus plagam
Sub qua [sol] monstrat minorem festinantiam;*
⁵ *Ita quod videns ego illam suspensam et vagam,
Feci me qualis est ille, qui desiderando
Aliud vellet, et sperando quietatur.*

In quarta parte, que incipit ibi:

Regale mantum omnium voluminum;
Lo reale manto de tutti i volumi,

auctor describit nonam speram.

Continuans autem auctor dicta dicendis, primo describit dispositionem ipsius Beatricis versus ipsum auctorem per comparisonem avis intra frondes arboris, habentis filios in nido, que per totam noctem stat, et avide expectat diem ut possit ire ad portandum filiis suis cibum; et veniente tempore, ardens expectat solem, respiciendo versus orientem, si aurora oriatur. Sic dicit ipse, Beatricem stesisse erectam et actentam ad partem orientalem; et ipse auctor stabat sicut ille qui aliud appetit et in spe manet. Sicut avis inter amatas frondes (illas frondes amat propter filios, qui in eis occultantur), quieta ad nidum suorum dulcium natorum, in nocte que res nobis abscondit, idest

- ⁶ Ma poco fu tra uno et altro quando,
Del mio attendere, dico, e del vedere
Lo ciel venir più e più dischiarendo.
⁷ E Beatrice disse: Ecco le schiere
Del triumpho di Chrysto, e tutto 'l fructo
Ricolto del girar di queste spere.
⁸ Pareami che 'l suo viso ardesse tutto,
E gl'ochi havea di letitia sì pieni,
Che passar mi conven senza costrutto.
⁹ Quale ne' plenilunii e ne' sereni
Trivia ride tra le Ninphe eterne,
Che dipingono 'l ciel per tutt' e senì ⁽¹⁾,
¹⁰ Vid'io, sopra miglaia di lucerne,
Un Sol che tutte quante l'accendea ⁽²⁾,
Come fa el nostro ⁽³⁾ le viste superne;
¹¹ E per la viva luce trasparente ⁽⁴⁾
La lucente substantia tanto chiara,
Che 'l viso mio no la sostenea ⁽⁵⁾.

⁽¹⁾ per tutti canti e luoghi — ⁽²⁾ al. va. — ⁽³⁾ sole — ⁽⁴⁾ al. va — ⁽⁵⁾ al. va.

aspectum, que propter videre aspectus desiatos, idest desideratos, scilicet suorum filiorum, et propter recipiendum cibum quo ipsos pascit, quot, vel quam, gravi labores sunt sibi grati, prevenit ad tempus super aperta fronde vel arbore, et cum ardenti affectu solem expectat, fixa respiciendo, solum si alba, scilicet aurora; nascatur; sic domina mea, scilicet Beatrice, stabat erecta et actenta, revoluta, conversa, versus plagam, sub qua sol monstrat minorem festinantiam (videtur minus tarde incedere, quia in oriente videtur tarde ascendere et laborem pati magnum in ascendendo); ita quod videns ego illam suspensam et vagam, feci me qualis est ille, qui desiderando aliud vellet, et sperando quietatur. Et ex hoc patet effectus. Quasi dicens: Hoc dum vidi, habui bonam spem, et sic quasi quietatur; nam spes succedit loco rei, scilicet quando est plena.

Sed paucum fuit inter unum et aliud (idest parum spatii interdictum inter tempus spei et tempus quo venit illud quod sperabat) quando, de meo expectare, dico, et de videre: celum vidi ego venire plus clarificando.

Et Beatrice dixit: Ecce acies triumphi Christi, et totum fructum recollectum de gyrare istarum sperarum. Idest: omnes isti spiritus, qui sunt hic, de influentiis septem sperarum septem planetarum sunt sic repleti, omnes isti habuerunt influentiam ab istis planetis. Hoc dicit auctor, quia quis posset dicere auctori: Quod est motivum quo motus es monstrare Ecclesiam triumphantem in octava spera? Cur non facis citius hoc in nona spera, a qua est omnis influenza, etc.? Dicendum quod in diversis septem speris sunt septem secte, alias secte, animarum, sicut ipse septem planete influunt septem modis: nam luna facit personas

- ⁶ *Sed paucum fuit inter unum et aliud quando,
De meo expectare, dico, et de videre:
Celum vidi ego venire plus et plus clarificando.*
⁷ *Et Beatrix dixit: Ecce acies
Triumpho Christi, et totum fructum
Recollectum de gyrare istarum sperarum.*
⁸ *Apparebat michi quod suus visus arderet totus,
Et oculos habebat letitia ita plenos,
Quod transire michi convenit sine constructu.*
⁹ *Qualis in pleniluniis serenis
Trivia ridet inter nymphas eternas,
Et depingunt celos per totos sinus,*
¹⁰ *Vidi ego, supra millia lucernarum,
Unum solem qui illas omnes accendebat,
[Sicut facit noster visiones supernas];*
¹¹ *Et per vivam lucem transparebat
Lucens substantia tantum clara,
In visum meum, quod illam non sustinebat.*

castas, Mercurius activas, Venus amorosas, Mars bellicosas, Iuppiter iustas et benignas, Sol producit doctores, Saturnus contemplativos, etc. Modo omnes ille proprietates descendunt ab illa octava spera; quia spera octava habet totam virtutem celi, datam a nona, et ipsa octava dispensat omnibus septem: ergo, si ita est, conveniens est bene, quod omnes ille septem debeant demonstrari congregate in illa spera octava.

Apparebat michi quod suus visus, idest facies, arderet totus; et oculos habebat letitia ita plenos, quod transire michi convenit, idest me oportet, sine constructu. Quasi dicat: Non possum hoc describere.

Qualis in pleniluniis serenis. Quale in plenilunii sereni: hec est secunda pars huius capituli, in qua auctor describit principem et ducem huius exercitus, scilicet Ecclesie triumphantis; et dicit per comparisonem, quod tale quale est videre lunam plenam inter alias stellas, tale erat videre unum solem, qui veniebat super millia stellarum et illuminabat eas: erat enim ille Christus, qui illuminat omnes animas beatas radiis suis. Luna dicitur Trivia propter tres suas proprietates: scilicet crescere, stare, idest plenam esse, et decrescere; que tria in uno mense videntur. Qualis, idest sicut, in pleniluniis serenis Trivia ridet inter nymphas, idest stellas, eternas, et depingunt, scilicet luna et stelle, celos per totos sinus, idest per omnes partes celi; sic vidi ego super millia lucernarum unum solem, qui illas omnes accendebat, idest illuminabat; et per vivam lucem transparebat lucens substantia, idest Deus, tantum clara in visum meum, quod illam non sustinebat: quia visio intellectus non sustinet, idest non potest comprehendere, deitatem.

- ¹² O Beatrice, guida dolce e cara!
Ella mi disse: Quel che ti sovranza
È virtù, da cui nulla si rappara.
¹³ Quiv'è la sapientia e la possanza
Ch'apri le strade dal ciel a la terra,
Onde fu già sì lunga desianza.
¹⁴ Come fuoco di nube si diserra
Per dilatarsi, sì che non vi cape,
E fuor di sua natura in giù s'atterra;
¹⁵ La mente mia così, tra quelle dape
Facta più grande, di sè stessa uscìo,
E, che si fece, rimembrar non sape.
¹⁶ Apre gl'ochi, e riguarda qual son io;
Tu hai veduto cose, che possente
Se' facto a sostener lo riso mio.
¹⁷ Io era come quei che si risente
Di vision oblita, e che s'ingegna,
Indarno di ridurlasi a la mente,
¹⁸ Quand'io udi' questa profferta, degna
Di tanto grado, che mai non si stingue
Del libro che 'l preterito rassegna.
¹⁹ Se mo sonasser tutte quelle lingue
Che Polym[n]ia con suo'suore fero
Del lacte lor dolcissimo più pingue,

O Beatrix, dulcis dux et cara! scilicet volui dicere; sed antequam ego talia proferrem, ipsa prevenit me loquentem. Et ipsa michi dixit: Ille qui sovranzat, idest qui supra te stat, est virtus, a qua nulla res reparat; idest nulla res sibi potest resistere, quia est Deus, qui omnia vicit, excedit, quia est virtus infinita.

Ibi est sapientia et potentia, que aperuit stratas, idest vias, inter celum et terram, unde fuit ita longum desiderium; quia nemo poterat ire ad celum. *Desianza*: quia Sancti patres optabant, in limbo existentes, ire ad celum, dicente Ysaia: Utinam disrumperes celos et descenderes.

Modo per comparisonem ostendit dispositionem mentis sue. Sicut contingit de sagitta tonitruum, que est vapor calidus sursum tractus, et dum est in media regione, intrat ventrem nubis frigide et humide ac aqueose; tunc humor calidus certat et vincit scindens nubem, et tunc descendit cum impetu pulsa a frigore circumstante (contra naturam ipsius vaporis calidi et humidi descendit); ita contingit de mente auctoris, que erat in terra et in carne; et ideo, per suam speculationem ire in Deum est contra naturam: ergo, per oppositum fulgoris, ipse in altum tetendit, unde quasi sincopim passus est. Ideo dicit textus: Sicut focus, idest ille fulgur igneum, a nube excluditur propter se di-

- ¹² O Beatrix, dulcis dux et cara!
Et ipsa dixit michi: Ille qui te suprastat
Est virtus, a qua nulla res se reparat.
¹³ Ibi est sapientia et potentia
Que aperuit stratas inter celum et terram,
Unde fuit ita longum desiderium.
¹⁴ Sicut ignis de nube excluditur
Propter se dilatare, eo quod ille locus eum non capit,
Et propter suam naturam infra attrahitur;
¹⁵ Sic mens mea, ab illis dapibus
Facta grandior, de se ipsa exivit,
Et, quid de ea tunc fieret, reminisci nescit.
¹⁶ Aperi oculos, et respicias qualis sum ego;
Tu vidisti res, ex quibus potens
Es factus ad sustinendum risum meum.
¹⁷ Ego eram sicut ille qui de se reserit
Visionis oblite, et qui studet
In vanum reducere illam sibi ad mentem,
¹⁸ Quando ego vidi istam oblationem, dignam
Tanta gravitate, quod nunquam exstinguetur
De libro qui preteritum reassignat.
¹⁹ Si modo sonarent omnes ille lingue
Quas Polim[n]ia cum sororibus fecerunt
De lacte suo dulcissimo magis pingues,

latare, eo quod ille locus eum non capit, et propter suam naturam infra attrahitur; sic mens mea, ab illis dapibus, idest epulis, facta grandior, de seipsa exivit, idest sincopim passa est, sive in extasi posita est; et quid de ea tunc fieret, reminisci nescit. Quasi diceret: Quo ivit mens mea, nescio; bene scio quod ex humanitate exivit.

Aperi oculos, et respicias qualis sum ego; tu vidisti res, ex quibus potens es factus ad sustinendum risum meum, idest excellentiam pulchritudinis mee. Omnia hec fingit hic auctor, ad ostendendum, quod quanto homo plus speculatur, magis clarificatur ad speculandum subtiliora.

Modo ponitur effectus confortationis Beatricis. Ego eram sicut ille qui se reserit, idest excitatur, vel reminiscitur visionis oblite, et qui studet, idest ingenium ponit, in vanum reducere sibi illam ad mentem, quando ego vidi istam oblationem dignam, sive offertam, tanta gravitate, quod nunquam exstinguetur de libro, idest de memoria, qui preteritum reassignat. Est enim cellula memorie et ventriculus posterior in cerebro, qui representat preteritum.

Modo excusat se auctor si non plene describit Ecclesiam triumphantem, maxime Christum. Si omnes lingue omnium valentium doctorum, philosophorum et poetarum, conve-

- ²⁰ Per aiutarmi, al millesimo del vero
Non si verria, cantando 'l sancto riso,
E quanto 'l sancto [as]pecto el facea mero.
²¹ E così, figurando el Paradiso,
Convien saltare el sacrato poema,
Come chi trova suo cammin reciso.
²² Ma chi pensasse al ponderoso thema,
E l'humero mortal che se ne carca,
Non biasmerebbe se sott'esso trema.
²³ Non è pilleggio da piccola barca
Quel che fendendo va l'ardita prora,
Nè da nocchier ch'a sè medesimo parca.
²⁴ Perchè la faccia mia sì t'innamora,
Che tu non ti rivolgi al bel giardino
Che sotto e raggi di Chrysto s'infiora?
²⁵ Quivi è la rosa, in che 'l Verbo divino
Carne si fece; e quivi son li gigli,
Al cui odor s'aperse 'l bel cammino.
- ²⁰ Propter adjuvare me, ad millesimam partem veri
Non pervenirent, cantando dulcem risum,
Et quantum sanctum aspectum faciebat merum.
²¹ Et sic, figurando Paradisum,
Oportet saltare sacrum poema,
Sicut qui reperit suum iter recisum.
²² Sed quis cogitaret ponderosum thema
Ad humerum mortalem qui de illo se onerat,
Non ei derogaret si sub ipso tremat.
²³ Non est paregium pro parvula barcha
Quod findendo vadit audax prora,
Nec pro nauclerio qui sibi ipsi parcat.
²⁴ Quare facies mea ita te ad amorem trahit,
Quod te tu non revolvis ad pulchrum viridarium
Quod sub radiis Christi floret?
²⁵ Ibi est rosa, ubi Verbum divinum
Carnem se fecit; ibi sunt lilia,
Ad quorum odorem apprehensum fuit bonum iter.

nirent insimul, non sufficerent describere pulchritudinem Beatricis et excellentiam essentie divine (Polim[n]ia est musa, faciens memoriam acutam, etc.), nec omnes intellectus mortalium possent hoc bene capere. Si nunc sonarent omnes ille lingue, quas Polim[n]ia (musa memorie est) cum sororibus, idest cum aliis octo musis, sicut sunt Clio, Eratho, Urania, etc., fecerunt de lacte suo dulcissimo magis pingues, propter adjuvare me, idest ut me adjuvarent, ad millesimam partem veri non pervenirent, cantando dulcem risum, et quantum sanctum aspectum faciebat merum, idest clarum.

Ergo, volendo figurare Paradisum, Deum, risum Beatricis et animas sanctas, oportet me saltare ultra poetando; sicut facit ille, qui in via invenit fossatum; propter non descendere in ipsum, saltare et preterire.

Et secure quicumque nosceret quantum durum est mortalibus describere res divinas, non diffamaret me, dicit auctor, si ego non bene describo: sicut enim parvula barcha non posset transire magnum gulfum, nec exilis nauclerius timidus auderet; ita nec ego sufficio facere talem descriptionem. Et sic figurando Paradisum, convenit, idest oportet, saltare sacrum poema, sicut accidit ei qui reperit suum iter recisum, idest divisum.

Sed si cogitaret ponderosum thema, idest difficultatem operis, ad humerum mortalem qui de illo se onerat, non ei derogaret, non sibi imputaret, si sub ipso tremat, idest timet, vel non diffamaret eum.

Non est paregium (paregium est quando unum brachium maris elongans [est] se multum a terra et a lictore)

pro parvula barcha illud, scilicet describere, quod findendo vadit audax prora (prora anterior pars navis, idest meum audax ingenium), neque pro nauclerio qui sibi ipsi parcat, idest qui navigare nesciat, vel qui sit timidus.

Quare facies mea. Perchè la faccia mia: hec est tertia pars huius capituli, in qua auctor describit militiam, que sequitur illum ducem descriptum superius. Et primo auctor ponit, quomodo Beatrix informavit eum, quomodo deberet intueri exercitum magnum animarum que erant ibi. Et dixit: Non solum debes in me respicere, sed etiam ad alia. Quare facies mea ita te ad amorem trahit, scilicet sui, quod tu te non revolvis ad pulchrum viridarium, idest ad exercitum tantarum animarum, que sunt sicut unum pulchrum viridarium, quod sub radiis Christi floret, idest sub incarnatione Christi? idest verte te ad animas istas.

Et nominat animam Marie Virginis et Apostolorum: animam Virginis notificat per rosam, que est pulcherrimus flos inter omnes flores; animas Apostolorum notificat per lilia, quia lilia sunt alba, intus habent rubedinem et spirant odorem. Albedo denotat puritatem; rubor caritatem; odor famam bonam ipsorum Apostolorum. Ibi est rosa, idest Virgo Maria, Dei genitrix, in qua Verbum divinum carnem se fecit; ibi sunt lilia, scilicet anime Apostolorum, ad quorum odorem, idest predicationem et exempla, apprehensum fuit bonum iter, idest multi intraverunt per bonum iter, idest quod ducit ad vitam eternam, quia conversi sunt multi ad fidem Christi.

26 Così Beatrice. Et io, ch'a' suoi consigli
Tutt'era prompto, ancora mi rendei
A la battaglia de' debili cigli.

27 Com'a raggio di sol che puro mei⁽¹⁾
Per fracta nube, già prato di fiori
Vider coperti d'ombra gl'ochi miei;

28 Vidd'io così più turbe di splendori
Fulgurati di su da raggi ardenti,
Senza veder principio de' fulgori.

29 O benigna virtù, che sì l'imprenti,
Sì te exaltasti per largirmi loco
Agl'ochi lì, che non eran possenti.

30 El nome del bel fior, ch'io sempre invoco
E mane e sera, tutto mi ristrinse
L'animo ad avvisar lo maggior foco.

31 E come ambe le luci mi dipinse
El quale e'l quanto de la viva stella,
Che lassù vince, come quaggiù vinse,

32 Per entr'l cielo scese una facella,
Formata in cerchio a guisa di corona,
E cinsela, e girossi intorno ad ella.

⁽¹⁾ passi.

Sic Beatrix, scilicet dixit. Et ego, qui ad sua consilia, que erant sibi precepta, scilicet auctori, totus eram promptus, adhuc, idest iterum, me reddidi, idest redii ad bellum debiliū superciliorum, idest oculorum, idest ad intuentium aspectum lucidum Beatricis et Christi; qui oculi mei erant debiles, nec poterant durare, etc.

Modo per talem comparisonem ponit, quomodo vidit exercitum animarum quasi infinitarum. Nam aliquando radius solis descendit super prata, in quibus sunt innumerabiles flores, et transit per nubem; et tunc in pratis videtur una umbra, sicut hic vidit auctor coopertos suos oculos quasi una umbra. Sicut ad radium solis, qui solum vadat per fractam nubem infra, idest super, prata florum, supple sic, vidi ego coopertos umbra oculos meos; vidi ego sic turbas splendorum fulguratas, idest illustratas, desuper a radiis ardentibus, sine videre principium fulgorum. Vult dicere auctor, quod, sicut sol lucet et radios mictit super prata plena floribus; ita Christus transit per nubem, idest illam lucem quibus velate erant ille anime, et super illis lucebat. Sed tamen auctor non videbat unde venirent illi splendores.

Modo dicit, quod Christus, qui fecerat sibi omnes alias gratias, fecit adhuc sibi unam novam. O benigna virtus, scilicet Christi, que sic eos imprentas, idest imprimis, idest illuminas, sic te exaltasti, idest in altum ascendisti, pro largiendo loco oculis ibi, qui non erant michi potentes.

26 Sic Beatrix. Et ego, qui ad sua consilia
Totus eram promptus, adhuc me reddidi
Ad bellum debiliū superciliorum.

27 Sicut ad radium solis, qui solum vadat
Per fractam nubem, infra prata florum,
Sic vidi ego coopertos umbra oculos meos;

28 Vidi ego sic turbas splendorum
Fulguratas desuper a radiis ardentibus,
Sine videre principium fulgorum.

29 O benigna virtus, que sic eos imprentas,
Sic te exaltasti, pro largiendo michi loco
Oculis ibi, qui non erant michi potentes.

30 Nomen pulchri floris, quod ego semper invoco
Et de mane et de sero, totum michi restrinxit
Animum ad avisandum maiorem focum.

31 Et statim quod oculis meis depinxit
Quale et quantum vive stelle,
Que ibi superius vincit, sicut inferius vicit,

32 Per intra celum descendit una facella,
Formata in circulum, ad instar unius corone,
Et cinxit illam, et gyrauit se circa illam.

Hoc fingit auctor, ad ostendendum, quod maius occupat minus: quia, dum Christus erat inter illas animas, nulla earum videbatur, propter nimium splendorem Christi; sed ascendente Christo superius, tunc oculi Dantes habuerunt locum videndi animas illas: ita quod, quando ille sol, scilicet Christus, recessit, tunc fuit potens auctor ad videndum illas animas quas videt in presenti, quas tu, scilicet Christe, informas tua luce.

Nomen pulchri floris, idest Marie, quod ego semper invoco et de mane et de sero, totum michi restrinxit animum ad avisandum, idest ad respiciendum, maiorem focum, idest ignem; quia, supple, sciebam ego Dantes, quod ille erat anima Marie.

Et statim quod oculis meis depinxit, idest replevit oculos mentales, quale et quantum, idest qualitatem et quantitatem, vive stelle, idest Marie, que ibi superius vincit, scilicet in splendore, omnes animas lucendo, sicut inferius vicit omnes homines in fide; idest, sicut in terris fides Virginis Marie fuit maior fide omnium hominum, ita lumen in celo est maius quam lumen animarum ibi existentium; per intra celum descendit una facella (ista fuit angelus Gabriel), formata in circulum ad instar corone, et cinxit illam, scilicet Virginem Mariam, et gyrauit se circa illam.

Modo describit auctor dulcedinem cantus, quem cantavit Gabriel coram Virgine, per comparisonem oppositorum.

33 Qualunque melodia più dolce sona
Quaggiù, e più a sè l'anima tira,
Parrebbe nube che squarciata tona,

34 Comparata al sonar di quella lyra,
Onde si coronava el bel zaphyro,
Del qual el ciel più chiaro s'inzaphyra.

35 Io son amor angelico, che giro
L'alta letitia che spira del ventre,
Che fu albergo del nostro desiro;

36 E girerommi, Donna del ciel, mentre
Che seguirai tuo Figlo, e fara' dia
Più la spera suprema, perchè li entre.

37 Così la circolata melodia
Sì rigirava, e tutti gl'altri lumi
Facea sonar lo nome di Maria.

38 Lo real manto di tutti e volumi
Del mondo, che più ferve e più s'avviva
Nell'habito di Dio e ne' costumi,

39 Havea sopra di noi l'interna riva
Tanto distante, che la sua parvenza
Là dov'io era ancor non m'appariva.

40 Però non ebber gl'ochi mie' potenza
Di seguitar la coronata fiamma,
Che si levò appresso sua semenza.

33 Quaecumque melodia, que magis dulciter sonat
Hic inferius, et que plus ad se animam trahit,
Appareret nubes que lacerata sonat,

34 Comparata ad sonum unius lire,
Unde coronabatur pulcher zaphirus,
De quo celum magis clarum zaphiratur.

35 Ego sum amor angelicus, qui gyro
Altam letitiam que spirat de ventre,
Qui fuit hospitium nostri desiderii;

36 Et gyrabo me, Domina celi, quousque
Quod sequeris tuum filium, et facies divinam
Magis speram supremam, et ipse illam intret.

37 Sic circolata melodia
Sigillabatur, et omnia alia lumina
Faciebant sonare nomen Marie.

38 Regale mantum omnium voluminum
Mundi, quod magis fervet et magis vivificatur
In anhelitu Dei et in moribus,

39 Habebat supra nos internam ripam
Tantum distantem, quod sua apparentia
Ubi ego eram adhuc non apparebat.

40 Ideo non habuerunt oculi mei potentiam
Sequi coronatam flammam,
Que surrexit prope suum semen.

Quaecumque melodia que magis dulciter sonat hic inferius, scilicet in mundo, et que plus animam ad se trahit (nam cantus dulcis trahit ad se animam audientis, et auctor delectabatur in musica), appareret nubes que lacerata tonat, idest sonum facit, et appareret unum tonitruum, respectu dulcedinis cantus Gabrielis, comparata ad sonum illius lire, idest Gabrielis, unde coronabatur, idest in modum corone rotabatur, pulcher zaphirus, idest Virgo Maria que est pulchra ut zaphirus, imo pulchrior, de quo, scilicet zaphiro, idest Virgine Maria, celum magis clarum, scilicet stellatum, octava spera, propter multitudinem stellarum, zaphiratur, idest ornatur.

Modo loquitur Gabriel. Ego sum amor angelicus, qui gyro altam letitiam que spirat de ventre, qui fuit hospitium nostri desiderii, idest in quo hospitabatur nostrum desiderium, scilicet Christus; et gyrabo me, Domina celi, quousque, idest tantum, quod sequeris tuum filium, scilicet sursum eundo, et facies divinam magis supremam speram, ut ipse illam intret; idest, cantabo sic, quousque filius tuus intraverit celum empyreum.

Sic circolata melodia sigillabatur, et omnia alia lumina faciebant sonare nomen Marie. Ex hiis vult dicere auctor, quod Christus ascendebat in celum, et Maria mater eius

sequebatur eum aliquantulum, quousque ipse Christus intravit celum nonum; tunc Virgo Maria sequuta est eum. Ista dulcis melodia fuerunt Doctores sacre Theologie, seu Scripture, filii Beatricis, qui infinitas laudes de ipsa fecerunt; et tunc omnes anime sonabant nomen Marie, idest invocabant Virginem Mariam.

Regale mantum omnium voluminum. Lo real manto de tutti i volumi: hec est pars quarta huius capituli, in qua auctor describit speram nonam. Regale mantum (idest primum celum; quia sicut regalis mantellus gyrat totum regnum, ita nona spera, que dicitur primum celum, circumdat omnes celos inferiores mobiles) omnium voluminum (idest celorum mobilium in circum mundi, idest orbis), quod magis fervet, idest velocius movetur, et magis vivificatur, idest magis habet de activitate, in anhelitu Dei, idest in virtute divina, et in moribus (quia ex more suo rapit omnes alias speras), habebat supra nos internam ripam, idest concavitatem, tantum distantem, quod sua apparentia, idest effigies, ubi ego eram, adhuc non apparebat, idest michi.

Ideo non habuerunt oculi mei potentiam sequi coronatam flammam, idest Virginem Mariam, vel Christum, que surrexit prope suum semen.

- 41 E come 'l fantolin, che n'ver la mamma
Tende le braccia poi che 'l lacte prese,
Per l'animo che n'fin di fuor s'infiamma;
42 Ciascun di quei candor in su si stese
Co' la sua fiamma, sì che l'alto affetto
Ch'avevan a Maria mi fu palese.
43 Indi rimaser lì nel mio aspetto,
Regina celi cantando sì dolce,
Che mai da me non si parte 'l dilecto.
44 O quant'è l'ubertà che si soffolce
In quell'arche ricchissime, che foro
A seminar quaggiù buone bobolce!
45 Quivi si vive e gode del thesoro,
Che s'acquistò piangendo nell'exilio
Di Babylon, ov'egli lassò l'oro.
46 Quivi triumphat, sotto l'alto Filio
Di Dio e di Maria, di sua victoria,
E coll'antico e col nuovo concilio,
Colui ⁽¹⁾ che tien le chiavi di tal gloria.

(1) Pietro.

Et sicut puerulus, qui versus matrem tendit brachia postquam lac apprehendit, propter animum qui usque ad dextrum locum inflammatur; sic quilibet illorum cantorum se extendit cum sua summitate, ita quod altus affectus quem ipsi habebant ad Mariam fuit michi patefactus, idest notificatus, vel manifestatus, vel publicatus. Vult dicere auctor, quod statim perdidit visionem istius domine, euntis sursum; quia oculus non erat validus videre intra speram nonam, que habet virtutem unitam et maiorem quam quodcumque aliud celum. Et dicit auctor: Non potui videre quomodo Beata Virgo Maria se levavit post suum semen, idest Christum, quem genuit de proprio suo sanguine. Omnes ille anime, que ibi remanserunt, tendebant versus Christum euntem, sicut puerulus se vertit ad matrem, sumpto lacte. Vult etiam dicere auctor, quod omnes anime remanserunt illic in spera octava, ascendentibus Christo et Virgine in aliam speram, scilicet nonam: quia omnes alie anime erant commixte corporibus suis sub influentia celi, preter animam Christi et animam Beate Virginis, matris eius; et omnes ille alie anime in suis operationibus influentiam a celis, preter illas duas, habuerunt.

Inde remansere ibi in meo conspectu, Regina celi (est pulcher ymnus, quem cantat Ecclesia in honorem Virginis, post resurrectionem Iesu Christi) ita dulciter [cantando], quod unquam a me non recessit illa delectatio. Ille ymnus est talis, vel antiphona: Regina celi, letare, alleluia, Quia quem meruisti portare, alleluia, Resurrexit sicut dixit, alleluia, Ora pro nobis Deum, alleluia.

- 41 Et sicut puerulus, qui versus matrem
Tendit brachia postquam lac apprehendit,
Propter animum qui usque ad dextrum locum in-
42 Sic quilibet illorum cantorum se extendit ^{[inflammatur;}
Cum sua summitate, ita quod altus affectus
Quem ipsi habebant ad Mariam michi fuit ^{[patefactus.}
43 Inde remansere ibi in meo conspectu,
Regina celi cantando ita dulciter,
Quod unquam a me non recessit illa delectatio.
44 O quantum est ubertas, que suffulcitur
In illis archis ditissimis, que fuerunt
Ad seminandum hic inferius bone bubulce!
45 Ibi vivitur et gaudium habetur de thesauro,
Qui fuit acquisitus plangendo in exilio
Babilonis, ubi ipsi dimiserunt aurum.
46 Ibi triumphat, sub alto Filio
Dei et Marie, de sua victoria,
Et cum antiquo et cum novo consilio,
Ille qui tenet claves talis glorie.

O quanta est ubertas, que fulcitur, idest submicitur, in illis archis (archa est sicut scrinium vel cista) ditissimis, que fuerunt ad seminandum hic inferius, scilicet in mundo bone bubulce; ita quod anime Apostolorum et Sanctorum sunt arche.

Ibi vivitur, idest ibi vita habetur, et gaudium habetur de thesauro, qui fuit acquisitus plangendo in exilio Babilonis (in Psalmo scribitur: Super flumina Babilonis illic sedimus et flevimus, dum recordaremur tui, Syon), ubi ipsi dimiserunt aurum. Loquitur hic auctor de illis bonis Hebreis, qui luxerunt et planxerunt exilium in Babilonia. Nota quod, ut habetur in ultimo et penultimo capitulis quarti libri Regum et in fine secundi libri Paralipomenon, Nabuchodonosor misit exercitum grandem nimis, et misit Naburzadan, principem sue militie, et debellavit Hierusalem, et vicit civitatem, et duxit in captivitatem omnes Iudeos in Babiloniam, et portavit omnia vasa domus Dei, et omne aurum, et omne argentum, et omnem substantiam; et ibi planxerunt, ibi et multi sancti mortui sunt in exilio, sicut Daniel, etc. Isti sunt de antiquo Testamento.

Ibi triumphat sub alto Filio Dei, idest sub Christo et Maria, de sua victoria, et cum antiquo et cum novo consilio, ille qui tenet claves talis glorie, scilicet Sanctus Petrus, cui Deus dedit claves regni celestis.

LA VERGINE MADRE

Se divinamente bella e commoventissima è la preghiera, che il Poeta nella chiusura di quest'ultima sua Cantica mette su le labbra di San Bernardo in lode di Maria,

Umile ed alta più che creatura,
Termine fisso d'eterno consiglio,

perchè ella, alle preghiere di lui, gli ottenga da Dio, a cui è madre, il trar profitto a salute della triplice visione avuta, e con ciò ci fa conoscere di quale vivo e profondo affetto l'ammiasse, come figlio tenerissimo la propria genitrice; questo medesimo suo vivo e profondo affetto non si appalesa meno nell'arte mirabile, con cui in questo canto ventesimoterzo celebra l'ufficio pietoso, che ella ha, d'impetrar perdono e grazia ai ramminghi figliuoli d'Eva, esuli in questa valle di dolore. Egli trova immagini così belle, così proprie, così nuove e divine, che ti par trovarti in una primavera celeste, e nascere a vita non peranco conosciuta. Idee e stile s'informano d'una semplicità che tocca il sublime; e leggendo ti senti trasportato in una luce così pura e trascendente, che l'anima se ne imparadisa. La quale luce esce da una Rosa, tutta attornata di angelici cori, i quali adorano il Verbo divino in lei fattosi carne, ed è luce che empie di sé tutta l'eternale magione. Nessun commento potrebbe mai agguagliare i versi del Poeta, informati alla sublimità dond'ebbe l'ispirazione; e dalla terzina ventisettesima,

Come a raggio di sol che puro mei,

alla quarantesimasesta,

Quivi trionfa sotto l'alto Filio
Di Dio e di Maria, di sua vittoria,
E con l'antico e col nuovo concilio,
Colui che tien le chiavi di tal gloria,

è poesia di bellezza inarrivabile.

Donde mai tanta potenza d'ispirazione nel Poeta all'aspetto di una figliuola d'Eva, se all'affissarla non avesse intuito in lei l'arcano mistero dell'unione dell'uomo con Dio, effettuatosi nei visceri suoi castissimi e santi per opera dello Spirito Santo (al qual fine venne eletta e predestinata dall'eternità); se, insomma, non avesse veduto in lei l'anello di congiunzione tra il finito e l'infinito, tra l'umano e il divino, senza la quale congiunzione il finito non avrebbe mai potuto attingere la perfezione, a cui, come opera di un Dio sapientissimo e infinitamente buono, non poteva non essere ordinato? E Maria, per vero, fu il punto, in cui l'originale innocenza, arrestata e interrotta dalla prima colpa, ripigliò il suo corso per l'incarnazione del figliuolo di Dio. Senza questo concetto soprannaturale, ben poco, a parer

nostro, resterebbe da ammirare e gustare nel presente canto, come in molti altri del divino Alighieri.

Nè egli senza di un tal concetto, ossia senza l'illustrazione di una fede vivissima a cui corrispondesse l'affetto del cuore, avrebbe mai scritto, nè potuto scrivere, versi di tanta bellezza. Imperocchè solo nella luce di una tal fede potevano nascere idee ed immagini simiglianti; idee ed immagini, che concetti puramente umani non arriveranno mai ad imitare; nè altro che dalla potenza di tal fede operante sul cuore, poteva erompere l'onda poetica purissima e la parola che vi corrispondevano. Accenna egli chiaramente a questa sua fede, dove dice che il nome di Maria, da lui invocato mattina e sera, fu quello che lo concentrò tutto in sé stesso volgendolo a Cristo:

Il nome del bel fior, ch'io sempre invoco
E mane e sera, tutto mi restrinse
L'animo ad avvisar lo maggior fuoco.

Manifesta poi la commozione del suo cuore, nell'ineffabile diletto che mostra di provare al correre della circolata onda armonica, in cui tutti gli spiriti celesti

Facean sonar lo nome di Maria;

e nel dipingerci con tanto e sì caro sentimento l'atto, con cui gli spiriti, fra i quali s'incontrava, alzarono gli sguardi verso la Madre divina, come la videro spingersi più in alto verso del suo Figliuolo: in quell'atto esprime il Poeta la dolce pena che di quell'allontanamento sentiva il suo cuore.

E come fantolin, che in vèr la mamma
Tende le braccia poi che 'l latte prese,
Per l'animo che n'fin di fuor s'infiamma;
Ciascun di quei candori in su si stese
Con la sua cima sì, che l'alto affetto
Ch'egli aveano a Maria mi fu palese.

Allora essi cantano *Regina coeli*, quasi a compenso di quella lontananza, ed egli non se ne sente minor conforto.

Indi rimaser lì nel mio cospetto,
Regina coeli cantando sì dolce,
Che mai da me non si partì 'l diletto.

Da ultimo non è meno piena di fede e di pietà la conclusione:

Oh quanta è l'ubertà che si soffolce
In quell'arche ricchissime, che foro
A seminar quaggiù buone bobolce.
Quivi si vive e gode del tesoro
Che s'acquistò piangendo nell'exilio
Di Babilon, ove si lasciò l'oro.



CAPITULI VICESIMIQUARTI SUMMARIUM

In isto vicesimoquarto capitulo, quod incipit: *O sodalitium electum ad magnam cenam*, auctor ponit quomodo Beatrix vocat hic Apostolos sodalitium (sodalis est sotiis commensalis) electum ad magnam cenam, quia in ultima cena Christus dedit eis in cibum corpus suum. Que Beatrix rogavit Apostolos, qui erant hic, ut ipsi examinarent ipsum auctorem de fide, et quod ipsi irrorarent eum: nam bene poterant, quia ipsi semper vivunt de fonte a quo venit omne bonum. Tunc beatus Petrus dixit, se velle hoc facere. Cui dixit Beatrix: Examina istum de fide, et cognosce si bene amat, si bene sperat et si bene credit; quia hoc erit ad honorem huius regni, et utile multis. Et sic beatus Petrus examinavit Dantem de fide, primo interrogans eum quid est fides. Cui Dantes dixit: Fides est substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentium. Et oportuit quod ipse declararet, quare in

hac definitione fidei ponuntur hii duo termini, scilicet substantia et argumentum, et si ipse Dantes haberet talem fidem, et unde ipse acquisivit eam. Qui dixit, quod a dictis Sacre Scripture, tam antike quam nove; et argumentum, quod concludit illam Scripturam esse perfectam, est et sunt opera facta, ad que natura non sufficit. Demum Dantes dicit, se credere in unum Deum solum, eternum, qui movet totum celum, etc. Ad hoc autem credendum inducitur per argumenta phisica et methaphisica, dicta Scripturarum, Psalmorum et Prophetarum, Evangeliorum, etc. Et dicit se credere in tres personas, quas credit esse unam essentiam; et quod in Trinitate nature dicitur Sum et Sumus, ut Deus dicat, Sum, scilicet solus unus Deus, et Sumus, scilicet tres persone. Unde beatus Petrus gratanter audivit auctorem respondentem ei, in tantum quod ter amplexatus est ipsum.



CAPITULUM VICESIMUMQUARTUM

1 O sodalitie electo a la gran cena
Del benedett' Agnel, el qual vi ciba
Sì che la vostra vogla è sempre piena;
2 Se per gratia di Dio questi preliba
Di quel che cade da la vostra mensa,
Prima che morte tempo li prescriba,
3 Ponete mente all'affection immensa,
E roratel alquanto: voi bevete
Sempre nel fonte onde vien quel ch'ei

[pensa.

O sodalitie electe ad grandem cenam. O sodalitie electo alla gran cena: hoc est vicesimumquartum capitulum huius Paradisi, in quo auctor, descripta Ecclesia triumphante in precedenti capitulo, que sibi apparuit in octava spera, introducit ducem substitutum huius exercitus, scilicet christiani, Petrum Apostolum, qui examinat ipsum auctor[em] de fide. Et quatuor facit; et sic capitulum istud dividitur in quatuor partes. In quarum prima auctor ponit, quomodo Beatrix captat benivolentiam ab istis spiritibus qui sunt hic, inter quos, spiritus Apostolorum multorum sunt, saltem Petri, Pauli et Ioannis, et etiam quarti, scilicet Iacobi.

In secunda parte, que incipit ibi:

O sancta soror mea;
O santa sorella mia,

auctor ponit quomodo Beatrix rogavit Sanctum Petrum, ut examinaret Dantem de fide; et etiam quod ipse examinaretur de spe et caritate, idest de tribus virtutibus theologicis, sicut fiet in sequentibus capitulis.

In tertia parte, que incipit:

Tunc audiivi ego: Recte sentis;
Allora audii: Dirittamente senti,

auctor ponit quomodo, data per ipsum diffinitione fidei, Sanctus Petrus vult quod ipse auctor declararet partes definitionis fidei, et quomodo ipse auctor bene intelligit eas.

1 O sodalitie electe ad grandem cenam
Benedicti Agni, qui vos cibet
Ita quod voluntas vestra semper est plena;
2 Si per gratiam Dei iste prelibat
De illo quod cadit de vestra mensa,
Priusquam mors tempus sibi prescribat,
3 Ponatis mentem ad affectionem [immensam],
Et roretis illam aliquantulum: vos bibitis
Semper de fonte unde venit illud quod ipse cogitat.

In quarta parte, que incipit ibi:

Finito hoc, alta curia;
Finito questo, l'alta corte,

auctor ponit quomodo tota curia istorum spirituum laudavit Deum, et quomodo Sanctus Petrus approbavit dicta ipsius auctoris. Et iterum interrogavit eum dicens: Ex quo bene dixisti quid est fides, exprimas illa que credis.

Redeundo ad primam partem, auctor, continuans dicta dicendis, ponit quomodo Beatrix et exorditur, [et] petit et confirmat. Et primo et ante omnia, rogat Sanctum Petrum, ut dignetur examinare ipsum auctorem, quem ipsa conduxerat huc. Et loquitur in generali toti collegio Apostolorum, qui erant hic in forma liliorum, dicens: O sodalitiū, vel o sodalitie (sodalis proprie est sotius commensalis; sodalitiū est sotietas commensalis) electe, scilicet a Christo, ad grandem cenam (scilicet ad esum carnis Domini Nostri Iesu Christi; nam in ultima cena Christus consecravit corpus suum et sanguinem sub speciebus panis et vini, et ipsis discipulis dedit, ut habetur Matthei vicesimoquinto capitulo) benedicti Agni (idest Christi, qui fuit agnus benedictus, innocentissimus, qui permisit se tradi et interfici et crucifigi pro nobis), qui, supple Agnus, vos cibet (idest pascit, non quidem imperfecte nec diminute, sed taliter quod vester appetitus semper est satur, quia ibi animus est contentus et nihil aliud desiderat) ita quod voluntas vestra semper est plena (modo, quasi adiurando, Beatrix, istos

4 Così Beatrice. E quell'anime liete
Si fenno spere sopra fermi poli,
Fiammando forte a guisa di comete.
5 E come cerchi in tempra d'horlioli
Si giran sì, che l'primo, a chipon mente,
Quieto pare, e l'ultimo (1) che voli;
6 Così quelle carole, differente-
mente danzando, de la sua ricchezza
Mi si faceano stimar veloci e lente.

(1) pare.

4 Sic Beatrix. Et ille anime lete
Effecte sunt spere supra fixos polos,
Flammeando, volute ad instar cometarum.
5 Et sicut circuli in temperamento horologiorum
Gyra[n]tur ita, quod primus, illi qui ponit mentem,
Quietus apparet, et ultimus quod volet;
6 Sic ille carole, differenter
Tripudiando, de suis divitiis
Me faciebant extimare ipsas veloces et leves.

Apostolos, rogat eos ut temptent auctorem de sua affectione et de fide, etc.; et dicit): si per gratiam Dei (idest singularem sibi factam) iste, scilicet auctor, prelibat (idest pregustat, nam prelibare id est pregustare) de illo quod cadit de vestra mensa (mensa apostolica est doctrina, que est necessaria ad salutem, tam de fide, quam de spe, quam caritate, quam etiam de aliis), priusquam mors tempus sibi prescribat (idest antequam mors rapiat eum. Nota, quod prescriptio est alicuius rei possessio per tempus datum a iure cum bona fine; quia possessor male fidei nullo tempore prescribit. Tertio de Regulis iuris in sexto Bonifacii. Quando mors interficit hominem, tunc totum tempus post mortem eius dicitur prescriptum; ita quod Dantes ante mortem, ipse vivens in carne et vadens per Paradisum, prelibavit, idest pregustavit, de hiis que veniunt ex doctrina Apostolorum. Nam auctor supervixit, postquam fecit istud opus, viginti uno annis: opus fiebat millesimo tercentesimo, et ipse moriebatur millesimo tercentesimo vicesimo-primo: ita quod non prescripserat adhuc tempus ipsius auctoris, idest vite eius), ponatis mentem, idest respiciatis, ad affectionem immensam, scilicet quam habet auctor, et roretis, idest irrigate, illam, scilicet affectionem suam, aliquantulum, saltem parum, de rore suo: vos bibitis semper de fonte, unde venit illud quod ipse cogitat. Per hoc probat Beatrix, quod ipsi Apostoli poterant benefacere illud, quod ipsa ab ipsis petebat, quia vos bibitis de fonte divine gratie unde venit quod cogitat, idest ire et pervenire ad summam essentiam contemplandam.

Sic Beatrix, scilicet locuta est. Tunc ille chorus illorum spirituum, facta tali petitione, ubi priusolvebat se, firmatus [est], idest stetit. Nam motus circularis istorum denotat gaudium eorum; et ideo aliquis eorum movebatur circulariter, velocius quam alter; sic unus est beator alio: sed tunc quieverunt illi spiritus propter loqui cum auctore, sicut rogati erant a Beatrice. Nota hic, quod illi spiritus stabant et movebantur, sicut quedam spere; erant quedam lumina rotunda in forma sperarum. Et ille anime lete effecte sunt sicut spere supra fixos polos (poli sunt puncta linearum terminantia eas; sicut sunt duo poli mundi, scilicet arcticus et antharticus, qui sunt puncta illius axis, idest lineae, super quam movetur primum mobile), flammeando, volute, idest converse, ad instar cometarum. Flam-

meando: idest scintillando. Nota quod cometa non est stella: quia quilibet stella est res incorruptibilis; cometa vero corrumpitur cito, raro unquam durat ultra mensem vel duos ad plus. Dicitur tamen ab aliquibus, quod tempore Mithridatis duravit sex mensibus; sed forte, si sit, non fuit semper una et eadem, sed fuerunt plures, una post aliam. Nam ille vapor, unde fit cometa, consumitur, parumper maturatur, et est vapor accensus, viscosus, adustus, et fit ab influentia diversorum planetarum, et ideo est diversi coloris, et sic significat diversos effectus; nam aliquando a Marte, aliquando a Saturno: semper tamen cometa est signum alicuius mali, vel stragis, sanguinis humani, vel mortis principum, vel occupationum civitatum; et sicut cometa faciebat alios radios, ita faciebant illi spiritus scintillando ibi.

Nota quod auctor ostendit in ista spera octava Ecclesiam triumphantem, propter hoc quod omnium influentie planetarum demirantur in illa, que dat omnes illas virtutes, sicut dictum fuit in secundo capitulo huius Paradisi. Etiam spera octava movetur et firmatur super duobus punctis terminantibus axem, etc. Nota quod in horologio sunt multi circuli, et unus movetur velocius alio, et alter adhuc velocius, etc.; et ille qui est propinquior centro, movetur tanto tardius quanto est centro ipsi propinquior; et quanto alius est remotior a centro et propinquior circumferentie, tanto velocius movetur. Ad istam similitudinem vel comparationem, describit auctor hic motum circularem istorum spirituum; et ille qui velocius movetur ille est beator, etc. Nota quod celum est horologium Dei, in quo sunt diverse spere. Et sicut circuli in temperamento horologiorum gyrantur, idest revolvuntur, ita quod primus, illi qui ponit mentem, idest bene intuenti, scilicet qui respicit illos, quietus apparet, scilicet ille circulus qui est vicinior centro, et ultimus quod volet, scilicet ille qui est remotior a centro; sic ille carole, idest anime beate (carola est vas, in quo tenentur et conservantur pretiosa, ut annuli, lapides pretiosi: ita ille anime erant vasa thesauri celestis, scilicet divine gratie, differenter tamen, ut dictum est), differenter tripudiando, de suis divitiis, idest gaudiis et gradibus divine glorie, me faciebant extimare ipsas veloces et leves, idest beatores et minus beatas.

- 7 Di quella ch'io notai di più bellezza
Vid' io uscir un fuoco sì felice,
Che nullo vi lassò di più chiarezza;
8 E tre fiate intorno a Beatrice
Si volse con un canto tanto vivo,
Che la mia fantasia non mel ridice;
9 Però salta la penna, e non lo scrivo,
Chè 'l nostro ymaginar a cotai pieghe,
Non che 'l parlar, è troppo color vivo.
10 O santa suora mia, che sì ne preghe
Devota, per lo tuo ardente affecto
Di quella bella spera mi disleghe.
11 Poscia fermato, el corpo benedecto
A la mia donna dirizzò lo spiro,
Che favellò così, com' io ho detto.
12 Et ella: O luce eterna del gran viro,
A cui nostro Signor lassò le chiavi
Che portò giù, di questo gaudio miro,
13 Tempta costui di punti lievi e gravi,
Come ti piace, intorno de la fede,
Per la qual tu su per lo mar andavi.
14 S'elli ama bene, bene spera e crede (1),
Non t'è occulto, perchè 'l viso hai quivi
Dov'ogni cosa dipinta si vede.

(1) bene.

Modo introducit auctor Sanctum Petrum, in cuius lumine vidit maiorem claritatem, quomodo velut maior ignis qui esset ibi et felicius: qui tribus vicibus gyravit circa Beatricem cum tam dulci cantu, quem ipse auctor nescit describere. De illa quam ego, scilicet carola, notavi pluris, idest maioris, claritatis, vidi ego exire unum focum, idest ignem, ita felicem, quod nullum ibi dimisit maioris claritatis, idest delectationis (iste fuit spiritus Sancti Petri); et tribus vicibus (idest ad honorem Trinitatis, vel trium virtutum theologicarum, de quibus debet examinari) se volvit circa Beatricem, cum uno cantu ita divo, quod mea fantasia illum michi non refert, idest non posset reminisci; ideo saltat penna, idest non describo, et illum non describo, quia ymago nostra ad tales plicas, nedum sermo, est nimis color vivus, idest non possum ymaginari, nedum scribere, illum tam dulcem cantum. Et hoc ostendit per talem comparisonem. Quando pictor vult facere figuram, si vult facere bene plicas unius vestimenti, non potest facere cum colore vivo, idest puro; sed utitur colore mixto, et misceat multos colores, que mistura facit unum colorem ita vivum sicut esset purus. Vult ideo dicere, quod ille cantus fuit ita profundus, quod non posset describi ullo modo.

O sancta soror mea. O sancta suora mia: hec est secunda pars huius capituli, in qua apparet quomodo Beatrix rogavit Sanctum Petrum, ut eum de fide et etiam de spe

- 7 De illa quam ego notavi pluris claritatis
Vidi ego exire unum focum ita felicem,
Quod nullum ibi dimisit maioris claritatis;
8 Et tribus vicibus se volvit circa Beatricem
Cum uno cantu ita divino,
Quod mea fantasia illum michi non refert;
9 Ideo saltat penna, et illud non describo,
Quia ymago nostra ad tales plicas,
Nedum sermo, est nimis color vivus.
10 O sancta soror mea, que sic me deprecaris
Devota, propter tuum ardentem affectum
Ab illa pulchra spera me dissolvit.
11 Postea firmatus, focus benedictus
Ad meam dominam direxit spiramen,
Quod loquutum fuit sic, sicut est dictum.
12 Et ipsa: O lux eterna grandis viri,
Cui noster Dominus dimisit claves
Quas ipse portavit infra, ab isto gaudio miro,
13 Tempta istum de punctis levibus et gravibus,
Sicut tibi placet, circa fidem,
Pro qua tu supra mare ibas.
14 Si ipse amat bene, et bene sperat et credit,
Non est tibi occultum, eo quod visum habes ibi
Ubi omnis res depicta videtur.

et caritate [interrogaret]; et bene cap[itu]l[um]at benivolentiam a Beatrice, vocans ipsam sororem. O sancta soror mea, que me sic deprecaris devota (vocat eam sororem, quia ab eodem patre processerunt), propter tuum ardentem affectum, idest propter amorem tuum, ab illa pulchra spera, idest ab illa societate spirituum qui sunt in modum sperere, me dissolvit. Qui postea firmatus focus benedictus, idest spiritus Sancti Petri, quia non plus circuibat cum sotiis, ad meam dominam direxit spiramen, idest spiritum sermonis, quod loquutum est ita.

Iam Beatrix replicat Sancto Petro, etiam loquendo grate et captando benivolentiam, dicens: et ipsa, scilicet dixit: O lux eterna grandis viri (idest anima Sancti Petri, que eternaliter lucet), cui noster Dominus dimisit claves (scilicet Christus, quando dixit, Tibi dabo claves celorum) quas, scilicet claves, ipse, scilicet Christus, portavit infra, idest in mundo, ab isto gaudio miro, idest de celo, tenta istum, scilicet Dantem, de punctis levibus et gravibus, idest difficultatibus theologicis, sicut tibi placet, circa fidem, pro qua tu supra mare ibas, idest super aquas maris Galilee. Idest, interroga eum de tribus virtutibus theologicis, fide spe et caritate.

Si ipse amat bene; ecce de caritate: et bene sperat; ecce de spe: et bene credit; ecce de fide. Quasi dicens: Quia

- 15 Ma perchè questo regno ha facti civi
Per la verace fede, a gloriarla,
Di lei parlar è buon ch'a lui arrivi.
16 E come 'l baccellier s'arma, e non parla,
Finchè 'l maestro la question propone,
Per aiutarla, e non per terminarla;
17 Così m'armava io d'ogni ragione,
Mentre ch'ella dicea, per esser presto
A tal querente et a tal profexione.
18 Di', buon chrystiano, facci manifesto
Fede che è? Ond'io levai la fronte
In quella luce onde spirava questo.
19 Poi mi volsi a Beatrice, et ella prompte
Sembianze femmi, perch'io spandessi
L'acqua di fuor del mio interno fonte.
20 La gratia che mi dà ch'io mi confessi,
Comincia'io, dell'alto primo pilo,
Faccia li miei concepti esser espressi.

tu fuisti fundamentum Ecclesie, et tenes claves celi, cuius gaudium Christus tulit in terram, ideo tenta, proba, eum et examina, sicut tibi placet: idest non oportet quod ego dem tibi normam interrogandi; non est tibi occultum, eo quia visum habes ibi, idest faciem ad illum locum, ubi omnis res depicta videtur: idest, omnia vides in isto speculo, idest in Deo.

Modo assignat causam, propter quam vult quod ipse examinet auctorem. Primo, quia expediebat propter perfectionem: secundo, quia auctor bene perpendebat quod multi conarentur diffamare opus istud, dicentes quod est contra fidem, etc.: igitur fuit bonum quod hic faceret talem digressionem et tractaret de fide, etiam ut relinqueret bonum exemplum, maxime hiis qui non capiunt sermonem poeticum et figuratum ideo ex invidia diffamarent tale opus. Nam auctor fuerat Parisius in bona fama, et disputabat ibi de quolibet in tantum acceptabiliter, quod ab omnibus putabatur non habere similem in mundo. Ideo, quod fides glorificetur ex ista Scriptura; et quia vox spiritus, Qui estis hic, exaltati estis propter fidem principaliter; ideo dicit textus: Sed quia istud regnum vos facit vivos propter veracem fidem, ad glorificandum ipsam, scilicet fidem, de ipsa loqui est bonum quod ad illum arrives, idest attingas.

Modo ponit auctor quomodo se disponebat se, hiis auditis. Nota quod in scolis universitatum solemnius, sicut est Parisius et Oxoniis et Cantabrigie, aliquando magister et doctor theologus proponit questionem bachelario doctorando, non propter determinare tunc questionem, sed propter examinare bachelarium et probare questionem; et tunc bachelarius, audiens doctorem ponentem questionem, interdum armat se et providet sibi tacens, ut

- 15 Sed quia istud regnum vos fecit vivos
Propter veracem fidem, ad glorificandum ipsam,
De ipsa loqui est bonum quod ad illum arrives.
16 Sicut bachelarius se armat, et non loquitur,
Quousque magister questionem proponit,
Propter approbare illam, non propter determinare;
17 Sic me armabam ego de omni ratione,
Interim quod ipsa dicebat, ut essem promptus
Ad talem questionem et ad talem professionem.
18 Dic, bone christiane, fac te manifestum;
Fides quid est? Unde ego levavi frontem
In illam lucem unde spirabat istud.
19 Postea me volvi ad Beatricem, et ipsa promptas
Similitudines fecit michi, ut ego expanderem
Aquam extra meum internum fontem.
20 Gratia que michi dat quod ego confitear,
Incepi ego, ab alto primo polo,
Faciatis meos conceptos bene expressos.

habeat vires ad respondendum argumentis faciendis in oppositum. Sic faciebat hic Dantes, auditis verbis Beatricis. Sicut bachelarius se armat, idest providet sibi, et non loquitur, quousque magister questionem proponit, propter approbare illam, non propter determinare; sic me armabam ego, idest preparabam, de omni ratione, interim quod ipsa dicebat, ut essem promptus, idest paratus, scilicet respondere, et haberem paratas rationes ad interrogata et argumenta in oppositum facienda ad talem questionem, idest ad talem professionem. scilicet ad materiam Sacre Theologie.

Tunc Sanctus Petrus inquit: O bone christiane, tu qui es theologus magnus, dic quid est fides? dic, bone christiane, fac te manifestum: fides quid est? Unde ego elevavi frontem in illam lucem, scilicet Sancti Petri, unde spirabat istud, idest unde veniebant verba ista.

Postea me volvi ad Beatricem, idest recurri, et ipsa promptas similitudines fecit michi, ut ego expanderem verba, idest proferrem verba, extra meum internum fontem, idest extra proferrem materiam de mea intentione mentali. Idest, Beatrix me licentiauit, quod ego responderem examinatori meo et cum nutibus et signis, et precatur Deum ut det sibi gratiam benedicendi, cum inquit: Gratia que michi dat, quod ego confitear, idest quod ego exprimam quid sentio de fide, incepi ego, scilicet Dantes, loqui, ab alto primo polo, idest Deo, qui est primus polus altissimus, faciat meos conceptus bene expressos; idest, concedat michi quod possim bene exprimere voce omnia que mente concepi. Nam aliquando sic accidit, quod aliquis mente concepit bene aliquas res, et tamen non scit bene exprimere voce foris.

- ²¹ E seguitai: Come 'l verace stilo
Ne scripse, ⁽¹⁾ padre, del tuo caro frate ⁽²⁾,
Che misse teco Roma nel buon filo,
²² Fede è substantia di cose sperate,
Et argomento delle non parventi;
E questa par a me sua quidditate.
²³ Allora udi' ⁽³⁾: Dirittamente senti,
Se ben intendi perch' ella si pose
Tralle substantie, e poi tra gl'argomenti.
²⁴ Et io appresso: Le profonde cose,
Che mi largiscon qui la lor parvenza;
Agl'ochi di laggiù son sì nascose,
²⁵ Che l'esser loro v'è ⁽⁴⁾ 'n sola credenza,
Sopra la qual si fonda l'alta spene,
E però di sostanza prende intenza ⁽⁵⁾.
²⁶ E da questa credenza ci conviene
Sylogizar, senz'haver altra vista ⁽⁶⁾;
Però intenza ⁽⁷⁾ d'argomento tiene.

(¹) o — (²) Paolo — (³) udii — (⁴) est ibi — (⁵) intentione — (⁶) ragione evidente — (⁷) intentione e forza.

Et sequutus fui, scilicet in dicendo: Sicut verax stilus nobis scripsit, o pater, scilicet Sancte Petre, tui cari fratris, scilicet Sancti Pauli, qui misit, idest posuit, tecum Romam in bono filo; idest stilus, sive doctrina, Sancti Pauli, qui fuit tecum ad convertendum Romam ad Christianismum; nam uterque istorum, scilicet Sanctus Petrus et Paulus mortui sunt pro fide, et ipsi bene posuerunt Romam in bono stilo, idest in bona et recta via.

Modo ponit auctor definitionem, iuxta, nedum sententiam, sed etiam propria verba Sancti Pauli, scripta in principio undecimi capituli Epistole ad Hebreos, ubi sic scribitur: Fides est substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentium, vel [non] apparentium rerum; scilicet fides est substantia rerum sperandarum et argumentum illarum non apparentium; et ista apparet michi sua quidditas. *Quidditas*: idest definitio. Nam diffinitio quid rei, a philosophis appellatur quidditas, ut patet in Metaphisicis, etc.: idest ille sermo per quem bene respondetur ad interrogationem factam per quid, dicitur definitio quid rei, sive quidditas rei.

Tunc, scilicet me sic dicente, audiui, scilicet dici, ego: Recte sentis, si bene intelligis quare ipsa respondit, idest quare responderet ponitur, inter substantias, et postea inter argumenta: idest quare isti termini, inter substantias et argumenta, idest substantia et argumentum, ponuntur in diffinitione ipsius fidei. Lege sic: Tu recte sentis de diffinitione fidei, si tu bene intelligis quare, scilicet Sanctus

- ²¹ *Et secutus fui: Sicut verax stilus*
Nobis scripsit, pater, tui cari fratris,
Qui misit tecum Romam in bono filo,
²² *Fides est substantia rerum sperandarum,*
Et argumentum illarum non apparentium;
Et ista apparet michi sua quidditas.
²³ *Tunc audiui ego: Recte sentis,*
Si bene intelligis quare ipsa respondit
Inter substantias, et postea inter argumenta.
²⁴ *Et ego prope: Profunde res,*
Que michi largiuntur hic earum apparentiam,
Oculis inferioribus sunt ita absconse,
²⁵ *Quod esse earum est ibi in sola credulitate,*
Supra qua fundatur alta spes;
Et ideo de substantia apprehendunt intensam.
²⁶ *Ab ista credulitate nos oportet*
Sillogizare, sine habenda alia visione;
Ideo intentionem argumenti tenet.

Paulus, diffiniendo fidem, reposuit eam inter substantias et argumenta.

Et ego prope, scilicet ista dicta Petri, scilicet dixi: Profunde res, que michi largiuntur, idest dant, hic, scilicet in celo, earum apparentiam, quia apparent michi hic, et illas video oculis inferioribus, idest in mundo existentibus, sunt ita, idest tantum, absconse, quod esse earum est ibi, scilicet in terris, in sola credulitate, idest in solo credere, super qua, scilicet credulitate, fundatur alta spes; et ideo de substantia apprehendunt intensam, idest intentionem.

Notandum est, quod in omni bona diffinitione ponitur genus, quasi loco substantie; et differentie, quasi loco accidentium. Nam diffinitio constat ex genere et differentiis. Modo nulli dubium est, quod substantie sustinent accidentia, idest quod accidens non stat sine subiecto; sed non e converso: ergo sic est quod fides est substantia, idest firmitudo, mira certitudo, rerum sperandarum; et illa certitudo non est scientia, quia tunc non esset fides. Res que sunt in celo certe et apparentes certitudinaliter, sunt, in mundo inferiori, in sola credulitate, super qua fundatur alta spes rerum que non apparent, scilicet in mundo inferiori; ideo ponitur in diffinitione fidei substantia: sed hoc non oportet probare, sed solum credere auctoritatibus Sanctorum, Sacre Scripture, sine visione oculata; et ideo argumentum ponitur in diffinitione fidei. Ideo dicitur: Et ab ista credulitate, idest ab isto credere, nobis convenit, idest nos oportet, syllogizare sine habenda alia visione; ideo intentionem argumenti tenet; ideo sola credulitas est essentia super qua fundatur spes, etc.

- ²⁷ Allora udi' ⁽¹⁾: Se quantunque s'acquista
Giù per doctrina fusse così inteso,
Non li haria luogo ingegno di sophysta.
²⁸ Così spirò da quello amore acceso;
Indi subiunxe: Assai ben è transcorsa
D'esta moneta già la leglia e 'l peso.
²⁹ Ma dimmi se tu l'hai ne la tua borsa.
Ond'io ⁽²⁾: Sì ho, ⁽³⁾ sì ⁽⁴⁾ lucida e sì tonda,
Che nel suo conio nulla mi s'inforza ⁽⁵⁾.
³⁰ Appresso uscì della luce profonda
Che li splendeva: Questa cara gioia,
Sopra la qual ogni virtù si fonda,
³¹ Onde ti venne? Et io: La larga ploia
Dello Spirito Sancto, ch'è diffusa
In su le vecchie ⁽⁶⁾ e 'n su le nuove ⁽⁷⁾ [⁽⁸⁾ chuoia ⁽⁹⁾].
³² È el sylogismo, che me l'ha conchiusa
Acutamente sì, che 'nverso d'ella
Ogni ⁽¹⁰⁾ demonstration mi par obtusa.
³³ Io udi' poi: L'antica ⁽¹¹⁾ e la novella ⁽¹²⁾
Proposition ⁽¹³⁾ che così ti conchiude,
Perche l'hai tu per divina favella?
- ²⁷ *Tunc audiui: Si quantumcumque acquiritur*
Inferius per doctrinam esset ita intellectum,
Non haberet ibi locum ingenium sophiste.
²⁸ *Sic spiravit ab illo amore accenso;*
Inde subiunxit: Satis bene est transcorsa
Istius monete iam liga et pondus.
²⁹ *Sed dic michi si tu habes illam in tua bursia.*
Unde ego: Ita habeo, sic lucidam et ita rotundam,
Quod in suo cuneo nihil michi in forsan ponitur.
³⁰ *Prope hoc exivit de illa luce profunda*
Que ibi splendebat: Istum carum iocale,
Super quo omnis virtus fundatur,
³¹ *Unde tibi venit? Et ego: Larga pluvia*
Spiritus Sancti, que est diffusa
Super veteribus et novis coriis,
³² *E[st] syllogismus, qui michi illam conclusit*
Acute sic, quod respectu illius
Omnis demonstratio appareret michi obtusa.
³³ *Ego audiui postea: Antiquam et novellam*
Propositionem que sic tibi concludit,
Quare habes tu illam pro divina loquela?

(¹) udii — (²) risposi — (³) habeo — (⁴) ita — (⁵) m'he in forse — (⁶) veteris Testamenti — (⁷) novi Testamenti — (⁸) carte — (⁹) altra — (¹⁰) antiquum — (¹¹) et novum — (¹²) Testamentum.

Tunc audiui: Si quantumcumque acquiritur inferius per doctrinam, esset ita in intellectu, idest ita bene intelligeretur, non haberet ibi locum ingenium sophiste.

Sic spiravit ab illo amore accenso, idest sic fuit dictum; inde subiunxit, scilicet Sanctus Petrus: Satis bene est transcorsa istius monete iam liga et pondus. Quasi diceret: Optime respondisti, et bene ostendisti essentiam fidei. Omnis bona moneta debet esse cum liga et certo pondere et signo, et sine hiis moneta non esset bona: ita si diffinitio quid rei definite, non haberet genus et differentias et omnia requisita, non esset bona.

Et quia sunt nonnulli, qui bene sciunt quid sit fides, et sciunt bene docere alios, sed non operantur secundum fidem, que sine operibus bonis mortua est, nec faciunt ea que dicunt, et sunt similes gallo, qui bene cantat et male raspat; ideo Sanctus Petrus, postquam audiuit Dantem bene diffinire fidem, et diffinitionem bene declarare, interrogat eum, si ipsam fidem habet bene in bursa sua, idest in mente sua et opere, dicens: Sed dic michi, si tu habes illam, scilicet fidem, in tua bursa, idest in tua mente. Unde ego, scilicet respondens, dixi: Ita habeo, ita lucidam et ita rotundam, quod in suo cuneo nihil michi in forsan ponitur, idest nullo modo de ipsa dubito, imo sum certus.

Prope hoc exivit de illa luce profunda, que ibi splendebat: Istud carum iocale, scilicet fides, super qua omnis virtus fundatur, quia sub fide fundatur omnis virtus: nam sine fide nemo potest Deo placere (ad Hebreos undecimo); nulla virtus proficit sine fide. Et subiunxit Sanctus Petrus: Unde tibi venit, idest unde habuisti fidem istam? Et ego, supple dixi: Larga pluvia Spiritus Sancti, que est diffusa super veteribus et super novis coriis, idest super veteri et novo Testamento, quam pluviam, scilicet Sacram Scripturam, didici, sicut melius potui, diffusam in diversis partibus Bible (*coriis*, idest cartis), e[st] syllogismus, qui michi illam, scilicet fidem, concludit acute, idest fixe, ita quod respectu illius omnis demonstratio michi apparet obtusa. Idest: ita perfecte credo, quod omnis res que demonstratur per rationem naturalem plus cl[ar]a, michi videtur obscura, respectu firmitatis huius fidei.

Ego audiui postea, scilicet ab illo spiritu: Antiquam et novam propositionem, que sic tibi concludit, quare habes tu illam pro divina loquela? idest, quomodo scis tu quod illa Scriptura sit Scriptura Spiritus Sancti? Idest, unde habes quod sit doctrina Dei et non sit una fictio? Grandis pluvia Spiritus Sancti est Testamentum antiquum; minor pluvia est Testamentum novum, quod est multo minus veteri, ut patet in Biblia.

- ³⁴ Et io: (¹) La prova, che 'l ver mi dischiude,
Son l'opere seguite (²), a che (³) natura
Non scalda ferro mai, nè batte ancude.
- ³⁵ Risposto fummi: Di' (⁴), chi t'assicura
Che quell'opere fosser? (⁵) Quel medesimo
Che vuol provarsi, non altri, tel giura.
- ³⁶ Se 'l mondo si rivolse al Chrystianesimo,
Diss'io, senza miracoli, quest'uno
È tal, che gl'altri non son el centesimo;
- ³⁷ Chè tu entrasti povero e digiuno
In campo, a seminar la buona pianta,
Che fu già vite, et hor è fatto pruno.
- ³⁸ Finito questo, l'alta corte sancta
Risonò per le spere: Un Dio laudiamo (⁶),
Ne la melode che lassù si canta.
- ³⁹ E quel Baron che sì di ramo in ramo,
Examinando, già tracto m'havea,
Che all'ultime fronde appressavamo,
- ³⁴ Et ego: *Probatio, que michi verum dissolvit,
Sunt opera sequuta, ad que natura non
Calefecit ferrum unquam, nec percussit incudem.*
- ³⁵ *Responsum fuit michi: Dic, quid te securat
Quod illa opera essent illud idem
Quod probat illud, si alius tibi non iuret.*
- ³⁶ *Si mundus convertit se ad Christianismum,
Dixi ego, sine miraculis, hoc est unum
Et tale, quod alia non sunt centesimum;*
- ³⁷ *Quia tu intrasti pauper et ieiunus
In campum, ad seminandum bonam plantam,
Que fuit iam vitis, et nunc est facta dumus.*
- ³⁸ *Finito hoc, alta curia et sancta
Resonuit per speras: Unum Deum laudamus,
In melodia que ibi superius laudatur.*
- ³⁹ *Et ille Baro qui sic de ramo in ramum,
Examinando, iam traxerat me,
Quod ultimis frondibus appropinquabamus,*

(¹) risposi — (²) e miracoli — (³) a le quali opere — (⁴) dicas — (⁵) facte e vere — (⁶) te Deum laudamus.

Et ego, scilicet, dixi: *Probatio, que michi verum dissolvit, idest discooperit, sunt opera sequuta, ad que natura non calefecit ferrum unquam, nec percussit incudem.* Ista sunt opera, que natura nullo modo per se posset facere, sicut suscitare mortuos et illuminare cecos, etc. Metaphora bona est, scilicet quod natura non calefacit ferrum, nec percussit incudem, idest non operatur nec posset talia operari.

Responsum michi fuit: Dic, quid te securat quod illa opera essent illud idem, quod probat illud, si alius tibi non iuret? Replicavit hic Sanctus Petrus, sicut cotidie fit. Vidisti unquam aliquem cecum illuminari, aut mortuum suscitari, si alius tibi non iurat? Idest quasi dicens: Quis affirmat tibi, nisi alius iuret? Quia de natura iuramenti est facere fidem.

Respondet auctor: *Si mundus convertit se ad Christianismum, dixi ego, scilicet auctor, sine miraculis, hoc est unum et tale, quod alia non sunt centesimum, idest centesima pars.* Quasi dicat: Tu dicis, per me scilicet, quod totus mundus quasi sit conversus ad Christianismum sine aliquo miraculo; nam hoc est maius mirum, quod unquam fuerit, seu esse poterit, seu posset: omnia mira simul sumpta non equarentur solo huic. Nota quod meo videre tres sunt secte principales: Hebraica, Machometi et Christiana. Inquiramus, secundum scripturas earumdem, que est laudabilior aliis. Numquid secta Machometi? Non certe, quia pexime fundata, quoniam multa turpia, inhonesta et inconvenientia in ipsa reperiuntur. Evangelicà nihil male, nihil turpe, nihil inhonestum precipit nec permittit. Lex Machometi concedit tot uxores et multa delectabilia et consona sensualitati; ideo multum ampliata est et habet

longam caudam. De Hebraea dicemus quid? nam melius esset esse canem, quam esse Iudeum. Nam Plinius, magnus philosophus, scribens Traiano Imperatori, qui inducebat eum ut prosterneret ecclesias Christianorum, respondet quod nihil invenit in eis nisi sanctum et bonum, et per hoc revocavit eum a malo proposito. Quere que gentes in toto mundo sunt et fuerunt valentiores. Certe fuerunt Greci et Latini, in moribus, in armis, et in sapientia et in scientiis; et tamen in istis crevit, fuit et est fides christiana: sed perdita est in illis gentibus, que semper fuerunt viles et tristes, sicut ille de Arabia, India, Egipto, de quibus omnes illustres viri pagani trufantur. Inspiciantur Iuvenalis, Seneca, etc.

Quia tu intrasti pauper in campum ad seminandum bonam plantam, que fuit iam vitis, et nunc est facta dumus. Quasi dicat: Tu, Petre, non violentanter, sive violenter, vel fraudolenter, potuisti facere illam fidem, que est fertilis vitis, licet sit lambrusca, idest silvestris vitis, propter defectum modernorum pastorum.

Finito hoc, alta curia. Finito questo, l'alta corte: hec est quarta pars huius capituli, in qua auctor ponit, quomodo tota curia istorum spirituum laudavit Deum, et quomodo Sanctus Petrus approbavit dicta ipsius auctoris et responsiones. Finito hoc, alta curia et sancta resonuit per speras, idest sonus illarum sperarum auditus fuit, qui sonus dicebat: Unum Deum laudamus; in melodia que ibi superius laudatur.

Et ille Baro, qui sic de ramo in ramum, idest de passu in passum, sive de parte in partem, examinando, iam

- ⁴⁰ Ricominciò: La gratia che donnèa
Co' la tua mente, la bocha t'aperse
Infin a qui, sì come aprir dovea;
- ⁴¹ Sì ch'io approvo ciò che fuor emerse;
Ma hor convien exprimer quel che credi,
Et onde [al]la credenza tua s'offerse.
- ⁴² O sancto padre e spirito, che vedi
Ciò che credesti sì, che tu vincesti
Ver lo Sepolchro più giovani piedi,
- ⁴³ Comincia'io, tu vuo' ch'io manifesti
La forma qui del prompto credere mio,
E anco la cagion di lui chiedesti.
- ⁴⁴ Et io rispondo: Ch'io credo in un Dio
Solo et eterno, che tutto 'l ciel move,
Non moto, con amore e con desio;
- ⁴⁵ Et a tal credere no[n] ho io pur prove
Physiche e metaphysiche, ma dalmi
Anche la verità che quinci piove
- ⁴⁶ Per Moysè, per Propheti, e per Psalmi,
Per l'Evangelio, e per voi che scrveste,
Poi che l'ardente Spirto vi fece almi;
- ⁴⁷ E credo in tre Persone eterne, e queste
Credo una essentia sì una e sì trina,
Che soffera coniuncto Sono et Este.
- ⁴⁰ *Reiteravit: Gratia que dominatur
Cum tua mente, os tibi aperuit
Usque nunc, sicut aperiri conveniebat;*
- ⁴¹ *Ita quod approbo quidquid foris emersit;
Sed nunc convenit exprimere illud quod credis,
Et unde ad tuam credulitatem hoc provenit.*
- ⁴² *O sancte pater et spiritus, qui vides hic
Quidquid credidisti ita, quod tu vicisti
Versus Sepulchrum iuniores pedes,*
- ⁴³ *Incepi ego, tu vis quod ego manifestem
Formam hic prompti credere mei,
Et etiam causam illius quesisti.*
- ⁴⁴ *Et ego respondeo: Quod ego credo in unum Deum
Solum et eternum, qui totum celum movet,
Non motus, cum amore et desiderio;*
- ⁴⁵ *Et ad tale credere non habeo solum probationes
Phisicas et methaphisicas, sed dat michi
Etiam veritas que hinc pluit*
- ⁴⁶ *Per Moysen, per Psalmos, et per Prophetas,
Per Evangelium, et per vos qui scripsistis,
Postquam ardens Spiritus vos fecit almos.*
- ⁴⁷ *Et credo in tres Personas eternas, et istas
Credo unam essentiam ita unam et ita trinam,
Quod sufferunt coniuncte Sunt et Est.*

traxerat me, scilicet in tantum, quod ultimis frondibus, idest particulis, tangendis appropinquabamus, reiteravit, idest reincepit: Gratia, que dominatur cum tua mente, os tibi aperuit usque nunc, sicut aperiri conveniebat, idest oportebat, idest fecit te cognoscere bene et loqui, ita quod approbo quidquid de foris emersit: sed nunc convenit, idest oportet, exprimere illud quod credis (idest magis in speciali, quia generalia non dilucidant) et unde ad tuam credulitatem, idest ad credere tuum, hoc pervenit.

O sancte pater, respondet auctor Sancto Petro, et spiritus, qui vides hic id quod credidisti, scilicet quando eras in terra, ita quod tu vicisti versus sepulchrum iuniores pedes (hoc non videtur fore verum, quia Ioannes, qui erat iuvenis, precessit Petrum; ideo dicitur in Evangelio: Et ille alius discipulus cucurrit citius Petro. Dicendum, quod licet Ioannes prevenerit Petrum, tamen non introivit in Sepulchrum ante Petrum, sed e converso; vel aliter, quod Petrus affectionaliter precessit Ioannem; quasi dicatur: Ioannes non ivit ita cito cum pedibus, sicut Petrus cum affectione), incepi ego, scilicet loqui, tu vis quod ego manifestem formam hic prompti credere mei, idest fidei mee, et etiam causam illius quesisti, idest petivisti.

Et ego respondeo, quod ego credo in Deum solum et eternum (quia solum est unus Deus, qui est eternus), qui totum celum movet, non motus (Exodi capitulo scribitur,

Ego sum Dominus Deus tuus qui non mutor: et Boetius, De consolatione libro tertio, cantu nono, *Stabilisque manens, dans cuncta moveri*), non motus, cum amore et cum desiderio; qui non habuit principium, nec finem habebit. Celum movetur propter amatum et desideratum, non ex necessitate: idest Deus facit quod intelligentie movent propter amatum et desideratum, quia intelligentie moventes amant Deum et desiderant illi placere. Et ad tale credere non habeo ego solum probationes phisicas et metaphisicas (nam tertio Phisicorum concluditur, Deus motor primus; et in secundo Methaphisice, Quod est unus, est princeps); sed dat michi hoc, idest credere, etiam veritas que hic pluit, scilicet Scriptura divina, per Moysen, per Prophetas, per Psalmos, per Evangelium, et per vos qui scripsistis, scilicet Epistolas canonicas, postquam ardens Spiritus vos fecit almos, idest stabiles, intrepidos, et scientes omnia, supple, que sunt de necessitate salutis; idest, postquam Spiritus Sanctus replevit vos.

Et credo in tres Personas eternas, et istas credo unam essentiam ita unam et ita trinam, quod sufferunt coniuncte Sunt et Est: ita quod persona tertia presentis temporis verbi substantivi, singularis numeri, verificatur de Deo, de essentia divina; et etiam tertia persona eiusdem verbi, eiusdem modi et temporis, pluralis numeri, verificatur de tribus personis; dicendo tres persone sunt, et etiam dicendo tres persone sunt unus Deus, et unus Deus est tres persone.

48 Della profonda conduction divina,
Ch'io tocco mo, la mente mi sigilla
Più volte l'evangelica doctrina.
49 Quest'è il principio, quest'è la favilla
Che si dilata in fiamma poi vivace,
E, come stella in cielo, in me scintilla.
50 Come 'l signor ch'ascolta quel che i piace,
Da indi abbraccia 'l servo⁽¹⁾, gratulando
Per la novella⁽²⁾, tosto⁽³⁾ che 'l si tace;
51 Così, benedicendomi cantando,
Tre volte cinse me, com'io mi tacqui,
L'appostolico lume, a cui comando⁽⁴⁾
Haveva⁽⁵⁾ decto; sì nel dir li piacqui.

(¹, suo — ²) narrata — (³, subito — (⁴) comandamento — (⁵) io Dante.

A profunda cognitione divina, quam habeo tecum, idest teneo, mentem michi sigillat pluries evangelica doctrina.

Istud est principium, ista est favilla que dilatatur, idest crescit, in flammam post vivacem, et, sicut stella in celo, in me scintillat.

48 De profunda cognitione divina,
Quam habeo tecum, mentem michi sigillat
Pluries evangelica doctrina.
49 Istud est principium, ista est favilla;
Que dilatatur in flammam postea vivacem,
Et, sicut stella in celo, in me scintillat.
50 Sicut dominus qui auscultat id quod sibi placet,
Deinde amplectitur servum, gratulando
Propter novum, statim quod ipse tacet;
51 Sic, benedicendo michi cantando
Tribus vicibus cinxit me, statim quod ego tacui,
Apostolicum lumen, ad cuius mandatum
Ego dixeram; ita in dicere sibi placui.

Modo per comparationem talem declarat auctor, quid fecit Sanctus Petrus, hiis auditis. Sicut dominus, qui auscultat id quod sibi placet, deinde amplectitur servum, gratulando propter novum, supple dictum ab ipso servo, statim quod ipse tacet; sic, benedicendo michi cantando, tribus vicibus cinxit me, statim quod tacui, apostolicum lumen, Sancti Petri, ad cuius mandatum ego dixeram: ita in dicere, idest in dicendo, sibi placui.

Divinamente bello è l'ordine intero di verità, che in Dio si sostanzia, da lui raggiata ed in lui posa, specchiandosi nella creazione con tal processo, che nelle creature più lontane dalla perfezione si sparge e diversifica in una molteplicità di nature e di sostanze quasi senza fine, e nello stesso tempo sempre maggiormente si raccoglie a unità, secondo che più si avvicina all'unità semplicissima ed infinita, che è termine d'ogni ideale e reale perfezione. Questo convergere all'unità, secondo che ci leviamo in alto, e che nella natura sensibile ci si mostra come simboleggiato nei monti, i quali a forma piramidale si levano verso il cielo, e il cui sommo pare ed è un punto solo; questo convergere, diciamo, all'unità, che ci si appalesa nel creato visibile, trova un mirabile riscontro nel mondo interno dell'anima, nel cielo del pensiero, dove in un atto supremo, fede e ragione, evidenza e mistero, intelligenza e volontà, naturale e soprannaturale, cognizione volgare e scienza, arte e natura, formano un atto solo, che le comprende tutte, distinte ed unite nell'indivisibile semplicità dello spirito; atto che insieme è specchio della sapienza del popolo, della sapienza dei dotti e dell'infinita sapienza di Dio. Se non che non tutti vogliono (e diciamo pensatamente *cogliono*), consentire a questa sentenza, pur professata da segnalate intelligenze, le quali profondissimamente si addentrarono a speculare nelle misteriose intimità dell'umano spirito, e di qua e di là vanno cercando argomenti onde persuadere sé stessi ed altrui dell'incompatibilità di alcuni di questi termini, specie la fede e la ragione, fiori entrambe della natura sposata al suo divino Fattore. Eppure l'esperienza mentale di ciascun di noi, il comune sentire di molti grandi pensatori, il comune linguaggio degli uomini e quello altresì della Chiesa, ed infine gli argomenti addotti in opposto, convergono per guise diverse, e secondo diversi aspetti, nel concetto nostro; concetto unico, che corrisponde al concetto di scienza nella vera sua significazione.

Leggiamo i seguenti versi del nostro Poeta.

..... Credo in uno Dio
Solo ed eterno, che tutto il ciel muove,
Non moto, con amore e con desio;
Ed a tal creder non ho io pur prove
Fisiche e metafisiche, ma dalmi
Anche la verità che quinci piove
Per Moisé, per Profeti e per li Salmi
Per l'Evangelio, e per voi che scriveste
Perchè l'ardente Spirto vi fece almi.

Chi non vede in essi la sentenza nostra, dipoi approvata solennemente al Poeta da Pietro, il quale tanto se ne compiacque che per tre volte se lo strinse al seno? Ed è la sentenza del Serafico Dottor San Bonaventura e della sua scuola. Egli, dopo aver mostrato che la fede è atto di intelletto e atto di volontà, atti che poi si partono, ma in principio si uniscono in radicale unità (*Sent.* III, Dis. XXIII, art. II, p. II), insegna (*Ibid.* Dis. XXIV, art. II, p. III) che la fede in Dio non esclude punto la scienza che si ha di lui per fisiche e metafisiche dimostrazioni, *sicut per experientiam patet*. E ne dà questa ragione profondissima, che cioè, se per comune consenso non è possibile atto di fede, a cui non si accompagni raggio di razionale conoscimento, da che la fede sia ossequio di ragione, e quindi debba essere ragionevole; non è men vero che nello stato presente niuna verità lampeggia di così intera evidenza allo spirito, da ottenerne di necessità l'assentimento. Difatti, non vi è verità che non sia stata negata, come fin da'suoi tempi affermava Cicerone, e come noi per cotidiana esperienza ne siano ammaestrati.

Come mai ciò? La ragione sta in questo, che libero nella sua essenza è lo spirito umano, e può pertanto ripugnare ad ogni evidenza, restringendosi in sé stesso, oppure confondendo la naturale cognizione così, che la bella e nativa luce ne resti offuscata. Quindi il bisogno di tenere ordinato il cuore, da cui nascono le perturbatrici procelle, e quindi la possibilità, anzi la necessità, che la fede accompagni la conoscenza; affinché l'autorità del volere che comanda il consentire, non turbi il cielo sereno dell'anima e non faccia svanire la stessa cognizione. E questo tanto maggiormente è necessario, quanto più poggiamo in alto e ci volgiamo a Dio, regola suprema così del nostro pensare come dell'operare; la cui ricognizione ha influenza sostanziale, principalissima e suprema, su tutto l'uomo; affinché conoscere e volere procedano armonici, compatti e pieni al conseguimento della verace perfezione.

Pertanto ci pare stranissimo che mentre lo spirito umano non mai si come oggi miro in tutte cose all'unità (diciamo un'unità suprema, a cui mira per necessità di natura); ci pare stranissimo, diciamo, che alcuni non vogliano riconoscerla in Dio, fuori del quale riuscirà sempre impossibile il ritrovarla. Mirare all'unità suprema è mirare all'infinito, e l'infinito non può essere che Dio.



CAPITULI VICESIMIQUINTI SUMMARIUM

In isto vicesimoquinto capitulo, quod incipit: *Si unquam contingat*, auctor ponit quomodo Sanctus Iacobus apostolus, propter quem in terra a peregrinis visitatur Gallitia, examinavit eum de spe. Cui auctor confessus est, quod spes est certa expectatio glorie, quam divina gratia producit et meritum precedens; fassus est se habere ipsam spem; fassus est quomodo acquisivit eam ex verbis Psalmiste dicentis, Sperent in te qui noverunt nomen tuum, quoniam non derelinquis querentes te, Domine, et etiam ipse Sanctus Iacobus in sua Epistola canonica ostendit ei spem. Confessus est auctor, quod spes promittit sibi in resurrectione duplam vestem; et quod ad ipsam confortarunt eum verba Sancti Ioannis in Apocalypsi, ubi dicitur de stolis albis. Demum in fine capituli huius supervenit Sanctus Ioannes Evangelista tam splendidus, quod si

Cancer, signum in celo, haberet unum tam lucidum cristallum, mensis decembris haberet unam diem que duraret per totum mensem. Tunc Beatrix dixit auctori: Hic est ille, qui iacuit supra pectus nostri Pellicani. Et tunc Sanctus Ioannes declaravit auctori quomodo corpus suum redactum est in cineres sicut alia corpora humana, et quomodo solum corpus Christi et Virginis Marie resuscitata sunt in celo. Et tantus fuit splendor procedens a Sancto Ioanne, quod oculi Dantis non potuerunt illum sustinere et quasi defecerunt, unde dubitabat ne amisisset et perdidisset visum. Hoc fingit auctor ad denotandum, quomodo et quia Sanctus Ioannes habuit profundissimam notitiam divinorum; in tantum quod auctor non erat potens ad intelligendum Evangelium ipsius Sancti Ioannis nec etiam Apocalypsim eiusdem.



CAPITULUM VICESIMUMQUINTUM

- ¹ Se mai continga che 'l poema sacro,
Al qual ha posto mano e cielo e terra,
Sì che m'ha facto per più anni macro,
² Vinca la crudeltà, che fuor mi serra
Del bello ovil, dov'io dormi' agnello,
Nimico a' lupi che li danno guerra;
³ Con altra voce omai, con altro vello,
Ritornerò poeta, et in sul fonte
Del mio baptesmo prenderò 'l cappello;
⁴ Però che ne la Fede, che fa conte
L'anime a Dio, quivi entrài, e poi
Pietro per lei mi girò la fronte.

Si unquam contingat quod poema sacrum. Se mai continga che 'l poema sacro: istud est vicesimumquintum capitulum huius Paradisi, in quo, ex quo in capitulo precedenti auctor introduxit Sanctum Petrum qui eum examinavit de Fide, nunc introducit unum alium spiritum, scilicet Sancti Iacobi, qui examinabit eum de secunda virtute theologica, scilicet Spe. Et dividitur in quatuor partes. Quarum in prima, auctor introducit predictum spiritum Sancti Iacobi.

In secunda parte, que incipit ibi:

Ridendo tunc Beatrix dixit;
Ridendo allora Beatrice disse,

auctor ostendit quomodo predictus spiritus Sancti Iacobi, ad instantiam Beatricis, facit triplicem petitionem auctori. In tertia parte, que incipit ibi:

Interim quod ego dicebam;
Mentre ch'io dicea,

predictus spiritus facit unam aliam petitionem auctori. In quarta parte, que incipit ibi:

Postmodum inter ipsas;
Poscia tra esse,

- ¹ *Si unquam contingat quod poema sacrum,
Ad quod posuit manum celum et terra,
Ita quod me fecit per multos annos macrum,
² Vincat crudelitatem, que extra me claudit
De pulchro ovili, ubi ego dormivi agnus,
Inimicus lupis qui ei dant dampnum;
³ Cum alia voce, et cum alio vellere,
Redibo poeta, et super fonte[m]
Mei baptismatis accipiam cappellum;
⁴ Eo quia in Fidem, que facit manifestas
Animas Deo, intravi illuc, et postea
Petrus propter ipsam michi gyrauit frontem.*

auctor introducit unum alium spiritum, qui debet examinare ipsum auctorem de tertia virtute theologica, scilicet de Caritate, qui est spiritus Sancti Ioannis Evangeliste.

Primo igitur auctor, continuans dicta dicendis, ostendit quomodo circa finem capituli precedentis auctor finxit quod spiritus Sancti Petri amplexus est eum, laudando eum de optima responsione. Modo, volens de Spe tractare, premittit de una spe quam habebat, scilicet de redeundo ad patriam, de qua iniuste erat exclusus; et dicit hoc conditionaliter, quod si unquam eveniat casus, quod propter compilationem istius operis reducat in patriam, ipse tunc coronabitur, idest laureabitur, corona laurea in loco illo ubi prius sumpsit fidem, ubi fuit baptizatus, scilicet in Sancto Iohanne, ubi est baptismus: que fides reddi[d]it ipsum gratum Deo, et perduxit eum usque ad gratiam divinam. Dicit igitur textus: Si (pro non, ut patuit ex eventu) unquam contingat, quod poema sacrum (istud opus est sacrum et sanctum, quia est de materia sacra, scilicet theologica: dicit etiam Tullius, quod poetam oportet habere intellectum divinum; quod procedit a celo), ad quod posuit manum celum et terra (celum in scientia divina, terra in scientia naturali et philosophica seculari, acquisita per industriam humanam: vel dicas, celum et terram, idest

- ⁵ Indi si moss' un lume verso noi
Di quella spera, ond'uscì la primitia
Che lasciò Chrysto ne' vicari suoi.
⁶ E la mia donna piena di letitia
Mi disse: Mira, mira, ecco 'l Barone,
Per cui laggiù si visita Gallitia.
⁷ Sì come quando 'l colombo si pone
Press'al compagno, l'un all'altro pande,
Girando e mormorando, l'intentione (¹);
⁸ Così vidd'io l'un dall'altro grande
Principe glorioso esser accolto,
Laudando 'l cibo che lassù si prande.
⁹ Ma poi che 'l gratular si fu asciolto,
Tacito coram me ciascun s'affixe,
Ignito sì, che vinceva 'l mio volto.
¹⁰ Ridendo allora Beatrice disse:
Inclita vita, per cui l'allegrezza
De la nostra basilica si scripse,
¹¹ Fa' risonar la speme in questa altezza;
Tu sai che tante volte la figuri,
Quanto Iesu a t[r]e fe' più chiarezza.

(¹), al. l'affectione

anima que est celestis, et corpus quod est terrestre; et in hoc opere animam auctoris et corpus et omnes vires suas auctor posuit, cum anima speculando, cum corpore scribendo, quamvis in hac vita unus labor non sit sine alio), ita quod me fecit per multos annos macrum (Dantes erat macer a natura, et propter labores et vigilias adhuc effectus est mag's macer), vincat crudelitatem que extra me claudit (ecce quod iniuste detinebatur foris exul) de pulchro ovili, scilicet de Florentia, ubi ego dormivi agnus. inimicus lupis qui ei dant dampnum (idest ubi fui puer et innocens; et quia vocat se agnum, ideo vocat Florentiam ovile. *Inimicus lupis*, idest illis qui tenent civitatem in divisione. Dicit aliquos Florentinos lupos, propter avaritiam eorum, quam figuravit per lupam in primo capitulo Inferni), cum alia voce, idest, cum alio vellere, redibo poeta (quia quando recessit de Florentia erat invenculus, et tunc habebat vocem, balatum idest, veluti agnus et parvus puer; sed modo redibit cum al'a voce, idest eloquentia, et cum alio vellere, quia redibit corpore canus et mente, quia sapiens et maturus), et super fonte mei baptismatis apprehendam cappellum (idest coronam lauream, sicut coronantur poete: nunc ponit quare habet istam spem); eo quia per Fidem, que facit manifestas animas Deo (per Fidem fideles placent Deo) illuc intravi, et postea Petrus, scilicet Sanctus Apostolus, propter ipsam michi gyrauit frontem; amplectendo eum ter in gyrum, ut dictum est in fine capituli precedentis, laudando que dixerat.

Modo loquitur de spiritu Sancti Iacobi, dicens: Inde movit se unum lumen versus nos, de illa spera unde exivit

- ⁵ *Inde movit se vivum lumen versus nos
De illa spera, unde exivit primitia
Quam dimisit Christus de vicariis suis.
⁶ Et domina mea plena letitia
Michi dixit: Respice, inspice, ecce Baro,
Propter quem inferius visitatur Gallitia.
⁷ Sicut quando columbus se ponit
Prope sotium, et unus et alter pandit,
Gyrando et murmurando, affectionem;
⁸ Sic ego vidi unum ab alio grandi
Principe glorioso esse collectum,
Laudando cibum qui ibi eos in prandio satiat.
⁹ Sed postquam gratulari fuit solutum,
Taciti coram me quilibet se fixit,
Igniti ita, quod vincebant meum vultum.
¹⁰ Ridendo tum Beatrix, dixit:
Inclita vita, propter cuius largitatem
De nostra basilica fuit scriptum,
¹¹ Facias resonare spem in ista altitudine;
Tu scis quot vicibus illam figuras,
Quot Iesus tribus fecit maiorem claritatem.*

primitia (scilicet anima Sancti Petri, qui fuit primus princeps Ecclesie), quam Christus fundavit, quam dimisit Christus de vicariis suis.

Et mea domina, scilicet Beatrix, plena letitia, michi dixit: Respice, inspice, ecce Baro, propter quem inferius visitatur Gallitia. Iste baro est Sanctus Iacobus, ad cuius ecclesiam (in qua corpus eius requiescit, quam ecclesiam fecit fieri Karolus Magnus, ad quam visitandam, vadunt multi peregrini, etc.; que ecclesia est in ultimis partibus occidentalibus Christianorum et in regno Hispanie), [vadunt peregrinantes].

Nunc auctor ponit unam comparisonem columbarum, ad ostendendum quomodo fecerunt ad invicem isti duo spiritus apostolici, scilicet Sancti Petri et Sancti Iacobi: quando una columba est in pastura, et alia columba supervenit illi, et una columba applaudit alteri, monstrando affectionem ad invicem. Sicut quando columbus se ponit prope sotium, et unus et alter pandit, gyrando, idest circumcumeundo se, et murmurando, affectionem; sic vidi ego unum ab alio grandi glorioso principe esse collectum, receptum, laudando cibum qui eos ibi in prandio satiat.

Sed postquam gratulari fuit solutum, idest finitum, taciti coram me quilibet se fixit, idest firmavit, igniti ita, quod vincebant meum vultum. *Igniti*: idest, inflammati amore caritatis.

Ridendo tunc Beatrix dixit. Ridendo allora Beatrice disse: hec est secunda pars huius capituli, in qua auctor

- ²⁵ Sperent in te, nella sua Theodia
Dice a color che sanno el nome suo:
E chi nol sa, s'elli ha fede mia?
- ²⁶ Tu mi stillasti collo stillar tuo
Nell'epistola poi, sì ch'io son pieno,
Et in altrui vostra pioggia ripluo.
- ²⁷ Mentr'io dicea, dentr'al vivo seno
Di quello incendio tremolava un lampo
Subito e spesso, a guisa di baleno.
- ²⁸ Indi spirò: L'amor ond'io avvampo
Ancor nella virtù, che mi sequette
Infin la palma, e all'uscir del campo,
- ²⁹ Vuol ch'io respiri a te, che ti dilette
Di lei, et èmmi a grado che tu diche
Quello che la Speranza ti promette.
- ³⁰ Et io: Le nuove e le Scripture antiche
Pongono 'l segno, et esso lo m'addita,
Dell'anime che Dio s'ha facte amiche.
- ³¹ Dice Isaia, che ciascuna vestita
Nella sua terra fie di doppia vesta,
E la sua terra è questa dolce vita.
- ³² E 'l tuo fratello assai vie più digesta,
Là dove tracta delle bianche stole,
Questa revelation ci manifesta.

Sperent in te, in sua Teodia, idest, dicunt illi qui sciunt nomen tuum (Theodia: a Theos grece, latine Deus; Odia, scilicet scientia: Theodia, idest scientia Dei, seu divina); et quis nescit id, si habet fidem meam? Etiam illi qui non habent cognitionem, habent spem meam.

Tu, scilicet Iacobe, sancte Apostole, in me instillasti cum instillatione tua in Epistola postmodum, sicut David instillaverat; ita quod ego sum plenus, et in alios vestram pluviam repluo. Tu dixisti: Omne datum optimum, etc.; idest, istam habundantiam spei, quam a vobis habui, ego refundam in alios.

Interim quod ego dicebam. Mentre io diceva: ista est tertia pars huius capituli, in qua auctor introducit quomodo Sanctus Iacobus fecit unam aliam petitionem eidem auctori, que est, quid spes promittit sperantibus bene? Et vult dicere iste textus, quod interim, dum auctor sic respondebat, Sanctus Iacobus tacitus splenduit splendore acuto, sicut est fulgur subitum et densum; et dixit Danti: Amore inflammatus de virtute Spei, que me secuta est usque ad palmam, scilicet martyrii, et ad exitum campi, idest usque ad mortem, me inducit ut interrogem quid tibi promittit ista spes. Interim quod ego dicebam, intra vivum sinum illius incendii, scilicet Sancti Iacobi, tremolabat unus lampor, idest lumen, vel fulgur subitus et

- ²⁵ Sperent in te, in sua Theodia
Dicunt illi qui sciunt nomen tuum:
Et qui[s] nescit id, si habet fidem meam?
- ²⁶ Tu in me stillasti cum stillatione tua
In epistolam postmodum, ita quod ego sum plenus,
[Et] in aliis vestram pluviam repluo.
- ²⁷ Interim quod ego dicebam, intra vivum sinum
Illius incendii tremulabat unus lampor
Subitus et depressus, ad instar lampi.
- ²⁸ Inde spiravit: Amor, unde ego evampor
Adhuc versus virtutem, que me sequuta est
In palmam, et ad exitum campi,
- ²⁹ Vult quod ego respiciam ad te, qui delectaris
De ea, et est michi gratum quod tu dicas
Illud quod Spes tibi promittit.
- ³⁰ Et ego: Nove et Scripture antike
Ponunt signum, et ipse michi digito demonstrant,
Animarum quas Deus sibi fecit amicas.
- ³¹ Dicit Ysayas, quod quelibet vestita
In sua terra erit de duplici veste,
Et sua terra est ista dulcis vita.
- ³² Tuus frater multo plus digestam,
Ubi tractat de albis stolis,
Istam revelationem nobis manifestat.

densus ad instar lampi, idest coruscationis. Inde spiravit, idest loquutus [est]: Amor, unde evampor, idest inflammor, adhuc versus virtutem, scilicet Spei, que me sequuta est in palmam, scilicet martyrii, et ad exitum campi, idest usque ad mortem, vult quod ego respiciam ad te, idest explorem, qui delectaris de ea; et est michi gratum, quod tu dicas illud quod Spes tibi promittit.

Et ego, scilicet dixi: Nove et antike Scripture ponunt signum, et ipse michi digito monstrant (idest Testamentum novum et vetus, iste Scripture, indicant) scilicet premium, bravium, quod expecto, animarum, quas Deus sibi fecit amicas.

Dicit Ysayas, quod quelibet vestita in sua terra erit (idest in celo, quod est terra viventium) de duplici veste, scilicet duplici gloria, scilicet anime et corporis, et sua terra est ista dulcis vita. Dicit Ysayas, quod duplicia possidebunt. Iam declaravit de qua terra dicit; scilicet celum, ubi est vita eterna.

Iterum declarat de spe per dicta Sancti Ioannis Evangeliste in Apocalypsi, capitulo quarto, vel quinto, ubi loquitur de stolis albis, etc. Tuus frater, scilicet Ioannes Evangelista tuus frater, multo plus digestam, ibi ubi tractat de albis stolis (idest in quinto capitulo Apocalypsis),

- ³³ E prima, presso al fin d'este parole,
Sperent in te di sopra noi s'udì,
A che risposer tutte le carole;
- ³⁴ Poscia tra esse un lume si schiarì,
Tal che se'l Cancro avesse un tal cristallo,
Lo verno havrebbe un mese d'un sol dì.
- ³⁵ E come surge, e va, et entra in ballo
Vergine lieta, sol per far honore
Alla novitia, non per alcun fallo;
- ³⁶ Così vidd'io lo schiarato splendore
Venir a due, che si volgean a rota,
Qual conveniasi al lor ardente amore.
- ³⁷ Missesi lì nel canto e nella nota,
E la mia donna in lor tenea l'aspetto,
Pur come sposa tacita et immota.

istam revelationem nobis manifestat. *Digestam:* idest discussam, declaratam. Dicitur Apocalypsis sexto capitulo: Vidi subtus altare Dei animas interfectorum propter Verbum Dei, etc.; et clamabant voce magna dicentes: Usquequo, Domine, [non] vindicas sanguinem nostrum de hiis qui sunt in terra? Et datum est illis responsum, ut expectarent modicum tempus, donec impleatur numerus fratrum suorum, etc., et dare[ntur] illis singule stole albe.

Et prius, et prope finem illorum verborum, Sperent in te supra nos fuit auditum; quibus vocibus responderunt omnes carole, idest coree, idest omnes anime ille sancte que erant ibi.

Postmodum inter ipsas. Poscia tra esse: hec est quarta pars huius capituli, in qua auctor introducit alium spiritum, qui debet examinare ipsum auctorem de tertia virtute theologica, scilicet de Caritate, qui est spiritus Sancti Ioannis Evangeliste, qui scripsit Apocalypsim. Postmodum inter ipsas, scilicet duas animas sanctorum Petri et Iacobi, unum lumen claruit, scilicet spiritus Sancti Ioannis Evangeliste, ita quod si Cancro haberet unum talem cristallum, yems haberet unum mensem unius solius diei. Hic multi dixerunt multa vana, et etiam littera est fortis. Sed dimissis, idest omnibus aliis vanis dictis obmissis, notandum est, quod ille spiritus tertius erat lucidus et splendidus sicut sol, habebat formam unius cristalli, et lucebat velut sol. Et si cancer haberet unum talem cristallum, videretur esse unus alius sol in luciditate. Item notandum, quod [si] in quocumque signo, duodecim illorum que sunt in zodiaco, esset sol, scilicet in alio signo illi opposito esset alius sol, tunc per totum illud tempus, quo sol esset in illo signo, unus esset dies per totum illum mensem: quia quando sol occideret existens in illo signo, alius sol oriretur qui esset in alio signo sibi opposito; et sic sol semper esset super terram, et sic esset semper dies. Ponatur exemplum, quod dicit hic auctor. Ponatur quod unus alius sol sit in Cancro signo, quando iste sol, qui est

- ³³ Et prius, et prope finem illorum verborum,
Sperent in te supra nos fuit auditum,
Quibus respondiderunt omnes carole;
- ³⁴ Postmodum inter ipsas unum lumen claruit,
Ita quod si Cancro haberet unum talem cristallum,
Yems haberet unum mensem unius solius diei.
- ³⁵ Et sicut surgit, et vadit, et intrat tripudium
Virgo leta, solum propter facere honorem
Novitie, non pro aliquo defectu;
- ³⁶ Sic vidi ego clarificatum splendorem
Venire ad duos, qui seolvebant ad rotam,
Qualiter conveniebat eorum ardenti amori.
- ³⁷ Misit se in cantum et notam,
Et mea domina tenebat in eos aspectum,
Solum sicut sponsa tacita et immota.

in celo, nunc est in signo Capricornii, quod signum Capricornii est signum oppositum signo Cancri; tunc, occidente sole qui esset in signo Capricornii, oriretur ille sol qui esset in signo Cancri, opposito Capricornio; et sic per totum mensem decembris esset unus dies, quia esset sol supra terram: quia quando sol qui esset in Capricornio esset sub terra, ille qui esset in Cancro esset supra terram, et e converso; et ita accideret de quibuscumque aliis signis ad invicem oppositis. Dixit hic auctor de signo Cancri, quia videretur apud grossos maximum inconveniens, quod esset unus dies sine aliqua nocte in yeme, et plusquam in estate. Vocat hic etiam auctor mensem decembris, in quo sol est in signo Capricornii, yeme[m], quia tunc sol maxime distat a nobis, et sic tunc tempus est frigidius quam in aliis mensibus, et quia tunc est solstitium yemale, etc. Nihil aliud vult hic dicere auctor, nisi quod Spiritus Sancti Ioannis Evangeliste erat lucidus, sicut est sol.

Modo per unam comparisonem auctor vult describere adventum istius spiritus Sancti Ioannis. Idest, sicut honeste, modeste, invitata virgo ad nuptias, intrat in tripudium, sive in coream, ad honorandum novitiam (Ytalici vocant sponsam mulierem, quando vadit ad virum suum, novitiam, *novitia*); ita supple Spiritus Sancti Ioannis intravit inter istas duas animas, scilicet Sanctorum Petri et Iacobi. Et sicut surgit, quando sedit diu, et vadit et intrat tripudium virgo leta, solum propter facere honorem novitie, idest sponse, non pro aliquo fallo, idest defectu; sic vidi ego clarificatum splendorem, scilicet Spiritum Sancti Ioannis, venire ad duos, scilicet spiritus Sanctorum Petri et Iacobi, qui seolvebant ad rotam, qualiter, idest sicut, conveniebat eorum ardenti amori. Ioannes Evangelista semper fuit virgo, ideo Christus in cruce Virginem virgini commendavit. *Ardori:* quasi dicens, velociter movetur, quia ardor amoris volvit eos.

Volvit se in cantum et in notam; et mea domina tenebat in eos aspectum, ac sicut sponsa tacita [et immota]. Quasi

- ³⁸ Questi è colui che giacque sopra 'l pecto
Del nostro Pellicano, e questi fue
D' in su la Croce al grande officio electo.
- ³⁹ La donna mia così; nè però piue
Mostrò la vista sua di stare attenta
Pos[ci]a, che prima, a le parole sue.
- ⁴⁰ Qual' è colui ch' adochia e s' argomenta
Di veder eclipsar lo Sole um poco,
Che per veder non vedente diventa;
- ⁴¹ Tal mi fec' io a quell' ultimo foco,
Mentre che detto fu: Perchè t' abbagli
Per veder cosa, che qui non ha loco?
- ⁴² In terra è terra el mio corpo, e saragli
Tanto cogl' altri, che 'l numero nostro
Coll' eterno proposito s' agguagli.
- ⁴³ Colle sue stole nel beato chiostro
Son le due luci sole che salliro;
E questo apporterai nel mondo vostro.

dicens, quod Beatrix respiciebat illos tres; quia quasi tota fides stat in illis tribus, in quibus figurantur ille tres virtutes theologice, scilicet Fides in Petro, Spes in Sancto Iacobo, et Caritas in Sancto Ioanne.

Nunc Beatrix commendat istum spiritum noviter venientem, scilicet Spiritum Sancti Ioannis, in duobus: primo, quia iacuit supra pectus Domini in cena, ubi vidit tot secreta celestia; secundo, quia fuit sibi commendata Virgo et commissa. Inquit Beatrix de Sancto Ioanne: Hic est ille qui iacuit super pectus nostri Pellicani, idest Iesu Christi, et hic fuit de Cruce ad grande officium electus. Notandum est hic quod Pellicanus est avis in Egipto, que facit nidum, in quo fovens pullos suos, quando ingrediuntur in nidum serpentes et mordent pullos, qui moribidi et prope mortem deducti clamant, Pellicanus venit ad clamorem; et videns pullos quasi morientes, rostro percutit pectus suum, et inde fluit sanguis, quem sugentes pulli sani facti sunt, et sic evadunt mortem que ex veneno imminebat eis. Sic fecit Christus Domini noster: ut nos, sauciati veneno antiqui serpentis, a morte liberaret, sanguinem suum fudit in cruce, permittens se crucifigi; quem nos bibentes tam spiritualiter quam corporaliter, liberamur a morte eterna.

Domina mea sic, scilicet dixit; nec propter hoc movit plus vistant suam, stando actenta, postea quam ante verba sua: idest dicatur, ex illo loqui, non tamen ipsa Beatrix relinquebat intentionem suam.

Iam comparative vult ostendere auctor, quid evenit sibi in videndo talia et audiendo. Quando quis scit quod sol debet eclipsari, ipse respicit solem propter videre ipsum eclipsari; et ita fixe respicit, quod propter talem intuitum quasi perdit visum. Et hoc provenit ex hoc, quod excellens

- ³⁸ *Hic est ille qui iacuit supra pectus
Nostri Pellicani, et hic fuit
De Cruce ad grande officium electus.*
- ³⁹ *Domina mea [sic]; nec propter hoc plus movit
Vistant suam stando actenta,
Postea quam ante verba sua.*
- ⁴⁰ *Qualis est ille qui respicit et se argumentat
Videre eclipsari solem aliquantulum,
Qui propter videre non videns efficitur;*
- ⁴¹ *Talis effectus fui ad illum ultimum ignem,
Interim quod dictum fuit: Quare abbagliaris
Propter videnda re, que hic non habet locum?*
- ⁴² *In terra est meum corpus, et ibi erit
Tantum cum aliis, quod numerus noster
Cum eterno proposito adequetur.*
- ⁴³ *Cum duabus stolis in beato claustro
Sunt due luces sole que ascenderunt;
Et istud apportabis in mundum vestrum.*

sensibile quasi corrumpit sensum in illa eclipsatione solis: qui respicit in eam, quasi efficitur non videns. Sic eveniebat auctori, qui respiciebat in Beatricem et in Beatum Ioannem clarissimum; et maxime, quia intuebatur si posset videre corpus Beati Ioannis esse ibi in celo glorificatum: sed non potuit videre, tum propter excellentem claritatem que ibi micabat, tum quia corpus Ioannis non est in celo, imo in terram est conversum. Qualis est ille qui respicit et se argumentat, idest conatur, [videre] eclipsari solem aliquantulum, qui propter videre non videns efficitur; talis effectus fui ad illum ultimum focum, idest ignem, scilicet ad spiritum Sancti Ioannis qui ultimo venerat illuc, interim quod dictum fuit: Quare abbagliaris, idest obumbraris, vel obscuraris, seu offuscaris, sive quasi obsecaris (*abbagliare* in ydiomathe ytalico, quando sol reverberat in faciem hominis, non potentis bene respicere in eum, quia non potest bene sustinere illum splendorem: hic eveniebat sic auctori de isto splendore celato), pro videnda re, idest ad pervidendum rem, que hic non habet locum?

In terra terra est meum corpus, et ibi erit tantum cum aliis, scilicet corporibus humanis, quod numerus noster cum eterno proposito agguaglietur, idest adequetur. Ecce quod Sanctus Ioannes dicit, quod corpus suum non est in celo, imo in terra, et in terram conversum, et ibi stabit tantum quousque numerus electorum erit impletus.

Cum duabus stolis, idest cum anima et corpore, in beato claustro sunt due luces sole, scilicet Christus et Beata Virgo Maria, que ascenderunt (nam in capitulo vicesimotertio huius Paradisi finxit, quod cum Christo ascendit Beata Virgo Maria de spera octava, et ivit ad Ecclesiam triumphantem, remanente Ecclesia militante, etc.); et istud apportabis, scilicet inferius, in mundum vestrum, idest dices in terris.

- ⁴⁴ A questa voce lo 'nfiammato giro
Si quetò con esso el dolce mischio,
Che si facea nel suon del trino spiro,
⁴⁵ Sì come, per cessar periglio o rischio,
Li remi, pria nell' acqua ripercossi,
Tutti si posan al sonar d' un fischio.
- ⁴⁶ Hay! quanto ne la mente mi commossi,
Quando mi volsi per veder Beatrice,
Per non poter vederla, bench' io fossi
Presso di lei, e nel mondo felice (!)

(!) in Paradiso.

Iam imponit finem. Ad istam vocem, inflammatus gyrys, scilicet illorum trium spirituum, idest circulus tripudiantium, sequutus est cum dulci mixtura, que efficiebatur in sono trini spiri, idest spiraminis, splendoris (ponit comparative, quomodo tota illa acies et sotietas fecit finem simul in uno instanti, per istum modum quem faciunt galeocti, idest navigantes in galea, cum remis: quia comito, idest illo officiali cui omnes habent [esse] obedientes, pulsanti unum fischium (fischium est unum parvum instrumentum quod ore pulsatur, et quod facit unum sonum valde acutum), tunc, audito sono illius fischii, omnes qui movent remos quiescunt et cessant a motu tali: qui comitus (est nomen officii in galea) sepe pulsatur tale fischium, sive instrumentum, maxime quando intuetur aliquod periculum imminere

- ⁴⁴ *Ad istam vocem inflammatus gyrys
Sequitus est cum dulci mixtura,
Que efficiebatur in sono trini spiri,*
- ⁴⁵ *Sicut, pro cessando labore vel periculo,
Remi, prius in aquam percussi,
Omnes quiescunt ad sonum unius sibili.*
- ⁴⁶ *Ay! quantum quantum in mente me commovi,
Quando me volvi propter videre Beatricem,
Propter non posse videre, quamquam ego essem
Prope illam, et in mundo felici!*

in galea, ut scopulus vel aliud periculum), sicut, pro cessando labore vel periculo, remi prius in aqua repercussi, omnes quiescunt ad sonum unius sibili, idest fischii, sive instrumenti supple, sic cessaverunt isti spiritus a laboribus eorum.

Modo ostendit auctor, quomodo cum maximo stupore ammiratus fuit et alteratus in animo suo, quod quasi perdidit visum, dicens: Ay! quantum in mente me commovi, quando me volvi propter videre Beatricem, propter non posse videre, scilicet ipsam, quamquam ego essem prope illam, et in mundo felici, idest in celo Empyreo, sive in vita eterna.



Le virtù teologiche, in quant'all'abito che ne è la sostanza, ragione e teologia c'insegnano esser così ordinate e fra sé congiunte, che simultaneamente vengono infuse nell'anima per darle vita. Diciamo, la vita di grazia; il che mostra unica esser la fonte da cui procedono: ma in quant'agli atti, ne' quali le medesime svolgono sé stesse, l'ordine riesce inverso: cioè, precede il meno perfetto, a cui segue il più perfetto, fino alla Carità, che è perfezione consumata. Prima dunque è la Fede, media la Speranza, come fiore che ne sboccia per dare soavissimo frutto d'amore; e questo frutto è la Carità. A questa virtù della Speranza, come già a quella della Fede, unitamente alla quale, considerata nel principio da cui discende ed in cui va a compiersi, mostra la nobiltà della natura umana, la quale aspira a diventar divina, consacra il Poeta questo canto con tale precisione di concetti e proprietà di traslati, che nella sua parola, come attraverso cristalli che avvicinino l'oggetto lontano, vedi l'altezza maravigliosa e la luce confortatrice di cui risplende la cosa significata.

Che cosa è ella cotesta Speranza? Risponde il Poeta:

Speme... è un attendere certo
Della gloria futura, il qual produce
Grazia divina e precedente merito.
Da molte stelle mi vien questa luce:

e le numera tutte, dal sommo cantore del Cristo venturo, che fu David ne'suoi Salmi, fino all'Apostolo dell'amore, che nell'ultima cena posò sul petto di lui, e n'ebbe arcane rivelazioni di Paradiso.

Tornando alla genesi di questa carissima virtù, è da richiamare quel che lo stesso Poeta aveva già detto nel canto precedente, cioè, che nella profonda essenza divina sta il principio dei fulgori, onde risplendono in cielo le corone de'Santi e il cui riflesso rischiarà il fosco cammino di questa vita; alla di cui riflesso rischiarà il fosco cammino di questa vita; alla di un giorno sempiterno. Ed è il fine che vediamo lassù, fine assoluto, a cui è legata la destinazione nostra, è che quindi c'infonde la speranza di conseguirlo e possederlo, donde quella violenta tensione del cuore che ad esso si distende e non può separarsene: fine che non sarebbe più tale, se di conseguirlo non avessimo la possibilità; nè avremmo quella tensione, col desiderio e la speranza di arrivarvi, se da esso non derivasse. Inutile il dire, che allorchando così il pensiero come l'affetto del cuore saranno arrivati a quel possesso, non vi sarà più speranza. La Speranza dunque è di necessità un pensiero incompiuto, un affetto in germe, che cercano il loro fine, il loro compimento, il loro riposo. Questo pensiero e questo germe di amore stanno nella Fede. Per lo che lo sperare comprende due

significati: l'uno, di rendere presente una cosa lontana, cioè specchiarla; l'altro, di stendersi verso essa per arrivarne al possesso; inclinando poi tutti e due i sensi un oggetto, il quale di qualche modo ci è presente, ma non isvellatamente né posseduto. E qui si noti che un protendimento dell'anima a qualcosa intraveduta in lontano e non posseduta per anco, è qualsiasi speranza: ma poichè qualunque cosa, che si arrivi quaggiù a possedere, non contenta l'indefinita capacità e avidità dello spirito nostro, però nessuna speranza di quaggiù può quietarci: solo nell'infinito può essa avere una speranza che ne mantenga la vita; e questa Speranza non si ha nè può aversi determinata, piena e certa, che per la Fede, perchè essa sola ci dà la vera rivelazione dell'infinito.

La sola fede pertanto in Dio sorregge l'umano spirito, innalzandolo al punto a cui è destinato di arrivare; e lo salva dai due eccessi, ne' quali senza di essa cade necessariamente, cioè di presunzione, o di disperazione, di superbo egoismo, o di vile abbattimento, ove non si trova che vuoto e morte. Salva da presunzione, poichè l'altezza medesima del fine che la Fede ci mostra, ci fa vedere e sentire la sproporzione delle forze nostre per raggiungerlo; nè altro che per lacrimevoli aberrazioni potremmo su questo punto sedurre noi stessi. Imperocchè tale presunzione porrebbe Dio tra le cose finite, o si contenterebbe dell'incognito, del nulla. Il medesimo accade della disperazione, la quale sconosce l'infinita bontà di Dio o la sua esistenza. La Fede invece ci rivela i sublimi destini dell'uomo; e con ciò stesso deprime il nostro orgoglio, che a quella luce non può non vedere il suo nulla; e da questo prostrati ci solleva e ci rende eroi, ricordandoci il Padre di cui siamo figliuoli, il fine che ebbe nel crearci, e com'egli sia con noi, soltanto che noi vogliamo; perchè la cooperazione nostra all'azione di lui è necessaria: altrimenti, quale virtù avremmo noi? E ci manifesta ad un tempo un nuovo tesoro delle misericordie divine, inclinato necessariamente nel concetto di una bontà sovremamente: la quale non pur ci tira al fine, ma chiama e condiziona l'arbitrio a cooperarvi: dacehè l'altissimo fine della moralità, non altrimenti che per via morale, e quindi per associazione di voleri efficaci, possa conseguirsi.

Il Poeta comincia il presente canto, manifestando una speranza a cui il fatto non corrispose: ma era una speranza terrena, relativa, e per ciò stesso fallibile; la quale ove si fosse anche avverata, non ne sarebbe stato felice. Lui veramente felice che mirò più alto, ed il suo Poema ce lo dice abbastanza; e felici anche noi, se con esso mireremo al vero e supremo nostro fine! anche le inevitabili battaglie di questa vita, come a lui e a tutti i veri virtuosi si convertiranno in trionfo.

CAPITULI VICESIMISEXTI SUMMARIUM

In isto capitulo vicesimosexto, quod incipit: *Dum dubitabam propter visum extinctum*, auctor tractat quomodo Sanctus Ioannes examinavit eum de Caritate, tertia virtute theologica. Notandum est, quod auctor finxit in capitulo vicesimoquarto, quomodo Sanctus Petrus examinavit eum de Fide, quia Sanctus Petrus fuit petra Fidei et fuit valde stabilis in ea, et in suis [Epistolis] canonicis de ipsa diffusius pertractavit. Sic etiam in capitulo vicesimoquinto, idest immediate precedenti, Sanctus Iacobus examinavit eum de Spe, de qua ipse Sanctus Iacobus in suis Epistolis canonicis fuit diffuse loquutus. Sic in isto capitulo, quia Sanctus Ioannes fuit valde dilectus a Christo, ut Evangelii testimonio comprobatur, et sic dilexit ipse Christum, et de Caritate multum locutus est in suis Epistolis canonicis, ideo auctor fingit se fuisse hic examinatum a Sancto Ioanne de Caritate. Dicit igitur auctor, quod dum dubitaret visum perdidisse, Sanctus Ioannes dixit ei: Non perdidisti visum, sed aliquantulum deviavit a te; cito ipsum reacquires, quia domina, que te conducit, habet in se virtutem circa oculos tuos, quam habuit manus Ananie circa Sanctum Paulum. Sed interdum quoad reacquires visum, dic michi ubi anima tua ponit totam spem suam, et quam rem tu maxime amas et in qua posuisti finem tuum ultimum. Cui dixit auctor, quod Alpha et O,

idest Deus, erat illud in quo terminatur amor suus. Cui Apostolus dixit: Bene dicis, sed oportet te ultra procedere et dicere, unde directus fuisti et ductus ad sic faciendum, idest ad diligendum Deum super omnia. Cui dixit: Argumenta philosophica [et] Sacre Scripture, que indicant quomodo bonum in quantum apprehenditur, sic accendit apprehendentem ad amorem: etiam auctoritas Dei, qui dixit Moysi, Ostendam tibi omne bonum; et tu sternis michi idem in Evangelio tuo subtilissimo. Cui dixit Sanctus Ioannes: Habes alias cordas, te trahentes ad hoc? Cui dixit auctor: Ita; quia propter suam bonitatem creavit mundum, dedit michi esse, per mortem suam redemit me. Et cum talia diceret auctor, tota curia Paradisi cantavit, Sanctus, Sanctus, Sanctus. Et tunc auctor recepit visum, et tunc percepit se acutius videre quam prius videbat. Et ecce, in quibusdam radiis et fulgoribus, apparuit anima Ade; unde auctor fecit sibi quatuor questiones, dicens: O pome mature, quia tu vides clare in speculo divino illa que volo scire, dic michi quantum tempus est quod Deus te creavit et in Paradiso te collocavit, et quantum stetisti in ipso Paradiso, et que fuit causa tue expulsionis inde, [et] quod fuit ydiuma quo tu usus fuisti. Quas quatuor questiones Adam solvit optime. Videantur omnia hec in Commento super isto capitulo.

CAPITULUM VICESIMUMSEXTUM

- 1 Mentr' io dubbiava per lo viso ⁽¹⁾ spento,
Della fulgida fiamma che lo spense,
Uscì uno spiro che mi fece attento,
2 Dicendo: Intanto che tu ti risense
De la vista che hai in me consumpta,
È buon che ragionando la compense.

⁽¹⁾ di Beatrice.

Dum ego dubitarem. Mentre io dubitava: istud est vicesimumsextum capitulum huius Paradisi, in quo, ex quo in capitulo precedenti de secunda virtute theologica, scilicet de Spe, auctor expedit se, iam vult tractare de tertia virtute, scilicet de Caritate, quam figurat in Beato Ioanne Evangelista; ideo introducit ipsum Sanctum Ioannem Evangelistam, ut examinet ipsum auctorem de ipsa Caritate. Et dividitur in quatuor partes. In quarum prima, ipse auctor introducit ipsum tertium spiritum, scilicet Sancti Ioannis, qui examinabit ipsum auctorem de Caritate. In secunda parte, que incipit ibi:

Et ego audiui per intellectum humanum;
E io odii per intelletto humano,

predictus Evangelista facit petitionem auctori de Caritate. In tertia parte, que incipit ibi:

Et sicut ad lumen acutum;
E come al lume acuto,

auctor introducit quartum spiritum, scilicet spiritum Ade, primi hominis creati, cui proponit ipse auctor aliquas questiones.

In quarta parte, que incipit ibi:

O fili mi, non gustatio ligni;
O figliuol mio, non il gustar del ligno,

Adam solvit questiones sibi propositas in tertia parte superiori. Caritas figuratur in Ioanne Evangelista; tum quia

- 1 *Dum ego dubitabam propter visum extinctum,
De fulgida flamma, que illum extinxit,
Exivit unum spiram quod me fecit actentum,
2 Dicendo: Interim quod tu te resensis
De vista quam habes in me consumptam,
Bonum est quod ratiocinando illam compenses.*

fuit maxime dilectus a Christo, et ipse valde dilexit Christum, sicut satis in Evangelio apparet, Ioannis ultimo. Hic est discipulus ille quem diligebat Ihesus; tum etiam quia Ioannes multum tractavit et multa scripsit tam in Evangelio, quam in Epistola sua canonica de Caritate, ut patet bene intuenti.

Continuans igitur auctor dicta in precedenti capitulo dicendis in isto, ostendit quomodo dubitabat perdidisse potentiam visivam propter aspectum in sancto spiritu Ioannis Evangeliste, et quomodo in taliter dubitando Sanctus Ioannes persuasit sibi, quod tempus non perderet, sed quousque potentia videndi sibi redderetur occuparet se in aliquo bono exercitio. Ideo Sanctus Ioannes dixit sibi auctori: Incipias et dicas ubi tua terminatur ultimat voluntas in suis volitionibus, idest quid supra omnia amas, et cogita quod non perdidisti potentiam videndi, sed aliquantulum recessit a te, reversura cito tamen. Cui Sancto Ioanni auctor respondens, dixit quod voluntas sua ultimat terminabatur in Deo et quia ipsum super omnia diligebat. Et iterum Sanctus Ioannes, qui predixerat sibi, quomodo reacquireret visionem, iterum voluit quod auctor plus procederet et dixit: Oportet quod tu crebres adhuc clarius dicta tua; idest, oportet quod tu dicas que sunt illa que te induxerunt ad amandum Deum super omnia. Cui auctor respondens dixit, quod tam dicta philosophica, quam auctoritas Sacre Scripture et Sanctorum dicta, accenderunt amorem suum ad diligendum Deum. Nam philosophica naturalia indicant Deum esse primum motorem, causam

- 3 Comincia dunque, e di' dove s' appunta
L'anima tua, e fa' ragion che sia
La vista in te smarrita e non defuncta;
4 Perchè la donna, che per questa dia
Region ti conduce, ha nello sguardo
La virtù ch'ebbe la mano d'Anania.
5 Io dissi: Al suo piacer e tosto e tardo
Vegna rimedio agl'occhi che fur porte,
Quand'ella entrò col foco onde sempre
[tardo.]

- 3 *Incipe igitur, et dic ubi punctatur
Anima tua, et fac rationem quod sit
Vista tua in te devia sed non defuncta;
4 Quia domina, que per istam divam
Regionem conducit te, habet in conspectu
Virtutem quam habuit manus Ananie.
5 Ego dixi: Ad suum placitum et citum et tardum
Veniat remedium oculis qui fuerunt porte,
Quando ipsa intravit cum foco unde ego semper
[tardo.]*

primam, summum principium unicum, ut patet in fine octavi libri Phisicorum, et in fine decimi Metaphisice: et sic concluditur philosophice et naturaliter, Deum esse summum bonum. Philosophia moralis ostendit, quomodo bonum, ut bonum, est diligibile; quia bonum, vel apparens bonum, est obiectum voluntatis nostre, ut dicit Aristotiles in principio primi Ethicorum: ergo summum bonum est summe amabile et amandum. Auctoritates Sacre Scripture idem declarant, ut Exodi trigesimotertio capitulo, ubi Moysi petenti a Deo ut sibi ostenderet faciem suam, Deus dixit: Veni, ostendam tibi omne bonum quod Deus est. Hoc etiam tu, o Sancte Ioannes, dixit auctor, ostendis michi in tuo Evangelio, ubi, altissime preconizando, reserasti arcum et occultum super omnes qui loquuti sunt de profundis rebus. Tunc ad textum.

Continuando igitur auctor dicta in precedenti capitulo dicendis in ipso presenti, quia ipse putaverat, saltem dubitabat, amisisse visum in aspiciendo Sanctum Ioannem, ideo dicit: Dum ego dubitabam propter visum extinctum, idest visionem extinctam, de fulgida, idest fulgenti, flamma, scilicet anima, Sancti Ioannis, que illum, scilicet visum meum, extinxit, exivit unum spiramen, idest una vox, scilicet de ore Sancti Ioannis, quod, scilicet spiramen, me fecit actentum. Notandum est hic, quare fingit hic auctor, quod ipse amiserit visum, propter videre et intueri in Sanctum Ioannem, sive in animam eius, et quare dicat quod Sanctus Ioannes est splendidior duobus aliis apostolis, Sancto Petro et Sancto Iacobo: et tamen Petrus fuit fundamentum Ecclesie et princeps Apostolorum; et ipse et Sanctus Iacobus fuerunt martyres: Sanctus vero Ioannes non fuit martyrizatus, imo nec bene scitur de eius morte. Dicitur quod Sanctus Ioannes Evangelista fuit illuminatus super alios Apostolos de misteriis divinis, de archanis et secretissimis Dei; sicut patet de secretis sibi revelatis in pectore dominico in cena ultima, et in libro Apocalypsis, ubi vidit tot et tanta: ideo fuit maxime lucidus; et ideo, propter excellentiam tante lucis, que refulgebat in anima ipsius Sancti Ioannis, fingit hic auctor, se non potuisse sustinere illam lucem, imo fuit adeo obumbratus, quod quasi amisit visum: ideo non sufficebat intelligere illa verba. In principio erat Verbum et Verbum erat apud Deum, etc., nec librum Apocalypsis; nam lux sua sunt libri sui, etc. Dum sic igitur staret in tali agone Dantes, Ioannes dixit ei, ut patet in textu, ubi sic sequitur dicendo: Interim quod tu te re-

sentis de cista, idest visu, quam habes in me consumptam, bonum est quod, ratiocinando, illam compenses. Quasi dicat: Non est bonum perdere tempus; ergo donec stas ita sicut cecus et quousque reacquires visum predictum paulatim, quem scilicet quasi amisisti respiciendo in me, bonum et utile est quod de aliqua re recompenses.

Ergo incipe et dic ubi punctatur, idest firmatur, vel figitur, anima tua, idest amor tuus, sive intentio anime tue, terminatur; idest, que est illa res, in qua figitur anima tua et ubi reducis vires tuas (iam dat sibi bonam spem); et fac rationem, idest ymagineris, quod sit vista tua in te devia, non defuncta, idest visus tuus sit alteratus, non extinctus; quia domina, scilicet Beatrix, que per istam divinam regionem conducit te, habet in conspectu, idest in intuitu oculorum, virtutem quam habuit manus Ananie. Nota quod, quando Paulus persequabatur Christum et nomen eius, acceptis epistolis a principibus sacerdotum in Hierusalem, ibat in Damascum, ut persequeretur omnes in Christum credentes; dum esset in itinere, circumfulsit eum lux de celo; et cadens in terram quasi mortuus, stetit tribus diebus quod non comedit nec bibit. Et tunc fuit raptus ad tertium celum, ubi vidit archana, que, ipso teste, non licet homini loqui; et sic perdidit visum. Dictum fuit sibi, quod iret, in Damasco, in vicum qui dicitur rectus, in quo habitabat quidam amicus Christi et discipulus, qui voca[ba]tur Ananias: qui imponens manum suam super Saulum, idest Paulum, ipse Paulus recepit visum quem perdidit; ita quod per impositionem manus Ananie Paulus recepit visum quem quasi perdidit, seu amiserat quasi. Nam quando Deus voluit vocare ad se et convertere Sanctum Paulum, qui primitus persequabatur Christum et Christicolas, fecit quod amisit visum; tandem per manum Ananie restituit sibi visum. Sic evenit auctori, qui aliquibus temporibus deviaverat a Deo, vacans vanitatibus plurimis mundanis; sed Deus qui volebat ipsum auctorem sibi amicare et facere amicum, ideo misit Ananiam, scilicet Beatricem, que reduxit eum ad celum: quia Beatrix est illa scientia que aperit oculos intellectuales ad cognoscendum Deum; oculi auctoris sunt speculationes subtiles sue.

Ego dixi: Ad suum placitum et citum et tardum veniet remedium oculis, scilicet meis, qui fuerunt porte, quas ipsa, scilicet Beatrix, intravit, cum foco unde ego semper

- 6 Lo Ben, che fa contenta questa corte,
Alpha et O è di quanta Scrittura
Mi legge amor e lievemente e forte.
7 Quella medesima voce, che paura
Tolto m'havea del subito abbaglo,
Di ragionar ancor mi misse in cura;
8 E disse: Certo a più angusto vaglo
Ti conviene schiarir; dicer convienti,
Che drizzò l'arco tuo a tal bersaglio.
9 Et io: Per phylosophyci argomenti
E per autorità che quinci scende,
Cotal amor convien che'n me s'imprenti;
10 Chè l'ben, in quanto ben, come s'intende,
Così accende amor, e tanto maggio,
Quanto più di bontà in sè comprende.
11 Dunque all'essentia, ov'è tanto vantaggio,
Che ciascun ben, che fuor di lei si trova,
Altro non è ch'un lume di suo raggio,

ardeo, idest cum ardenti amore; quia ut dictum est sepe, quando vidit illam puellam, scilicet Beatricem, in domo domini Fulchi, per oculos, videndo illam, fuit inflammatus de amore ipsius.

Et iam disponit se, et respondet prime petitioni Sancti Ioannis: scilicet, ubi terminatur amor suus et sue mentis intentio, dicens: Bonum, scilicet Deus, quod facit contentam istam curiam, Alfa et O est quante Scripture michi legit amorem, sive leviter sive fortiter. Vult dicere: Omnis amor, quem michi dicunt quecumque Scripture, me reducit ad amandum summum bonum, scilicet Deum, qui est principium et finis omnium creaturarum: Alfa, idest principium, et O, idest finis. Sic se vocat Christus in principio libri Apocalypsis, ubi sic habetur: Ego sum Alfa et O, principium et finis, dicit Dominus Deus, qui est et qui erat et qui venturus est omnipotens.

Illa eadem vox, scilicet Sancti Ioannis, que pavorem subtraxerat michi (quia Dantes credidit perdidisse visum; sed vox Sancti Ioannis securavit eum et subtraxit ab eo pavorem, quando sibi dixit: Ymagineris quod visus in te sit devius, sed non extinctus) de subita obfuscatione vel intuitione, ratiocinandi adhuc me misit in curam (idest voluit quod adhuc ratiocinarem amplius), et dixit: Certe cum angustiori cribro (cribrum est instrumentum ad purgandum triticum, de coreo perforato quasi infinitis foraminibus) tibi convenit, idest te oportet, clarificare id quod dixisti; dicere tibi convenit, idest te oportet, quis direxit arcum tuum ad tale bersalium. Bersalium est signum positum, ad quod sagittatores attendunt, ad sagittandum recte. Idest, quasi dicat Sanctus Ioannes: Aliter et specialius oportet quod tu respondeas; quia nimis tam generaliter dixisti, et ista tam generalia non bene exprimuntur

- 6 Bonum, quod facit contentam istam curiam,
Alfa et O [est] quante Scripture
Michi legit amorem suum leviter sive fortiter.
7 Illa eadem vox, que pavorem
Subtraxerat michi de subita obfuscatione,
Ratiocinandi adhuc me misit in curam;
8 Et dixit: Certe cum angustiori cribro
Te oportet clarificare; dicere te oportet,
Quis direxit arcum tuum ad tale bersalium.
9 Et ego: Per philosophica argumenta
Et per auctoritates que hinc descendunt,
Talis amor convenit quod in me imprimatur;
10 Quia bonum, in quantum est bonum, sicut intelligitur,
Sic accendit amorem, et tanto [maiorem],
Quanto plus bonitatis in se comprehendit.
11 Igitur ad essentiam, que habet tantam prerogativam,
Quia quodlibet bonum, quod extra illam reperitur,
Aliud non est quam lumen sui radii,

sufficienter. Cribrum in ytalico ydiomate dicitur vallum, sive vannum, propter quasi innumerabilia foramina sua, unde descendit lolium quando grana purgantur. Quasi dicat: Ut tu sis sufficienter examinatus de Caritate, non sufficit id quod dixisti; sed volo quod tu dicas et exprimas, quod te movet ad hoc, ad amandum summum bonum.

Et ideo auctor respondit dicens: Et ego: [Per] philosophica argumenta, scilicet tam naturalia quam etiam moralia, et per auctoritatem, scilicet Sacre Scripture et Doctorum, que hinc, scilicet de celo, a Spiritu Sancto descendit, talis amor convenit, idest oportet, quod in me exprimat. Nam omnis bonus philosophus posuit, quod est dare unum primum principium. Preterea habeo auctoritates Prophetarum, Evangelistarum et Doctorum, qui scilicet hinc a vobis fuerunt edocti, scilicet a Spiritu Sancto. Oportet igitur quod sagitta mei amoris tendat in illum. Modo probat hoc, dicens: Quia bonum, in quantum est bonum, sicut intelligitur, ita accendit amorem; et tanto maiorem, quanto plus bonitatis in se comprehendit. Quasi dicat: Si, pro quia, est verum quod bonum sit obiectum appetitus nostri, ergo quanto bonum est magis bonum, tanto plus accendit ad amorem. Vult Aristotiles primo Ethicorum, quod bonum est id quod omnia appetunt, et videtur quasi impossibile quod bonum cognoscatur et non ametur, et necdum bonum vere bonum existens, sed etiam apparens bonum et non existens: ergo illud bonum, a quo omnia alia dependent et in quo sunt contenta omnia bona, est summe amandum: et non est dare terminum amoris voluntatis, nisi in illo summo bono.

Igitur ad essentiam, que habet tantam prerogativam, quia quodlibet bonum quod extra illam reperitur, aliud non est quam lumen sui radii (igitur illud est summe

- 12 Più che ad altra convien che si mova
La mente, amando, di ciascun che cerne
El vero, in che si fonda questa prova.
13 Tal vero all'intelletto mio [dis]cerne
Colui che mi dimostra l' primo amore
Di tutte le substantie sempiterne.
14 [S]cernel la voce del beato autore,
Che dice a Moyse, di sè parlando:
Io ti farò sentir ogni valore.
15 [S]cernimel tu ancora, cominciando
L'alto preconio, che grida l'arcano
Di qui laggiù, e sopr'ogn'altro bando.
16 Et io udi': Per l'intelletto humano
E non (1) auctoritadi a lui concorde,
De' tuoi amor a Dio guarda l' sovrano.
17 Ma di' ancor, se tu senti altre corde
Tirarti verso lui, sì che tu suone
Con quanti denti questo amor ti morde.
18 Non fu latente (2) la santa intentione
Dell'aquila di Chryso, ancor m'accorsi
Ove menar volea mia profexione.

(1) per — (2) nascosta.

amandum; idest omnia bona dependentia non sunt nisi quedam participatio illius boni: concludit ergo dicens), magis quam in alia, scilicet quacumque, essentia, convenit, idest oportet, quod moveatur mens, amando, cuiuslibet qui cernit, idest cognoscit, verum, in quo probatur ista probatio. Bene dicit, qui cernit: quia aliquando res non bona, et apparens bonum, movet mentem ad amorem; sed in ista essentia non potest esse deceptio, in qua est omne bonum et extra quam nihil est bonum, quin sit quidam splendor causatus ab illo, quia omne bonum procedit ab illo, etc.

Modo adhuc probat hoc per Aristotilem in fine octavi Phisicorum et duodecimi Methaphisice, dicens: Tale verum sternit, idest ostendit, sive appresentat, aliter representat, intellectui meo, ille, scilicet Aristotiles, qui michi demonstrat primum amorem omnium substantiarum sempiternarum.

Modo probat idem per auctoritatem Sacre Scripture, scriptam Exodi tricesimotertio capitulo, dicens: Sternit, idest ostendit, vox veracis auctoris, scilicet Spiritus Sancti, qui dixit Moyse, de se loquendo: Ego faciam te videre omnem valorem; veni, ostendam tibi omne bonum.

Modo etiam idem probat per dicta ipsius Sancti Ioannis, per illa scilicet, que ponuntur in principio sui Evangelii, scilicet, In principio erat Verbum, etc. Sternis, idest ostendis, michi, tu id adhuc, scilicet etiam, incipiendo, scilicet Evangelium tuum, altum preconium (idest maximam publicationem, in qua incipis, In principio, etc.) quod clamat archa- num (idest secretum profundum, sublime, idest unitatem

- 12 Magis quam in alia oportet quod moveatur
Mens, amando, cuiuslibet qui cernit
Verum, in quo fundatur ista probatio.
13 Tale verum intellectui meo sternit
Ille, qui michi demonstrat primum amorem
Omnium substantiarum sempiternarum.
14 Sternit vox veracis auctoris,
Qui dixit Moyse, de se loquendo:
Ego faciam te videre omnem valorem.
15 Sternis tu michi id adhuc, incipiendo
Altum preconium, quod clamat archanum.
Hinc inferius, super omne aliud bannum.
16 Et ego audivi: Per intellectum humanum,
Et per auctoritates ei concordantes,
De tuis amoribus ad Deum respicere supremum.
17 Sed dic de amore, si tu sentis alias cordas
Trahere te versus eum, ita quod tu sonet
Cum quot dentibus iste amor te mordet.
18 Non fuit latens sancta oratio
Aquile Christi, imo perpendi
Quo voluit ducere meam professionem.

immense essentie divine, tres personas, sive Trinitatem personarum divinalium, misterium incarnationis, ibi Verbum caro factum est; vel etiam hoc potest intelligi de libro Apocalypsi) supernum bandum inferius, super omne aliud publicatum, idest ultra omnem tubam Prophetarum et Evangelistarum, et ultra omnia dicta Doctorum.

Et ego audivi. E io udi': hec est secunda pars huius capituli, in qua auctor introducit Ioannem Evangelistam, facientem ipsi unam petitionem circa Caritatem, ubi ipse Sanctus dicit: Quasi bene respondidisti et bene amas; sed volo quod exprimas causas particulares, que te induxerunt ad hec, sicut dixisti, et formam quomodo amas et modum. Et ideo replicat responsum auctoris. Dicit ergo auctor: Et ego audivi: Per intellectum humanum (idest per rationes, quas intellectus potest bene percipere, cui etiam concordat divina auctoritas), et per auctoritates ei concordantes, de tuis amoribus ad Deum respicere supremum. Dixit de amore, qui ad Deum supreme est dirigendus.

Sed, adhuc supple, dic de amore, si tu sentis alias cordas trahere te versus ipsum, scilicet summum bonum; ita quod tu sonet cum quot dentibus iste amor te mordet: idest, declares cum quot modis et cum quot causis tu traheris ab isto amore ad amandum Deum; cum quot morsibus, idest rationibus mordacibus, idest bene et recte conclusionibus.

Non fuit latens, idest me, sancta oratio aquile Christi (nam Sanctus Ioannes fuit figuratus in Evangelio suo per

- ¹⁹ Però ricominciai: Tutti quei morsi,
Che posson far lo cuor volger a Dio,
Alla mia caritate son concorsi;
²⁰ Perchè l'esser del mondo, e l'esser mio,
La morte ch'ei sostenne perch'io viva,
E quel che spera ogni fedel, com'io,
²¹ Colla predesta conoscenza viva,
Tracto m'anno del mar dell'amor torto,
E del diricto ⁽¹⁾ m'han posto alla riva.
²² Le fronde, onde s'infronda tutto l'orto
Dell'ortolano eterno, amo io cotanto,
Quanto da lui a lor di bene è porto.
²³ Sì com'io tacqui, un dolce canto
Risonò per lo cielo; e la mia donna
Dicea cogl'altri: Sancto, Sancto, Sancto.
²⁴ E come a lume acuto si disonna
Per lo spirto visivo che ricorre
Allo splendor che va di gonna in gonna,
²⁵ E lo svegliato ciò che vede abborre,
Sì nescia è la subita vigilia,
Finchè la extimativa non soccorre;
²⁶ Così dagl'occhi miei ogni quisquilia
Fugò ⁽²⁾ Beatrice co'razzi de'suoi,
Che rifulgevan più che mille milia;

⁽¹⁾ amore — ⁽²⁾ scacciò.

aquilam, que acutius intuetur solem quam quodcumque aliud animal; quia Sanctus Ioannes vidit acutius et profundius aliis Evangelistis et altius volavit: idest ego vidi de quo volebat me interrogare, imo perpendi quo volebat ducere meam professionem.

Ideo reincepi, idest reiteravi: Omnes illi morsus (idest omnes rationes tenaces, que sicut dentes sunt acute), qui possunt facere cor volvi ad Deum, ad meam caritatem concurrerunt, idest strinxerunt me ad amandum Deum super omnia.

Nunc rationes refert in speciali. Prima est de creatione mundi et de esse eius. Quasi dicat: Considero primo, quod Deus de nihilo dedit esse mundo et creavit eum; et hoc solum propter eius immensitatem bonitatis, quia voluit communicare bona sua et perfectiones suas, scilicet esse, vivere, intelligere, ratiocinari, etc. Hoc primo movet ad amandum ipsum Deum, qui fecit ita pulchrum mundum, dans esse omnibus creaturis; quia esse mundi et esse meum (alia ratio est caritas, quam ipse habuit ad redimendum mundum, mietendo filium suum ad incarnandum et supportando mortem Crucis, ut homines viverent, scilicet vita eterna), mors quam ipse sustinuit ut ego vivam (et nolo esse ingratus tanti beneficii, quod michi contulit, quia tolleravit mortem pro vita mea salvanda et conservanda), et illud quod sperat omnis fidelis, sicut ego, quia spero

- Ideo reincepi: Omnes illi morsus,
Qui possunt facere cor volvi ad Deum,
Ad meam caritatem concurrerunt;
²⁰ Quia esse mundi, et esse meum,
Mors quam ipse sustinuit ut ego vivam,
Et illud quod sperat omnis fidelis, sicut ego,
²¹ Cum predicta cognitione viva,
Traxerunt me de mare amoris tortuosi,
Et recti amoris posuerunt me ad ripam.
²² Frondes, unde refrondatur totus hortus
Ortolani eterni, quero ego tantum,
Quantum est ab eo illis de bono porrectum.
²³ Sicut ego tacui, unus dulcissimus cantus
Resonuit per celum; et mea domina
Dicebat cum aliis: Sanctus, Sanctus, Sanctus.
²⁴ Et sicut ad lumen acutum dissonatur
Propter spiritum visivum qui recurrit
Ad splendorem qui vadit de tunica in tunicam,
²⁵ Et excitatus quidquid videt abhorret,
Sic nesciens propter subitam vigiliam,
Quousque extimativa ei non succurrit;
²⁶ Sic de oculis meis omnem quisquiliam
Fugavit Beatrix cum uno de radiis suis,
Qui refulgebat plus quam per mille milliaria;*

vitam eternam, cum predicta cognitione viva, idest vivaci, traxerunt me de mari ad ripam, idest tales rationes extraxerunt me de profundo falsi amoris in quo periclitassem, et posuerunt me ad ripam, idest prope bonum amorem et rectum.

Iam descendit ad alias rationes, quia iste rationes, hucusque tacte, fuerunt de Deo. Modo descendit ad rationes de proximis tractantes: proximos, et creaturas mortales et viatrices, et etiam beatas; frondes. Caritas proximi, sive [que] habetur ad proximum, est secunda ala ad volandum in celum; sicut prima est caritas ad Deum, sive amor ad Deum, scilicet amare Deum. Frondes, idest folia, unde refrondatur, idest ex quibus, totus ortus hortolani eterni (refrondatur, idest repletur), amo ego tantum, quantum est ab eo illis de bono porrectum, idest datum, vel donatum. Idest ipse auctor amat proximos, ex quibus repletur Paradisus, secundum quod sunt boni et virtuosus, et secundum quod Deus donavit eis virtutem.

Statim quod ego tacui, unus dulcissimus cantus resonuit per celum; et mea domina, scilicet Beatrix, dicebat cum aliis, Sanctus, Sanctus, Sanctus, idest cantabant ter Sanctus Dominus Deus Sabaoth.

Et sicut ad lumen acutum. E come a lume acuto; ista est tertia pars huius capituli, in qua auctor introducit

- ²⁷ Onde, me' ⁽¹⁾ che dinanzi, vidi poi,
E quasi stupefacto domandai
D' un quarto lume, ch'io vidi con noi.
²⁸ Et ella ⁽²⁾ disse: Dentro da que'rai
Vagheggia l' suo Factor l'anima ⁽³⁾ prima,
Che la prima virtù ⁽⁴⁾ creasse mai.
²⁹ Come la fronda, che flecte la cima
Nel transito del vento, e poi si leva
Per propria virtù che la sublima,
³⁰ Feci io in tanto in quanto ella diceva,
Stupendo; e poi mi rifece sicuro
Un disio di parlar, ond'io ⁽⁵⁾ ardeva;
³¹ E cominciai: O pomo, che maturo
Solo producto fosti, o padre antico,
A cui ciascuna sposa è figlia e nuro;
³² Divoto, quanto posso, a te supplico,
Perchè mi parli: tu vedi ⁽⁶⁾ mia vogla;
E per udirti tosto, non la dico.

⁽¹⁾ meglio — ⁽²⁾ al. e la mia donna — ⁽³⁾ s. Ade — ⁽⁴⁾ Dio — ⁽⁵⁾ per lo quale — ⁽⁶⁾ da te medesimo.

quantum spiritum, scilicet Ade, primi hominis creati, cui ipse auctor proponit aliquas questiones. Primo tamen ponit quomodo reacquisivit visum per talem comparisonem. Quando quis dormit in una camera clausa, et subito intrat lumen, vel per aperitionem fenestrarum, vel introductionem alicuius cerei accensi aut lucerne ardentis, quod lumen est acutum et facit expergescere dormientem subito, ita quod dormiens subito excitatur, et spiritus visivus propter excessum luminis excitatur, dormiens nec per spatium scit ubi sit, postea recuperat omnem sensum. Et sicut ad lumen acutum dissonatur, idest a sompno evocatur, sive excitatur, propter spiritum visivum qui recurrit ad splendorem qui vadit de tunica in tunicam, idest de camera in cameram (quia oculus habet plures tunicas, sub quibus servatur potentia visiva), et excitatus quidquid vidit abhorret; sic nesciens, idest in tantum illa vigilatio nescia est et ignava, quod non cognoscit, propter subitam vigiliam, idest excitationem, quousque estimativa ei non succurrit, idest non discernit per spatium; sic de oculis meis omnem quisquiliam, idest omne velamen tenebrarum, fugavit Beatrix cum uno de radiis suis, qui refulgebat plusquam, idest a longe, per mille milliaria.

Iam Beatrix restituit sibi [visum] quem quasi amiserat, propter intueri in Sanctum Ioannem; quia sola Theologia est illa que sufficit intelligere subtilia et archana, que continentur in illis clausulis Evangelii Sancti Ioannis. In principio erat Verbum, etc., et in libro Apocalypsis: et sic et taliter Beatrix restituit sibi visum, quod melius quam prius modo videbat.

Modo introducitur quartus spiritus, scilicet Ade, primi hominis, qui supervenit ad illos tres qui erant ibi, et tunc

- [Ex quo melius quam prius modo videbam,
Et quasi stupens quesivi
De quarto lumine, quod vidi nobiscum].
²⁸ Et mea domina: Intra illos radios
Procatur suum Factorem anima prima,
Quam prima virtus crearet unquam.
²⁹ Sicut frons, que flectit summitatem
In transitu venti et postea se levat
Propter propriam virtutem que ipsam sublimat,
³⁰ Feci ego in tantum in quantum ipsa dicebat,
Stupens; et postea me refecit securum
Unum desiderium loquendi, unde ego ardebam;
³¹ Et incepti: O pomum, quod maturum
Solum productum fuisti, o pater antique,
Cui omnis femina est filia et nurus;
³² Devotus, quantum possum, tibi supplico,
Ut michi loquaris: tu vides meam voluntatem;
Et propter audire te cito, illam non dico.*

auctor recepit visum adiutorio Beatricis. Et mea domina, scilicet dixit: Intra illos radios vagheggiat, idest procatur, idest, contemplando moratur, suum Factorem anima prima, scilicet Ade, que fuit prima anima creata, quam prima virtus, scilicet Deus, crearet unquam.

Sicut frons, idest ramus foliatus, idest cum foliis, que flectit summitatem in transitu venti, scilicet spirantis, et postea se levat, idest ad pristinum statum revertitur, propter ipsam virtutem, idest naturam, que ipsam sublimat, que ad summitatem duxit et tenet (pulchra comparatio: quia Dantes inclinat primo oculos, postea erexit; uti arbor inclinat ramum propter vim ventorum, et demum, transiente vento, elevat); sic, scilicet, feci ego in tantum, idest in tam parvo spatio, in quantum ipsa dicebat, stupens, idest admirans; et postea me refecit securum unum desiderium loquendi, unde, idest in quo, ego ardebam, idest maxime affectabam scire.

Et incepti (exorditur, scilicet dicere): O pomum, quod maturum, idest perfectum, solum productum fuisti, o pater antique (nam nullus homo fuit productus in perfecta etate nisi Adam, qui fuit factus et creatus etatis trigintatrium annorum: sed nec Christus, qui natus est infans, sicut et ceteri homines, et in ventre matris figuratus caro, Sapientie septimo capitulo, cui omnis femina est filia et nurus (quia omnes descenderunt a te per rectam lineam, et omnis femina est uxor filii tui; et in tantum, quod, secundum legem nostram, si Adam modo resurgeret, non posset habere uxorem nisi Eva resurgeret, quia nunquam per lineam rectam potest recipi uxor, etc.), devotus, quantum ego possum, tibi supplico ut michi loquaris: tu vides meam, idest cognoscis, voluntatem; et propter audire te cito, illam non

³³ Talvolta un animal coverto brogla
 Sì, che l'affetto convien che si paia,
 Per lo seguir che face in lui la vogla;
³⁴ E similmente l'anima primaia ⁽¹⁾
 Mi facea trasparer per la coverta
 Quant'ella a compiacermi venia gaia.

³⁵ Indi spirò: Senz'esserme proferta,
⁽²⁾ Dante, la vogla tua, discerno meglo
 Che tu qualunque cosa t'è più certa;
³⁶ Perch'io la veggio nel verace specchio,
 Che fa di sè parellio all'altre cose,
 E nulla face lui di sè pareglo.
³⁷ Tu vuoi saper quant'è che Dio mi pose
 Nell'excelso giardino, ove costei ⁽³⁾
 A così alta scala ti dispose;
³⁸ E quanto fu 'l dilecto agl'occhi miei,
 E la propria cagion del grande sdegno,
 E l'ydroma ch'usai e ch'io fei.
³⁹ Or, figliuol mio, non lo gustar del legno
 Per sè fu la cagion di tanto exilio,
 Ma solamente el trapassar del segno.

⁽¹⁾ cioè di Adan — ⁽²⁾ o — ⁽³⁾ Beatrice.

dico. Idest non dico, non exprimo, quod volo; tantum, quia cupio te tam avide audire, quod nihil loquar, ne propter meam loquelam tu tardes loqui.

Dicit auctor, quod Adam fecit sicut facit animal, quod excutit pellem, in qua involutum est. Aliquando unum animal, coopertum setis, sive pilis, broliat, idest commovet, se ita, quod effectus convenit, idest oportet, quod appareat, propter id quod sequitur ipsius voluntatem. Quasi indicat magnam voluntatem et affectionem, excutendo pellem.

Et similiter anima primaia michi faciebat transparere per cooperturam, scilicet illius luminis, quantum ipsa ad complacendum michi veniebat iocunda.

Inde spiravit, idest cepit loqui (quasi dicat: Tu dicis verum, quod absque hoc quod michi indices tuam voluntatem, ego nosco intentionem mentis tue): Absque hoc quod michi sit oblata a te voluntas tua, discerno melius, scilicet illam, quam tu qualemcumque rem, que scilicet est tibi magis certa; quia illam video in veraci speculo, quod est tale quod in ipso omnia videntur, quod facit sibi presentes, scilicet, omnes alias res, idest representat; sed non e converso, et nulla, scilicet res, facit illud, idest representat, sibi presens. Textus dicit in vulgari: *Inde spirò: Senza esserme proferta, l'an[im]e, la voglia*. Aliqui dicunt quod textus dicendo, *da te la voglia*, nominat auctorem, scilicet Dantem, et non est bene dictum; quia more Virgilii non

³³ Aliquando unum animal coopertum broliat
 Ita, quod effectus convenit quod appareat,
 Propter id quod sequitur ipsius voluntatem;
³⁴ Et similiter anima prima
 Michi faciebat transparere [per] cooperturam
 Quantum ipsa ad complacendum michi veniebat
^(iocunda)
³⁵ Inde spiravit: Absque hoc quod michi sit oblata
 A te voluntas tua, discerno melius
 Quam tu qualemcumque rem que est tibi magis
^(certa)
³⁶ Quia illam video in veraci speculo,
 Quod facit sibi presentes alias res,
 Et nulla facit illud sibi presens.
³⁷ Tu vis audire quantum est quod Deus me posuit
 In excelso viridario, unde ista
 Ad tam altas scalas te disposuit;
³⁸ Et quanta fuit delectatio oculis meis,
 Et propriam causam magne indignationis,
 Et ydyoma quo usus fui [et] quod feci.
³⁹ O fili mi, non gustatio ligni
 Fuit per se causa tanti exilii,
 Sed solummodo transgressio signi.

nominat se in toto isto opere, nisi semel, sicut fecit Virgilius, etc. Nulla res potest representare taliter Deum, scilicet creata, *pareglio*, quia in nulla, scilicet re creata, Deus representatur, licet ipse representaret omnia.

Tu voli: ecce quod Dantes audire vult et addiscere ab Adam declarationem quatuor questionum: quarum prima est, quantum tempus fluxerat ex quo Deus creavit ipsum et posuit in Paradiso; et quantum stetit in Paradiso antequam inde expelleretur, ista est secunda questio; et que fuit causa expulsionis sue de Paradiso, ecce tertiam questionem; et quod fuit ydyoma, quo primo usus est ipse Adam, ecce quartam questionem. Tu vis audire quantum est, scilicet tempus, quod Deus me posuit in excelso giardino, idest in viridario, unde, scilicet de quo, ista, scilicet domina Beatrix, ad tam altas, idest longas, scalas te disposuit, idest ad ascendendum; et quanta fuit delectatio oculis meis, idest quanto steti in delitiis Paradisi, ista secunda questio; et propriam causam magne indignationis, ecce tertiam questionem; sequitur quarta questio, et ydyoma, quo usus fui et quod feci, ego scilicet.

O fili mi, non gustatio ligni. O figliuol mio, non il gustar del legno: hec est quarta pars huius capituli, in qua Adam solvit istas questiones, non servando ordinem quo sunt petite, quia primo solvit tertiam questionem, dicens: O fili mi, non gustatio ligni, idest esus, fuit per se causa tanti exilii; sed solummodo transgressio, idest in-

⁴⁰ Quindi, onde mosse ⁽¹⁾ tua donna ⁽²⁾ Virgilio, ⁴⁰ Ibi, unde movit tua domina Virgilium,
 Quattromilia trecento e due volumi ⁽³⁾
 Di sol ⁽⁴⁾ desiderai questo concilio ⁽⁵⁾;
⁴¹ E vidi lui ⁽⁶⁾ tornar a questi lumi
 Della sua strada novecento trenta
 Fiate, mentre ch'io in terra fu'mi ⁽⁷⁾.
⁴² La lingua ch'io parlai fu tutta spenta,
 Avanti che all'opra inconsumabile
 La gente di Nebrotho fusse attenta;
⁴³ Chè nullo affecto mai rationabile,
 Per lo piacer human, che rinnovella
 Seguendo 'l cielo, sempre fu durabile.
⁴⁴ Opera natural è ch'nom favella;
 Ma così o così, natura lascia
 Poi fare a voi, secondo che v'abbella.
⁴⁵ Pria che scendessi all'infernal ambascia,
 Un s'appellava in terra el sommo Bene,
 Onde vien la letitia che mi fascia;
⁴⁶ Hely si chiamò poi: e ciò convene;
 Chè l'uso de' mortali è come fronda
 In ramo, che sen va, e l'altra vene.

⁴⁰ Ibi, unde movit tua domina Virgilium,
 Quattuor millibus tercentis et duobus voluminibus
 Solis desideravi istud concilium;
⁴¹ Et vidi eum redire ad omnia lumina
 Sue strate nongintis triginta
 Vicibus, interim quod ego in terra fui.
⁴² Lingua quam ego fui loquutus fuit tota exstincta,
 Antequam ad opus inconsumabile
 Esset gens Nembroth attenta;
⁴³ Quia nullus effectus unquam rationalis,
 Propter complacentiam humanam, que renovatur
 Sequendo celum, semper fuit durabilis.
⁴⁴ Opus naturale est quod homo loquatur;
 Sed sic et sic, natura dimittit
 Postea facere vobis, secundum quod placet.
⁴⁵ Antequam ego descenderem ad infernalem angustiam,
 I vocabatur in terra summum Bonum,
 Unde venit letitia que me fasciat;
⁴⁶ Et vocatum fuit postea: et hoc convenit;
 Quia usus mortalium est sicut frons
 In ramo, quia una vadit, et alia venit.

⁽¹⁾ cioè dal Limbo al. quivi nel Limbo — ⁽²⁾ Beatrice — ⁽³⁾ cioè anni — ⁽⁴⁾ Sole — ⁽⁵⁾ de' Beati — ⁽⁶⁾ pel sole — ⁽⁷⁾ mi fui.

obedientia, signi. Vulgo dicitur, quod peccatum Ade fuit commestio illius pomi; sed non solum hoc fuit peccatum Ade, sed fuit magna superbia sua, quia voluit esse Deus, vel ut Deus, sicut suggessit sibi Lucifer, sive Sathanas, in specie serpentis. Sicut enim Lucifer, qui fuit creatus perfectior omnibus aliis creaturis, saltem nulla creatura fuit perfectior ipso; tamen Deus dedit sibi aliquem terminum, ad quem non fuit contentus, sed voluit illum excedere et effici et adorari ut Deus, quando dixit, In celum ascendam et super astra celi exaltabo solium meum et super altitudinem nubium, et ero similis Altissimo; consimiliter fecit Adam: cui dedit Deus scientiam et intellectum usque ad certum signum, seu terminum, quando fuit sibi dictum, Geneseos secundo capitulo, Comede de omni ligno, scilicet alio, quod est in Paradiso sed de ligno scientie boni et mali, quod est in Paradiso, ne comedas: idest cognosce Creatorem tuum, nec excedas terminum boni (quia non debuit scire naturam mali), et tamen ipse comedit de illo ligno vetito et voluit excedere terminum sibi datum, scilicet cognoscere bonum et malum, ubi solum bonum debebat cognoscere uti Deus, et neque cognovit beneficium sibi datum a Deo.

Iam solvit secundam questionem dicendo: Ibi, unde movit tua domina, scilicet Beatrix, Virgilium, quattuor millibus tercentis et duobus voluminibus solis istud desideravi, istud consilium; idest fui in Limbo in anxietate, in obscuritate, desiderando venire huc ad istud consilium celeste: et vidi

eum, scilicet solem, redire ad omnia lumina sue strate (scilicet signa zodiaci, que dicuntur lumina, quia quodlibet signum constat ex pluribus stellis, sicut Aries, Taurus, etc.) nongentis triginta vicibus, interim quod ego in terra fui, idest vixi. Et sic transierunt quinque millia ducentis sexaginta duo anni, a creatione Ade usque ad mortem Christi.

Nunc solvitur alia questio, scilicet quarta, scilicet de ydiomate. Lingua, quam ego loquutus fui, fuit tota extincta antequam [ad] opus inconsumabile esset gens Nembroth attenta (assignat causam quare ydyoma Ade fuit totum deperditum, antequam inciperet edificari turris Babel, que fuit opus incomplebile); quia nullus effectus unquam rationalis, propter complacentiam humanam, que renovatur sequendo celum, semper fuit durabilis: idest, quia semper celum volvitur, et voluntates hominum mutantur cum celo. Opus naturale est, quod homo loquatur; sed sic et sic, natura dimittit postea facere, ydyoma scilicet, secundum quod placet.

Nunc respondet ultime questioni, scilicet de ydiomate, dicens, quod ipse vocavit Deum I, sed postea Et vocatus est Deus ab Heber, a quo Hebrei, qui fuit quartus a Noe in generatione filiorum Dei. Et mutatio ydiomatis provenit ab usu mortalium, qui est sicut folium in ramis arborum, quia cadente uno de uno anno natum, oritur aliud in alio anno: sic enim quasi omnes arbores renovantur annuatim. Antequam ego descenderem ad infernalem ambasciam, idest

47 Nel monte ⁽¹⁾, che si leva più da l'onda,
Fu'io, con vita pura e dishonesta,
Dalla prim' hora a quella ch'è seconda,
Come 'l sol muta quadra, all' hora sexta.

47 *In monte, qui plus elevatur ab unda,
Fui ego, cum vita pura et inhonesta,
A prima hora ad illam secundam,
Quando sol mutat quadram hore sexte.*

(1) in Paradiso terrestre.

angustiam, sive ad anxietatem, l vocabatur in terra sum-
mum Bonum, unde venit, idest procedit, letitia que me
fasciat, idest circumdat, vel amplectitur; Et vocatum fuit
postea: et hoc convenit; quia usus mortalium est sicut
frons in ramo, quia una vadit, idest cadit, et alia venit,
idest oritur. Dicit enim Horatius, quod nostri sermones
sunt sicut folia arborum, quia unum folium recedit, scilicet
antiquum, et novum venit.

Iam Adam respondit ultimo ad secundam questionem,
scilicet quantum stetit in Paradiso, antequam expelleretur
inde, dicens: In monte, scilicet Paradisi, qui plus elevatur
ab unda (qui secundum fictionem auctoris vadit usque ad
orbem lune), fui ego cum vita pura antequam peccarem,
et inhonesta, idest postquam peccavi, a prima hora ad
illam secundam, quando sol mutat quartam, vel qua-
drum, hore sexte. Quasi dicat Adam Danti: Fili mi, cito me
expedivi de habere bonum et de bene stare, idest modicum
bene steti, propter peccare; quia non steti in Paradiso nisi
per sex horas, inter vitam honestam idest innocentem, et
inhonestam idest peccatricem. Ad intelligendum bene tex-
tum, notandum est quod dies naturalis continet viginti-
quatuor horas, et sic habet quatuor quartas. Prima quarta

continet sex horas; secunda, alias sex; tertia, alias sex;
quarta quarta continet alias sex. Modo ymaginatur auctor,
quod Deus fecit hominem in principio prime hore diei, sci-
licet ferie sexte, scilicet Veneris; et a principio diei usque
ad meridiem sunt sex hore, dato quod sit equinoctium, ita
quod dies artificialis de sole habeat duodecim horas: ita
quod a prima hora diei, in cuius principio creatus fuit
Adam, usque ad principium alterius quarte, quam auctor
vocat quadram, sunt sex hore, in quibus, Adam fuit in Pa-
radiso; et sic per sex horas stetit in Paradiso et non plus.
Aliqui ymaginantur, quod in principio diei factus fuit
Adam; tertiarum hora peccavit; hora sexta, canonica supple,
fuit in iudicio, in quo condemnatus fuit a Deo, quod ex-
pelleretur de Paradiso; et hora nona canonica fuit facta
executio, sive iusti iudicii Dei, ita quod in meridie fuit
expulsus de Paradiso. Ita aliqui volunt ponere ordinem
aperitionis [porte] Paradisi, que clausa fuit tali hora qua
Adam fuit expulsus. Nam dicunt, quod mane in principio
diei ferie sexte Parasceve, omnino decreverunt principes
sacerdotum et seniores populi mortem Christi, iuxta illud
Matthei vicesimoseptimo capitulo: Mane autem facto, con-
siliu inierunt; hora tertia fuit a Pilato sententiatu; hora
sexta crucifixus, semper loquendo de horis canonicis; hora
nona expiravit, et Paradisus tunc aperiebatur.

La carità, effusione di amore, che, incontrandosi in Dio, or-
dina in lui e consacra, eternandoli, tutti gli altri amori, forse
inconsapevolmente, ma logicamente, per quella logica che non
discorre per parti, ma coglie gli aspetti vari delle cose nel
vincolo che li congiunge, mena il Poeta al pensiero delle ori-
gini, al primo padre della famiglia degli uomini, e all'alto
argomento della parola, che per suoni, per scritture, per tra-
dizioni, trasfonde da individuo a individuo il pensiero e l'amore,
e le unità personali stringe in morale unità, in cui circola
un'identica vita.

E primamente bello, anzi sublime di una sublimità ignota
a' pagani, è la descrizione che in questo canto ci dà dell'amore
nella sua integrità e nel pieno della luce in cui nasce, e che
vuol essere suo alimento, ma che ove in quella non si tenga
ben fisso, può smarrirsi e diventar cieco, come favoleggiarono
gli antichi: esso nella sua perfezione è forza divina che accresce
l'intelletto, lo dilata, lo innalza a vedute altissime e senza
confini, dove nasce e si ordina la scienza, nasce e si compone la
storia, nascono e si vestono di bellezza propria e duratura le
opere d'arte e l'animo si tempera all'eroismo.

I vari concetti poi dell'intelletto, avvivati dall'amore, e ri-
petuti a noi con ordine di parole e con le forme dell'arte, e
così manifestati in suono sensibile a noi stessi ed altrui, sono
altrettante parole che legano le menti nostre con noi medesimi,
con la natura e con Dio. È dunque la parola di sua natura
vincolo, e come vincolo non può procedere che da amore. E
però nella Trinità divina la parola è generata dal Padre nel
riguardar sè stesso, che è il suo Verbo infinito, a cui sta so-
stanzialmente unito, ma che da lui è realmente distinto: dal
vicendevole amore poi di ambedue risulta la terza persona
dello Spirito Santo, dall'uno e dall'altro parimente distinta,
ma ad un tempo ad essi sostanzialmente congiunta.

E tutto questo, o noi c'inganniamo, il Poeta lo esprime nel-
l'ammirabile terzina che dice:

Lo Ben, che fa contenta questa corte,
Alfa ed Omega è di quanta scrittura
Mi legge amore o lievemente o forte.

Cioè da Dio procede la parola per essenza, il suo Verbo divino,
di cui ogni altra parola non è che una imitazione e ripeti-

zione, esprimendo variamente, più o meno, quanto in esso è
infinitamente contenuto.

Molte questioni si sono fatte e si fanno oggi sulla genesi e
la natura della parola umana; e benchè questo fatto resterà
sempre uno de' più profondi misteri che mostrano all'uomo la
limitatezza del suo intendere, non però sono da riputare inu-
tile sforzo i profondi studi che mirano a penetrarvi dentro,
quanto più sia possibile. Ma il risultato che fin qui se ne ot-
tenne, nulla aggiunge a quanto il Poeta nostro ne esprime
in quest'altra ammirabile terzina:

Opera naturale è ch'uomo favella;
Ma così o così, natura lascia
Poi fare a voi, secondo che v'abbella.

Questa teoria ci mostra nella umana natura le cagioni psicolo-
giche, fisiologiche e meccaniche della parola; cagioni esaminate
acutamente da opposti sistemi, ne quali a torto si vollero op-
porre le une alle altre. Diciamo a torto, perchè esse son vere,
ma per sè sole insufficienti a spiegare il fatto; e tutto quello
che ci danno a conoscere è il naturale impulso che ha l'uomo a
parlare, con le radicali, contenenti i più estesi e comprensivi
concetti, che egli ricevette da Dio. Il resto, se l'uomo si fosse
tenuto innocente, da quegli estesi e comprensivi concetti, i
quali contenevano tutto il verbo che egli ne avrebbe derivato
nella contemplazione dell'universo, si sarebbe naturalmente
svolto in lui con un linguaggio unico che vi corrispondesse: ma
rotto con la colpa quell'ordine mentale, ne venne di necessità la
rottura della parola; fenomeno che in tanta diversità di lingue
nell'umana specie, non manca di una sapienza ammirabile e
di una bellezza divina. Qui ricordiamo quel che fu da noi ac-
cennato in un altro canto: cioè, che come a mano a mano si
venne oscurando dopo la colpa originale la primitiva rivela-
zione, l'umano linguaggio, il quale da principio fu unico, si venne
sempre più corrompendo e spezzando; e così col dilatarsi ogni
di più anche scientificamente il Verbo divino della Chiesa cat-
tolica, forse può stare che si ricomponga un dì in una tal quale
unità di linguaggio, che si accosti a quella che fu nel concetto
divino della creazione.



CAPITULI VICESIMISEPTIMI SUMMARIUM

In isto vicesimoseptimo capitulo quod incipit: *Patri, Filio et Spiritui Sancto*, auctor reintroducitur Sanctum Petrum ad conquerendum de pastoribus Ecclesie, qui deviaverunt a tramite recto Iesu Christi, et conducunt populum Christi male, et exemplificant pexime eum. Dicit igitur auctor, quod toti Trinitati Paradisus inceptit dare gloriam, et omnia erant ibi in risu et letitia. Et subito factum fait silentium; et beatus Petrus, incipiens loqui, dixit: Si mutor in colore, non est mirum, quoniam ille qui usurpat locum meum in terra, de cimiterio meo fecit cloacam, scilicet viam subterraneam per quam vadunt feces, unde dyabolus multum placatur. Et sic domina Beatrix etiam mutavit colorem et fuit quasi eclipsata. Demum dixit Sanctus Petrus: Non fuit sponsa Christi, scilicet Ecclesia, nutrita propter acquirere aurum aut argentum; sed propter acquisitionem vite eterne, que fuit in incremento et crevit de sanguine meo et de sanguine Lini, Cleti, Sixti, Pii, Calixti et Urbani, qui omnes sparserunt sanguinem cum multo fletu. Nec fuit nostra intentio, quod ad nostram manum dexteram sederent Guelfi et ad sinistram Gebellini; nec quod claves michi concesse essent signaculum in vexillo, in preliis factis contra Christianos; nec quod facies mea esset

figura in sigillo privilegiorum falsorum et symoniace concessorum. Nam in veste pastorum videntur hinc lupi per omnia pascua, idest per omnes dyoceses, nedum in curia romana; de sanguine nostro preparant se ad bibendum Caorsyni et Guaschi, ita quod bonum principium ad malum finem tendere videtur: sed divina Providentia, que succurrit glorie romane cum Scipione, etiam succurrit. Demum dicit auctor, quod tota illa militia ascendit in celum novum in multitudine, sicut nives in multitudine descendunt de aere. Tunc domina Beatrix dixit auctori: Inclina oculos inferius versus terram, et inspicere quomodo tu es revolutus. Et respexit auctor terram ab occidente ad orientem; et tunc subito ipse evulsus de signo Geminorum, exiens de octava spera, intravit nonam speram, sive primum mobile, quod nullam habet stellam, cuius omnes partes sunt uniformes, cuius motus dirigit omnes motus aliarum sperarum, et in quo est principium temporis atque radix. In hoc capitulo in fine prophetat auctor de bona fortuna superventura, que per unum optimum principem mundum et sanctam Dei Ecclesiam reparabit. Sed subtiliter prophetat hic auctor; ideo, quomodo et qualiter et per quem modum, in Commento limpide continetur.



CAPITULUM VICESIMUMSEPTIMUM

- ¹ Al Padre, al Figlio, allo Spirito Sancto
Cominciò gloria tutto 'l Paradiso,
Sì che m'inebriava el dolce canto.
² Ciò ch'io udiva, mi sembrava un riso
Dell'universo; per che mia ebrezza
M'entrava per l'udito e per lo viso.
³ O gioia! o ineffabile allegrezza!
O vita intera d'amore e di pace!
O senza brama sicura ricchezza!

- ¹ Patri, et Filio, et Spiritui Sancto
Incepit gloriam totus Paradisus,
Ita quod inebriabar dulci cantu.
² Quidquid ego videbam, assimilabatur uni risui
Universi; ex quo mea ebrezza
Intrabat per auditum et per visum.
³ O iucunditas! o ineffabilis letitia!
O vita integra amoris et pacis!
O sine brama secure divitie!

Patri, et Filio et Spiritui Sancto, etc. Al Padre, al Figlio, allo Spirito Santo: istud est vicesimumseptimum capitulum huius Paradisi, in quo, ex quo in superioribus auctor ostendit quomodo fuit a tribus Apostolis examinatus de tribus virtutibus theologicis, idest a Sancto Petro de Fide, a Sancto Iacobo de Spe, a Sancto Ioanne Evangelista de Caritate, nunc introducit unum istorum, scilicet Sanctum Petrum, ad faciendum querimoniam de suis successoribus, qui, deviantes a recto tramite et a via Christi et apostolica, male conducunt populum christianum. Et dividitur istud capitulum vicesimumseptimum in quatuor partes. In quarum prima auctor facit invectivam, idest mordacem reprehensionem.

In secunda parte, que incipit ibi:

Sicut de vaporibus gelatis;
Siccome de vapor gelato,

describitur redditus omnium animarum triumphantium ad celum et suum aspectum ad terram.

In tertia parte, que incipit ibi:

Mens philocapta, que dominatur;
La mente innamorata, che donna,

auctor describit suum ascensum simul cum Beatrice ad speram nonam et ultimam, que dicitur primum mobile.

In quarta parte, que incipit ibi:

O cupiditas, que mortales offendis;
O cupidigia, ch'e mortali offendi,

auctor exclamat contra omnes viventes in vitiis involutos.

Circa primum et primam partem, primo auctor continuat dicta dicendis. Postquam facta fuit examinatio de tribus virtutibus theologicis, et fuit facta responsio auctori de quatuor questionibus propositis spiritui Ade, tota curia Paradisi fecit magnum gaudium de pertractatis, quia illa pertractata resultabant ad commendationem fidei et ad bonum etiam volentium bene vivere; ideo hoc fingit hic auctor. Dicitur ergo in textu: Hiis dictis, scilicet in superioribus capitulis, Patri, et Filio, et Spiritui Sancto incepit gloriam totus Paradisus, idest Ecclesia triumphans, idest dedit gloriam Trinitati, ita suaviter cantando, ita quod ego audiens inebriabar dulci cantu, idest quasi alienabar a sensibus propter dulcem cantum, quem cantabant omnes illi spiritus beati. In duobus sensibus letabatur auctor hic, scilicet in visu et auditu.

Quidquid ego videbam assimilabatur michi uni risui, videbatur unus risus, universi, ex quo mea ebrezza, idest ebrietas, intrabat per auditum et per visum. Ipse auctor de hiis [quæ] videbat et audiebat, habebat magnum gaudium; nam risus est inditium gaudii. Omnes enim anime beate, reperte in diversis speris secundum fictionem, habent virtutem ab ista octava spera, in qua nunc sunt. Delectatio, quam habebat auctor, non intrabat per gustum, sed per auditum et visum.

Iam auctor exclamat in laudem huius letitie, dicens: O gioia! idest iucunditas; o ineffabilis allegrezza! idest ineffabile gaudium (idest, O perfecta felicitas et cara res, de qua non potest dici ad plenum!) O vita integra amoris

- ⁴ Dinanzi agl'occhi miei le quattro ⁽¹⁾ face
Stavan accese, e quella ⁽²⁾ che pria venne
Incominciò a farsi più vivace;
⁵ E tal ne la sembianza sua divenne,
Qual diverrebbe Iove, s'elli e Marte
Fosser augelli, e cambiansersi penne.
⁶ La Providenza, che qui ne comparte
Vice et officio, nel beato choro
Silenzio post' havea da ogni parte,
⁷ Quand'io udi': Se io mi transcoloro,
Non ti maraviglar; chè, dicendo io,
Vedrai transcolorar tutti costoro.
⁸ Quelli che usurpa in terra el loco mio,
El loco mio, el loco mio, che vaca
Nella presentia del Figliuol di Dio,
⁹ Fact' ha del cimiterio mio cloaca
Del sangue e della puzza, onde 'l perverso,
Che cadde di quassù, laggiù si placa.

⁽¹⁾ predecete — ⁽²⁾ di Santo Petro.

et pacis! (quia vita terrena est imperfecta et diminuta, plena guerris et divisionibus et odiis, que cum labore queritur, cum curis servatur, cum dolore perditur). O sine brama, idest sine desiderio afflictivo, secure delitie! (quia ultra illas nihil petitur nec desideratur).

Ante oculos quatuor faces, idest facule, scilicet ille tres anime, trium Apostolorum, et quarta anima Ade, stabant accense, scilicet relucetes; et illa, scilicet anima Sancti Petri, que prius venit, incepit fieri vivacior, idest lucidior, et talis in similitudine (comparatio est ista in similitudine), idest in apparentia, sua devenit, idest effecta est, qualis deveniret Iuppiter, idest efficeretur, si ipse et Mars essent aves et cambi[a]rent pennas inter se. Nota quod Iuppiter est albus, idest argenteus, Mars ignitus [id]est rubeus. Modo si Iuppiter et Mars, due planete, cambi[a]rent pennas, idest colores, Iuppiter efficeretur rubeus, licet in se sit albus, et Mars, qui est rubeus, fieret argenteus. Nota etiam quod cambi[a]re in facie colorem album in rubeum, est quasi semper signum verecundie, quia, quando quis verecundatur in facie, efficitur rubeus. Talis effectus est hic nunc Sanctus Petrus, qui mutavit colorem album in rubeum pro pudore, scilicet loquendo turpia et verecunda, que cominctunt Summi Pontifices successores sui, et depinxit se verecundia; et omnes anime, que erant ibi, mutaverunt colorem, in signum displicentie quam habent de turpibus operibus summorum Pontificum.

Providentia, scilicet divina, que ibi compartitur, idest commensurat et distribuit, vices et officia in beato choro, idest in illa sotietate, silentium posuerat ab omni parte (quia omnes illi spiritus, qui erant ibi, sive de spera Lune,

- ⁴ Ante oculos meos quatuor faces
Stabant accense, et illa que primo venit
Incepit fieri vivacior;
⁵ Et talis in similitudine sua devenit,
Qualis deveniret Iuppiter, si ipse et Mars
Essent aves, et cambi[a]rent pennas.
⁶ Providentia, que ibi compartitur
Vices et officia, in illo beato coro
Silentium posuerat ab omni parte,
⁷ Quando ego audiui: Si ego transcoloror,
Non mireris; quia, me dicente,
Videbis transcolorari omnes istos.
⁸ Ille qui usurpat in terra locum meum,
Locum meum, locum meum, qui vacat
In presentia Filii Dei,
⁹ Fecit de cimiterio meo cloacham,
De sanguine et putredine, unde perversus,
Qui cecidit ab hinc, inferius placatur.

sive Mercurii, sive quacumque alia, tacebant nec cantabant amplius), quando ego audiui, scilicet Sanctum Petrum dicentem: Si ego transcoloror, idest transmuto colorem, non mireris, quia, me dicente, verba scilicet que dicturus sum, videbis transcolorari omnes istos. Quasi dicens: Si erubesco propter pudorem scelerum prelatorum Ecclesie, omnes isti etiam erubescant, quia turpis vita pastorum Ecclesie cedit ad magnam verecundiam.

Ille qui usurpat (scilicet Bonifacius, qui usurpavit papatum a Celestino, ut dictum fuit decimonono capitulo Inferni) in terra locum meum, locum meum, locum meum (ter dixit ad maiorem expressionem) qui vacat in presentia Filii Dei (propter hoc volunt aliqui dicere, quod Dantes obloquebatur hic de domino Bonifacio octavo; et hoc bene verum est, quia ipse replevit Ecclesiam sanctam Dei symoniacis et baractariis, et qui fraudolenter usurpavit sedem apostolicam: sed dum dicunt, de intentione auctoris fuisse quod ipse Bonifacius non erat verus Papa, ex eo quod locum usurpasset, qui vacat in presentia Filii Dei, non bene dicunt; imo Dantes credidit bene, quod Bonifacius octavus esset verus Papa, sed malus et symoniacus: ideo non dixit quod vacaret Papa simpliciter, sed in presentia Filii Dei, idest quod ipse Bonifacius, licet esset Papa, tamen non erat acceptus coram Domino Nostro Iesu), fecit de cimiterio meo cloacham (cloacha est locus subterraneus, per quem discurrent feces, stercora et turpitudines, idest de Ecclesia Dei fecit cloacham, idest replevit eam abominationibus) de sanguine et putredine, unde perversus, idest dyabolus et Sathanas, qui cecidit abhinc, scilicet de celo, inferius, idest in terram, placatur. Quasi dicens: Fit sacrificium dyabolo de pecunia male acquisita per symoniam. Cimiterium Sancti

- 10 Di quel color, che, per lo sol adverso,
Nube dipinge da sera e da mane,
Vidd' io allora tutto 'l ciel consperso;
11 E come donna honesta, che permane
Di sè sicura, e per l'altrui fallanza,
Pur ascoltando, timida si fane,
12 Così Beatrice transmuto' sembianza;
E tal eclipsi credo che 'n ciel fue,
Quando patì giù⁽¹⁾ la somma Possanza⁽²⁾.
13 Poi procedetter le parole sue
Con voce tanto da sè transmutata,
Che la sembianza non si mutò piuë;
14 Non fu la sposa di Chrysto allevata
Del sangue mio, di Lino e di Cleto,
Per esser ad acquisto d' oro usata;
15 Ma per acquisto d' esto viver lieto
Pio, con Sisto, Calisto et Urbano
Sparsero 'l sangue doppio molto fieto.
16 Non fu nostra intention ch'a destra mano
De' nostri successor parte sedesse,
Parte dall'altra⁽³⁾, del popol chrystiano;
- 10 *De illo colore, quo, propter solem adversum,
Nubes depinguntur de sero et de mane,
Vidi ego tunc totum celum conspersum:
11 Et sicut domina honesta, que permanet
De se segura, et propter alterius defectum,
Solum auscultando, timida efficitur;
12 Sic Beatrix transmutavit similitudinem,
Et talis eclipsis credo quod in celo fuit,
Quando passa fuit suprema Potentia.
13 Postea processerunt verba sua
Cum voce a se tantum transmutata,
Quod in apparentia non mutavit se plus:
14 Non fuit sponsa Christi educata
De sanguine Lini, illius Cleti,
Ut illa esset ad acquisitionem auri usitata;
15 Sed propter acquisitum istius vivere leti
Et Sixtus et Pius, Calixtus et Urbanus
Sparserunt sanguinem post multum fletum.
16 Non fuit nostra intentio, quod ad dexteram manum
Nostrorum successorum pars sederet,
Pars ad aliam, populi christiani;*

(¹) in terra — (²) Chrysto — (³) sinistra.

Petri est Vaticanium. Vaticanium est quasi quinta pars navis Ecclesie Sancti Petri in Roma, ubi sunt sepulture plurium summorum Pontificum.

Nota quod sepe, oriente sole de mane et occidente de sero, propter vapores grossos, qui interponuntur inter visionem nostram et ipsum solem, aliquando, tam mane quam sero, celum apparet quasi rubeum, quia radii solares, transversaliter penetrantes predictos vapores, causant talem colorem: et dicitur magis de mane vel de sero, et non de meridie, quia in meridie radii solis perpendiculariter descendentes, dissipant cito tales vapores; et ideo celum non apparet in meridie rubicundum propter huiusmodi vapores. Preterea notandum est, quod, quando sol eclipsatur, fit magna mutatio in aere, quia de lucido prius fit quasi niger propter obscuritatem, sicut accidebat in passione Christi; quia tunc fuit magna eclipsis, quia totus sol fuit obscuratus, non propter interpositionem lune, sed ex miraculo. Nota etiam hic, quod auctor fingit hic, quod Beatrix mutavit etiam colorem, quia Sacra Scriptura eclipsatur quando pastores Ecclesie sunt nimis mali, tum quia pauci vacant circa ipsam, tunc quia, si sunt doctores, non possunt obloqui de symonia et aliis vitiis, sicut deceret. De illo colore, scilicet rubeo, quo propter solem adversum nubes depinguntur de sero et de mane, vidi ego tunc totum celum conspersum. Hic auctor fingit, omnes illos spiritus fuisse effectos rubeos.

Nunc depingit transcolorationem Beatricis per compa-

rationem unius domine, que in se bona est, tamen verecundatur de defectibus aliarum malarum mulierum. Et sicut domina honesta, que permanet de se segura, quia bona est et bone fame, et propter alterius, scilicet mulieris, defectum, tamen auscultando, timida efficitur, supple et rubea, sic Beatrix transmutavit similitudinem, *sem-bianza*; et talis eclipsis [credo] quod in celo fuit, quando passa fuit suprema potentia, scilicet Iesus Christus crucifixus. Beatrix fuit facta rubea.

Nedum in colore mutatus fuit, sed etiam in voce, quia loquebatur rauca voce et acerbè conquerendo de sceleribus clericorum. Postea processerunt verba sua, scilicet Sancti Petri qui inceperat loqui, cum voce tantum a se transmutata, quod in apparentia, scilicet visuali, non mutavit se plus, idest amplius. Et dixit: Non fuit sponsa Christi, scilicet Ecclesia, educata de sanguine meo, Lini (qui successor fuit immediatus Sancti Petri), illius, sanguinis, Cleti (hic alter papa), ut illa esset ad acquisitum, idest ad acquisitionem, auri [usitata]; uterentur, scilicet, Summi Pontifices et alii Ecclesie prelati; sed propter acquisitum, idest acquisitionem, istius vivere leti (genitivus casus *vivere*, quia vivere, sive vita, beatorum, est cum letitia semper), et Sixtus, et Pius, et Calixtus, et Urbanus (omnes isti fuerunt summi Pontifices, successores Sancti Petri) sparserunt sanguinem post multum fletum, quia omnes fuerunt martyrizati.

Nota quod iste partialitates, scilicet gebellina et guelfa, multum vigent in Ytalia, et Guelfi gloriantur se fore ec-

- 17 Nè che le chiavi, che mi fur concesse,
Divenisser signaculo in vexillo,
Che contra baptizati combattesse;
18 Nè ch' io fussi figura di sigillo
A privilegi venduti e mendaci,
Ond' io sovente arrosso e disfavillo.
19 In veste di pastor lupi rapaci
Si veghon di quassù per tutti e paschi⁽¹⁾:
O vendetta di Dio, perchè più giaci!
20 Del sangue nostro Chaorsini e Guaschi
S'apparechian di bere: o buon principio,
A che vil fine convien che tu caschi!
21 L' alta Providentia, che con Scipio
Difese a Roma la gloria del mondo,
Soccorrà tosto, sì com' io concipio.
- 17 *Nec quod claves, que michi fuerunt concesse,
Devenirent signaculum in vexillis,
Quod contra baptizatos preliaretur;
18 Nec quod essem figura sigilli
Privilegiis venditis et mendacibus,
Unde ego multum rubeo et disfavillo.
19 Quia in veste pastoris lupi rapaces
Videntur abhinc per omnia pascua:
O defensio Dei, quare tantum iaces!
20 De sanguine nostro Chaorsini et Vascones
Preparant se ad bibendum sanguinem: o bonum
[principium],
Ad quem vilem finem oportet quod tu cadas!
21 Sed alta Providentia, que cum Scipione
Defendit Rome gloriam mundi,
Succurrat cito, sicut ego concipio.*

(¹) chiese.

clesiasticos et se sedere ad dexteram Pape et Ecclesie: Gebellini reputantur esse de parte Imperatoris, et sedere ad dextram Imperatoris, et ad sinistram Pape. Iterum nota, quod arma Ecclesie sunt duo claves albe transversaliter, quasi per modum et formam unius crucis in campo rubeo, et tale signo utuntur gentes Ecclesie sive stipendiarii. Tales claves figurant illas quas Christus tradidit Petro, primo Vicario Christi, que claves, sive quod signum clavium, apparet auctori, quod non deberent, sive portari, non deberet, quando fit prelium inter Christianos. Preterea notandum est, quod bulla papalis est plumbea, et ex una parte sunt duo capita, scilicet Petri et Pauli, cum istis litteris S. P. A. S. P. A.; et quando privilegia sunt falsa, vel symoniace procurata, non videtur placere Sancto Petro, quod sua figura, sive sue faciei, pro sigillo appendatur talibus privilegiis. Ecce verba Sancti Petri, loquentis in plurali, more Summi Pontificis, vel in persona omnium istorum spirituum, qui erant ibi.

Non fuit nostra intentio, quod ad dexteram manum, scilicet Summi Pontificis, vel Ecclesie, vel summorum Pontificum, nostrorum successorum, pars, scilicet populi Christiani, que est guelfa, supple sederet, pars, scilicet alia, idest gebellina, ad aliam, scilicet sinistram, populi Christiani idest, non fuit intentio Christi aut Apostolorum, quod Ecclesiastici prelati tenerent Guelfos ecclesiasticos, et Gebellinos contra Ecclesiam, et per consequens Guelfos bene tractarent et Gebellinos male; nec quod claves, que fuerunt michi concesse, devenirent, idest fierent, vel portarentur, signaculum in vexillis, quod contra baptizatos preliaretur, scilicet ubi sanguis Christianorum effunditur. Dantes habebat respectum ad Bonifacium papam octavum, qui Christianis tunc temporis inferebat prelia, maxime illis de Columnna in Campania, et maxime circa Penestrinum. Penestrinum est una civitas in Campania romana, multum fidelis illis nobilibus de Columnna: licet tamen aliquando, Summis Pontificibus et Prelatis Christi Ecclesie uti brachio

seculari. Nam Augustinus et alii doctores consentiunt, quod quando expedit, Ecclesia potest et debet uti brachio seculari; et hoc fecit Beatus Gregorius. Videtur etenim quod Sanctus Petrus verecundetur, quod figura faciei eius sit in bulla falsa etc. symoniaca; irascitur et dicit: Nec quod ego essem figuram sigilli privilegiis venditis et mendacibus, unde ego multo rubeo, idest verecundor et disfavillo, idest inflammor.

Et quare? supple. Quia in veste pastorum lupi rapaces videntur abhinc ab omni pascua, idest per omnes ecclesias; quia nedum Summi Pontifices, sed etiam alii Episcopi. O defensio Dei, quare tantum iaces! Quasi dicat: Cur dormis? cur [non] excitaris ad puniendum malos pastores? Loquitur hic auctor more Evangelii dicentis: Veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus sunt autem lupi rapaces.

De sanguine nostro Chaorsini (per istum de Chaorsini[s] intellige papam Ioannem, successorem Clementis de Vasconia, qui transtulit papatum ad partes gall[ic]as, qui fuit magnus symoniacus et corripuit multum curiam romanam: successor eius fuit Ioannes papa, ditissimus papa, in cuius morte reperti sunt de suis decem et septem milliones florenorum. De *Chaorsa*: idest de Caturgio, que est una civitas in Frantia, de qua civitate fuit ipse Ioannes papa; ideo per Chaorsinos intellige ipsum Ioannem, per Vascones ipsum Clementem et suos sequaces) et Vascones preparant se ad bibendum sanguinem (nam prelati Ecclesie symoniaci bibunt sanguinem sanctorum); o bone principium, ad quem vilem finem convenit, idest oportet, quod tu cadas! Quasi dicat: O Ecclesia sancta Dei, que habuisti ita bonum principium, ad quid devenisti, idest ad manus peximorum pastorum, et pexime es recta, ita quod oportebit te quasi cadere.

Nota quod Ecclesia Dei non deficiet unquam usque ad finem seculi: bene fluctuat et fluctuabit navicula Petri, sed

- ²² E tu, figliuol, che per lo mortal pondo
Ancor giù tornerai, apri la bocha,
E non asconder quel ch'io non ascondo.
- ²³ Siccome di vapor gelati fiocha
In giuso l'aer nostro, quando 'l corno
De la Capra ⁽¹⁾ del ciel col Sol si tocha;
- ²⁴ In su vidd'io così l'ethere adorno
Farsi, e fioccar di vapor triumphanti,
Che fact'havean con noi quivi soggiorno.
- ²⁵ Lo viso mio seguia e suoi sembianti,
E seguì finche 'l mezzo, per lo molto,
Li tolse el trapassar di più avanti.
- ²⁶ Onde la donna, che mi vide asciolto
Dell'attender in su, mi disse: Adima
El viso, e guarda come tu se' volto.
- ²⁷ Dall'ora ch'io haveva guardato prima,
Io vidi mosso me per tutto l'arco,
Che fa dal ⁽²⁾ mezzo al fin el primo clima;

(¹) del Capricorno — (²) al. del.

non debet submergi. Sed alta Providentia, scilicet divina, que cum Scipione defendit Rome gloriam mundi, succurat cito, sicut ego concipio. Nota quod quando Roma fuit ita oppressa ab Hannibale Cartaginensi, quod quasi videbatur deficere, tunc Deus succurrit cum Scipione, qui alio nomine dicebatur Scipio Africanus, qui devicit Africam, cum quo Deus liberavit Romam obsessam. Ita auctor supplicat Deo, ut succurrat Ecclesie sue cum uno pugile bono. Verba tamen sunt Beati Petri, ita quod Deus prestet Ecclesie sue bonum pastorem, qui bene regat ipsam, sicut ipse Sanctus Petrus concipit fore faciendum pro gloria mundi et Rome. Potest intelligi Imperium Romanum, quod Deus defendit cum Scipione Africano.

Modo sanctus Petrus imponit auctori, debenti redire ad mundum, quod ipse debeat annuntiare hec, que ipse hic vidit et audivit, publice, toti mundo, dicens: Et, scilicet auctor, tu, fili, qui per mortalem mundum adhuc infra redibis, aperi os, idest annuntia, et non abscondas, idest non taceas, illud quod ego non abscondo, idest loquor publice; supple [quod] audivisti a me et vidisti hic.

Sicut de vaporibus gelatis. Si come de vapori gelati: hec est secunda pars huius capituli, in qua ponitur ascensus harum animarum de octava spera in nonam, per comparisonem nivium late descenduntium de celo ad terram. Nam aliquando descendunt nives late sicut lana carpinata, que nives sunt albe. Nives sunt vapores humidi congelati, que nives maxime descendunt de mense decembris, quando sol est in Capricorno signo celi. Sic Dantes vidit istas animas sursum de spera octava ascendere in speram nonam, et etherem ornari, idest celum nonum ornari, seu repleri, illis animabus; quas animas auctor vocat vapores trium-

- ²² Et tu, fili, qui per mortalem mundum, alias pondus.
Adhuc inferius redibis, aperi os,
Et non abscondas illud quod ego non abscondo.
- ²³ Sicut de vaporibus gelatis fiocat
Infra aier noster, quando cornu
Capre celi cum sole tangitur;
- ²⁴ Versus partem superiorem vidi ego sic etherem
Fieri, et fioccare vapores triumphantes, ^{ornatum}
Qui fecerant ibi nobiscum residentiam.
- ²⁵ Visus meus sequebatur suam apparentiam,
Et sequutus est usque ad medium, quia multum
Subtraxit ei pertransire ulterius.
- ²⁶ Unde domina, que videbat me absolutum
Ad intuendum sursum, michi dixit: Adyma
Visum, et respice quomodo tu es versus.
- ²⁷ Ab hora qua ego respexeram prius,
Ego vidi me motum per totum arcum
Qui est de medio ad finem primi climatis;

phantes; que anime steterant in octava spera, in qua steterant Dantes et Beatrix: quas animas ascendentes auctor cum visu, sive cum oculis, sequutus fuit, idest oculi intuebantur, usque ad spatii medietatem, nam ulterius non potuit videre propter magnam distantiam.

Sicut de vaporibus gelatis, idest de nivibus, fioccat, idest emittit (nam fioccare in ydiomate longobardico est proprie mingere) infra aier noster, quando cornu Capre celi cum sole tangitur (idest quando sol est in Capricorno, tunc sol tangit cornu Capre celi); versus partem superiorem vidi ego sic etherem ornatum fieri et fioccare, idest emittere, vapores triumphantes, qui fecerunt ibi residentiam, idest steterunt ibi in octava spera nobiscum. Hoc dicit, quia Christus cum matre sua per [illuc] prius ascenderat, ut dictum fuit alibi.

Visus meus, idest oculus, sequebatur apparentiam suam, idest quantum michi apparuit, et sequutus est usque in medium, sed non plus; propter magnam distantiam, subtraxit ei, scilicet oculo meo, pertransire, idest intueri ulterius: unde domina, scilicet Beatrix, que videbat me absolutum, idest totum intentum et actentum ad intuendum sursum, scilicet ad partes superiores, michi dixit: Adyma, idest inclina, visum, scilicet versus inferius, et respice quomodo tu es versus, idest conversus. *Inclina visum:* idest intellectum: *et respice:* idest intellige. Qui[a] Dantes erat in celo, ideo volebatur cum eo et ad modum suum: nam alia vice, de mandato Beatricis, scilicet in capitulo vicesimosecundo huius Paradisi, quando primo intravit istam speram octavam, [respexit inferius].

Ab hora a qua ego respexeram prius, scilicet quando primo intravi istam speram octavam, de mandato etiam

- ²⁸ Sì ch'io vedea di là da Ghade el varco
Folle d'Ulisse, e di qua presso al lito
Nel qual si fece Europa dolce carco.
- ²⁹ E più mi fora discoperto el sito
Di questa aiuola; ma 'l sol precedea,
Sotto e mie piedi, un segno e più partito.
- ³⁰ La mente innamorata, che donnèa
Colla mia donna sempre, di ridurre
Ad essa gl'ochi più che mai ardèa:

- ²⁸ Ita quod ego videbam ultra transitum
Fatuum Ulixis, et citra prope lictus
In quo de Europa fuit [factum] dulce onus.
- ²⁹ Et plus esset michi discoopertus situs
Illius aiuole; sed sol procedebat,
Sub meis pedibus, in signum magis divisum.
- ³⁰ Mens mea philocapta, que dominatur
Cum mea domina semper, reducere
Ad ipsam oculos plusquam unquam ardebat:

istius mee domine, quando ego revidi omnia ista inferiora, super que ascenderam, supple usque ad hanc horam, ego vidi me motum per totum arcum, qui, scilicet arcus, est de medio, scilicet climate, ad finem primi climatis (vult dicere quod ab illa hora, qua alia vice respexit inferius, sicut sibi precepit Beatrix, usque nunc, erat circumvolutus ad revolutionem celi octavi, idest octave spere in qua erat, a meridie, ubi est medium clima, quod ubi est Hierusalem que est in medio medii climatis, usque ad occidentem, in quo occidente sunt Gades Herculis. Vult auctor dicere quod in occidente sunt Gades Herculis, sicut de facto sunt. Nam Hercules, vadens per mundum, ivit in occidentem, ubi vidit quod ultra non erat terra, saltem habitabilis. Posuit ibi columpnas, in signum quod ulterius non erat eundem, quia non erat terra habitabilis; et ille due columpne dicuntur Gades a loco in quo Hercules posuit eas, et etiam a signo, quia Gades idem significat quod meta; et tamen Ulixes, ut dictum fuit in vicesimosesto capitulo Inferni, bestialiter pertransivit illas columpnas, et ideo nunquam rediit, sed periit secundum fictionem istius auctoris, ut dictum fuit in predicto capitulo vicesimosesto Inferni. Vocat etiam auctor primum clima illud quod est in Hispania: quod est bene primum incipiendo numerare ab occidente; sed si quis inciperet numerare ab oriente, tunc esset ultimum. Nota etiam quod fingitur a poetis. Quando Iuppiter in forma tauri rapuit Europam, filiam Agenoris, regis Fenicie, et portavit eam supra se de Palestina usque ad insulam Crete, et quando portavit eam supra renes suos, videbatur quod illud onus esset valde sibi dulce. Palestina, unde rapuit Iuppiter istam, est in medio climate medii climatis, quia in medio terre habitabilis, ubi est Hierusalem; nam Fenicia distat a Ierusalem forte per duas dietas. Nota etiam quod tunc Dantes, de mandato Beatricis existens in ista octava spera, erat in signo Geminorum, per quod signum intravit etiam in istam octavam speram, ut dictum fuit superius in capitulo vicesimosecundo istius Paradisi; sol vero erat in signo Arietis, licet sol sit subtus spera octava, quia sol est in quarta spera planetarum: ita quod ipse Dantes adhuc plus vidisset de terra; sed sol procedebat in signo Arietis, quod distat a signo Geminorum per unum signum medium, scilicet per Taurum, quia inter Arietem et Gemini est Taurus in medio; ita quod ego videbam ultra Gades, idest columpnas Herculis, transitum, idest passum fatuum Ulixis (quia fatue fecit Ulixes transire

illas columpnas, quia periit), et citra prope lictus maris Palestini, in quo, scilicet lictore, de Europa, scilicet filia Agenoris, fuit factum, scilicet per Iovem, dulce onus.

Terra habitabilis dividitur a philosophis in septem climata, in quorum medio est Palestina. Et plus esset michi discoopertus situs illius aiuole, idest superficiei terre; sed sol precedebat sub pedibus meis (quia Dantes erat in octava spera, in signo Geminorum) in signum magis divisum, scilicet a Tauro, quia Taurus dividit inter Arietem et Gemini.

Mens mea philocapta. La mente innamorata: hec est tertia pars huius capituli, in qua auctor, descendens in primum mobile, primo premittit pulchritudinem Beatricis. Nota quod oculus delectatur videre res pulchras, et nedum factas a natura, sed etiam ab arte: nam alique res naturales sunt valde pulchre et delectabiles oculis ad videndum; sic etiam sunt alique res artificiales multum delectantes visum; ut ad sensum percipimus: quia delectabiliter videmus celum, terram, aquam, pisces et animalia gressibilia, volatilia celi, personas pulchras, picturas, sculpturas. Dicunt aliqui, et Aristotiles dicit, quod Elena Lacedaemonensis, que fuit rapta a Paride, erat adeo pulchra, quod qui intuebatur eam, subito capiebatur amore eius; ideo ad fugiendum talem amorem consulebatur omnibus quod fugerent eam et non intuerentur eam. Scribitur quod Policletus, optimus artista statuificus, fecit unam statuem Veneris adeo pulchram, quod quidam exarsit in amorem eius sic et taliter, quod cum ea statua voluit suam libidinem explere; ita quod res visibiles pulchre sunt quedam pascua unde pascuntur oculi et unde capiuntur. Non igitur mirum erat, si hic Beatrix tam pulchra, traheret oculos Dantis ad amorem suum et ad libenter intuendum ipsam; imo in tantum oculi Beatricis cum sua pulchritudine traxerunt ad libenter respiciendum in ipsam, quod si omnes complacentie, que possent provenire a quibuscumque rebus naturalibus et etiam artificialibus, essent simul presentate oculis ipsius auctoris, non possent tantum elicere oculos eius et mentem, quantum faciebat aspectus Beatricis hic. Mens mea philocapta, que doneatur, idest dominatur, cum mea domina, scilicet Beatrice, semper reducere oculos ad ipsam plusquam unquam ardebat, idest ardentem desiderabat.

- ³¹ E se natura o arte fe' pasture
Da piglar ochi per haver la mente,
In carne humana, o ne le sue picture,
³² Tutte adunate parrebber niente,
Ver lo piacer divin, che mi rifulse
Quando mi volsi al suo viso ridente.
³³ E la virtù, che lo sguardo m'indulse,
Del bel nido di Leda mi disvelse,
E nel ciel velocissimo ⁽¹⁾ m'impulse.
³⁴ Le parti sue vicissime et excelse
Sì uniformi son, ch'io non so dire
Qual ⁽²⁾ Beatrice per luogo mi scelse.
³⁵ Ma ella, che vedea el mio desire,
Incominciò, ridendo, tanto lieta,
Che Dio pareva nel suo volto gioire:
³⁶ La natura del moto, che quieta
El mezzo, e tutto l'altro intorno move,
Quinci comincia come da sua meta.
³⁷ E questo cielo non ha altro dove
Che la mente divina, in che s'accende
L'amor che volge e la virtù che piove.

⁽¹⁾ primo mobile — ⁽²⁾ parte.

Et si natura vel res scilicet artificialis fecit pascua ad capiendum oculos propter habere mentem, in carne humana vel in suis picturis, omnia, scilicet talia, adunata, idest simul, apparerent nihil respectu complacentie divine, que michi refulsit, quando me volvi ad suum visum ridentem. Vult dicere auctor: Quando vidi istos spiritus ascendentis, scilicet de spera octava ad nonam, volebam me vertere ad oculos Beatricis propter dicere, Quid est faciendum? sed tunc ipsa placuit michi [ita], quod si omnia delectabilia visui, sive sint naturalia, sive artificialia, essent ibi, nihil essent ad me faciendum delectari, respectu complacentie quam michi obtulit Beatrix, quando intuitus sum ipsam: idest omnes scientie mundi, insimul adunate, nihil sunt respectu Sacre Theologie.

Et virtus, que michi indulsit, idest concessit, aspectum, idest respicere, de pulchro nido Lede, idest de signo Geminorum (quia illud signum dicitur nidos Lede, quia Leda fuit mater Geminorum, scilicet Castoris et Polucis, quos genuit de uno ovo, qui fuerunt germani gemini ad invicem et fratres Elene, qui insequentes Paridem, qui raperat Elenam, submersi sunt in mari, et tandem a Diis conversi in signum Geminorum) me evulsit, idest extraxit, et in celum velocissimum, scilicet in nonam speram, me impulit, idest pinxit, sive introduxit. Ecce quod auctor intrat modo in nonam speram, et exivit de octava spera, in qua erat, et in signo Geminorum, dum fuit in octava. Nam auctor scit dicere in qua parte octave spere erat, propter signa que sunt in ipsa et propter stellas varias:

- ³¹ Et si natura vel ars fecit pascua
Ad capiendum oculos propter habere mentem,
In carne humana, vel in suis picturis,
³² Omnia adunata apparerent nihil,
Respectu complacentie divine, que michi refulsit
Quando me volvi ad suum visum ridentem.
³³ Et virtus, que michi aspectum indulsit,
De pulchro nido Lede me evulsit,
Et in celum velocissimum me impulsit.
³⁴ Partes sue velocissime et excelse
Ita uniformes sunt, quod ego nescio referre
Quem Beatrix pro loco sibi deputavit.
³⁵ Sed ipsa, que videbat meum desiderium,
Incepit, ridendo, tantum leta,
Quod Deum apparebat in suo vultu iocundari:
³⁶ Natura mundi que quietat
Medium, et totum reliquum circum movet,
Hinc incipit sicut a sua meta.
³⁷ Et istud celum non habet aliud ubi
Quam mentem divinam, in qua accenditur
Amor qui volvit ipsum et virtus quam ipsum pluit.

sed dum est modo in nona spera, nescit dicere in qua parte ipsius sit, quia nona spera non habet stellas nec aliqua signa nec aliquam varietatem, sed habet omnimodam uniformitatem per totum; et ideo si Dantes interrogaretur: Quando intrasti nonam speram, in quam partem eius intrasti? ipse nescit[re] respondere propter omnimodam uniformitatem eius.

Partes sue, scilicet nonne spere, velocissime et excelse, ita uniformes sunt, quod ego nescio referre quem, sive qualem, Beatrix pro loco scelsit, idest pro loco sibi deputavit, vel elegit.

Sed ipsa, scilicet Beatrix, que videbat meum desiderium, incepit, scilicet dicere, ridendo, tantum leta, quod Deus apparebat in suo risu *gioire*, idest iocundari: natura mundi (loquitur auctor more Aristotilis, qui dicit natura universalis, idest Deus), que quietat medium (idest terram, quoad se, totam facit immobilem; nam terra quoad se tota est immobilis, licet quoad multas sui partes moveatur), et totum reliquum, idest omnia alia, circummovet (idest omnes alias speras, et incepit a noua), hic incipit, scilicet ab ista nona spera idest principium trahit, sicut a sua meta, idest termino.

Et istud celum, scilicet nonum, non habet aliud ubi, idest locum, quam mentem divinam, idest non habet a quo dependeat et motum accipiat, nisi a mente divina, in qua accenditur amor, scilicet angelus, qui volvit ipsum, et virtus

- ³⁸ Luce et amor d'un cerchio ⁽¹⁾ lui comprende,
Sì come questo ⁽²⁾ gl'altri ⁽³⁾ e quel pro-
Colui che cinge, solamente intende. ^[cinto (4)]
³⁹ Non è suo moto ⁽⁵⁾ per altro ⁽⁶⁾ distincto;
Ma gl'altri son misurati da questo,
Sì come diecè da mezzo e da quinto.
⁴⁰ E come'l tempo tegna in cotal testo
Le sue radici, e negl'altri le fronde,
Omai a te può esser manifesto.
⁴¹ O cupidigia, ch'è mortali affonde
Sì sotto te, che nessun ha potere
Di ritrar gl'ochi fuor de le tue onde!
⁴² Ben fiorisce negl'huomini el volere;
Ma la pioggia continua converte
In bo[z]zac[c]hioni le susine vere.
⁴³ Fede et innocentia son reperte
Solo ne' parvoletti; e poi ciascuna
Pria fugge, che le guance sien coperte.
- ³⁸ Lux et amor uno circulo ipsum comprehendit,
Sicut istud alios, et ille precinctus
Qui ipsum cingit solummodo intelligit.
³⁹ Non est suus motus per alium distinctus;
Sed alii sunt mensurati ab ipso,
Sicut decem a medio et a quinto.
⁴⁰ Et quomodo tempus teneat in tali textu
Suas radices, et in aliis frondes,
Ammodo tibi potest esse manifestum.
⁴¹ O cupiditas, que mortales adfondas
Ita sub te, quod nullus habet posse
Trahere oculos extra tuas undas!
⁴² Bene floret in hominibus velle;
Sed pluvia continua convertit
In bozzacchiones susina vera.
⁴³ Fides et innocentia sunt reperte
Solum in parvulis; postea quelibet
Prius fugit, quam gene sint cooperte.

⁽¹⁾ del cielo empyreo — ⁽²⁾ comprende — ⁽³⁾ cerchi — ⁽⁴⁾ cielo empyreo — ⁽⁵⁾ del primo mobile — ⁽⁶⁾ moto.

que ipsum pluit, idest emittit, vel facit. Intelligentia, que movet istud nonum celum, habet virtutem a Deo. *Pluit*: idest mictit deorsum in alias speras virtutem.

Iam auctor vult dicere, quod celum Emphyreum, quod est lux et amor, circumcingit istud nonum celum, sicut ipsum, scilicet nonum celum, circumcingit omnes alias inferiores speras; sed ipsum celum Emphyreum nihil circumcingit, nisi solummodo Deus, qui ipsum circumcingit, idest intelligit et intelligendo gubernat.

Non est suus motus, scilicet nonne spere, per alium, scilicet motum, distinctus; sed alii, scilicet motus, sunt mensurati ab isto, sicut decem a medio et a quinto. Nam proculdubio, decem mensurantur a quinque et a quinque; nam quinque sunt medietas decem, et est quinus numerus, ita quod decem mensurantur a quinque et a quinque tamquam a duabus suis medietatibus, quia de quinque et quinque resultat numerus denarius.

Modo vult dicere auctor, sicut dicit Aristotiles in quarto Phisicorum, quod tempus est mensura primi mobilis secundum prius et posterius: ita quod radix temporis est in isto nono celo, licet rami ipsius temporis sint postea in aliis speris inferioribus. Quia omnis motus est tempus materialiter, licet non formaliter. Preterea, ut dictum est, primum mobile motu suo diurno, qui impletur in viginti-quatuor horis, rapit omnes alias speras semel infra diem naturalem. Ideo dicit auctor: Et quomodo tempus teneat in tali textu, idest celo, suas radices, et in aliis, scilicet speris, frondes, idest ramos, ammodo tibi potest esse manifestum, idest tam ex dictis meis quam Aristotilis.

O cupiditas, que mortales affundas. O cupidigia, che i mortali affonde: hec est quarta pars huius capituli, in qua auctor exclamat contra omnes generaliter viventes in vanitatibus. Nam cupiditas est universalis radix omnium morborum, idest peccatorum. Et dicit auctor: O cupiditas, que mortales affundas, idest submergis in fundum, ita sub te, quod nullus habet posse, idest potentiam, trahere oculos extra tuas undas, idest de tuis deliciis, sive delectationibus. Et hoc probat auctor, dicens quod omnes a principio habent puritatem et munditiam post baptismum et bonum velle; sed ista non perseverant, impedita a cupiditate, a qua quasi nullus potest deviscari; quia cupiditas est viscus et tenax pix.

Bene floret in hominibus velle, scilicet bonum, vel voluntas bona; sed pluvia continua convertit in bozzacchianes, idest in fructus imperfectos et putridos, susina vera, idest fructus veros. Bona comparatio est ista, licet sit grossa. In arboribus que dicuntur susine, tempore veris nascuntur flores, et postea ex eis, scilicet floribus, proveniunt fructus. Susinus producit susina. Sed si multa pluvia habundet, multa susina convertuntur et efficiuntur alterius forme, tortuose, plene vermibus, et dicuntur, sive vocantur, Florentie, *bozzachione*, fede. Vult dicere auctor, quod licet bona voluntas principiet in hominibus ad bene faciendum, tamen postea propter cupiditatem non proveniunt boni fructus, idest bona opera.

Fides et innocentia sunt reperte solum in parvulis, quia non plus cognoscunt donec non sunt capaces doli; postea, idest post parum, quelibet prius fugit quam gene sint

- 44 Tale, balbutiendo ancor, digiuna,
Che poi divora, co' la lingua sciolta,
Qualunque cibo per qualunque luna;
45 E tal, balbutiendo, ama et ascolta
La madre sua, che, con loquela intera,
Desia da poi di vederla sepolta.
46 Così si fa la pelle bianca, nera,
Nel primo aspetto, de la bella figla⁽¹⁾
Di quel⁽²⁾ che porta⁽³⁾ mane e lascia⁽⁴⁾
47 Tu, perchè non ti faccia meravigla,^[sera]
Pensa ch'n terra non è chi governi;
Onde si svia l'humana famigla.
48 Ma pria che gennaio tutto si sverni,
Per la centesima ch'è laggiù neglecta,
Ruggiran sì questi cerchi superni,
49 Chè la fortuna, che tanto s'aspetta,
Le poppe volgerà u' son le prore,
Sì che la classe correrà directa;
O vero fructo verrà doppo 'l fiore.

(1) Cyree — (2) Sole — (3) ab Oriente — (4) ab Occidente.

cooperte, quando iuvenes incipiunt habere pilos in barba: idest omnes perdunt fidem et puritatem, antequam nascantur pili in barbis eorum.

Talis, balbutiendo adhuc, ieiunat, qui[a] nescit adhuc bene loqui aut verba proferre, qui postea, scilicet quando est adultus, devorat, idest comedit carnes in quadragesima, cum lingua soluta, idest in adolatione, quemcumque cibum per quamcumque lunam.

Et talis, balbutiendo, amat et auscultat matrem suam, et permittit se corrigi ab ipsa, qui cum loquela integra, idest quando adultus est, desiderat postea illam videre sepultam, dicendo: Quando morietur ista maledicta vetula?

Sic efficitur pellis alba, nigra, in primo aspectu pulchre filie illius qui portat mane et dimittit sero. Quod dixerat auctor declarat per bonam metaphoram; que est fortis et difficilis textus, qui potest exponi hystorice, et postea allegorice, et demum anagogice. Hystorice sic exponitur, quod ista transmutatur etas, ut dictum est. Sicut facit pellis carnis humane, que in pueritia est tenella, alba, postea in senectute efficitur rugosa, nigra, dura; ita etiam natura et mens vertitur. Sicut caro et pellis fit, efficitur, in primo aspectu pulchre filie, scilicet Nature, que est filia Solis, que generat hominem, et homo [cum ipsa]. Homo et sol generant hominem, ait Aristotiles: qui sol facit mane, idest in ortu, et in occasu noctem. Ille est intellectus Dantis, ut puto. Pulchra filia est prima etas, idest infantia: moraliter, pellis alba est virtus pura et lucida: fit nigra filia propter vitium. Idest: homo virtuosus, homo quando est vir-

- 44 *Talis, balbutiendo adhuc, ieiunat,*
Qui postea devorat, cum lingua soluta,
Quemcumque cibum per quamcumque lunam;
45 *Et talis, balbutiendo, amat et auscultat*
Matrem suam, qui, cum loquela integra,
Desiderat postea videre illam sepultam.
46 *Sic efficitur pellis alba, nigra,*
In primo aspectu, pulchre filie
Illius qui portat mane et dimittit sero.
47 *Tu ad hoc ut non facias tibi mirum,*
Scias quod in terra non est qui gubernet;
Unde deviat humana familia.
48 *Sed priusquam ianuarius totus exeat de yeme,*
Propter centesimam que est inferius neglecta,
Rugient ita isti circuli superni,
49 *Quod fortuna, que tantum expectatur,*
Puppis volvet ubi sunt prore,
Ita quod classis curret recta;
Et verus fructus veniet post florem.


tuosus, dicitur filius Dei, solis iustitie; sed quando fit vitiosus, tunc pellis, que fuit alba, fit nigra: nam mane Deus dat gratiam, sero dimittit peccata. Anagogice sic: pellis alba, Ecclesia primitiva fuit; Ecclesia primitiva fuit tota alba et pura; modo est nigra propter pravitatem pastorum eius, etc.

Tu, ad hoc ut non facias tibi mirum, idest ut tu non mireris, scias quod in terra non est qui gubernet, idest bene Ecclesiam meam iuxta cor meum et animam meam, unde deviat, scilicet populus Christianus, et vadit extra viam humana familia, idest humanum genus.

Modo auctor prophetat hic et facit consimilem prophetiam illis, quas fecit in primo capitulo Inferni et in ultimo Purgatorii. Ad intelligendum istud textum, nota quod secundum kalendarium quo utimur, annus noster continet tercentum sexagintaquinque dies et sex horas et centesimam partem unius hore vel diei: de qua centesima parte hore nulla fit mentio in kalendario; non quia illi, qui ordinaverunt kalendarium, non cognoverunt; sed videntes quod illa centesima hore non facit magnam varietatem nisi in longissimis temporibus, ideo neglexerunt eam. Nam in duobus millibus annorum et quadringentis variaretur una dies et non plus; ideo non curaverunt. Tamen si mundus duraverit diu, posset evenire. propter illam centesimam neglectam, quod illi menses qui sunt sub yeme, venirent sub estate et e converso; et sic ianuarius, qui est mensis valde yemalis, veniret estivalis: sed hoc non eveniet, nisi in millibus et millibus annorum. Modo vult prophetice dicere hic auctor, quod antequam mensis ianuarius, qui est nunc mens yemalis, exeat de yeme scilicet et fiat estivalis,

Deus providebit sic Ecclesie sue, quod ubi nunc pexime regitur et est tota nigra, ipsa fiet tota alba, idest habebit bonos pastores; et hoc ostendit per comparisonem navis, que habet duas partes, scilicet anteriorem, que vocatur prora, et posteriorem, que vocatur puppis. Modo Deus faciet tantam immutationem in Ecclesia, faciendo bonos pastores ubi sunt nunc peximi, quod, sicut fit magna mutatio de navi quando in loco ubi est puppis ponitur prora, sic fiet magna et magna mutatio de ipsa Ecclesia, quia de malo regimine fiet bonum; et hanc mutationem pro parte auctor attribuit influentie celi. Dicit igitur auctor, quod antequam ianuarius, scilicet mensis, exeat de yeme, ratione negligentie facte de illa centesima, sic volventur isti cir-

culi superni, qui per revolutiones sperarum celi quod ibi fortuna, idest decursus Ecclesie, qui bonus desideratur, volvet proras ubi sunt puppes, ita quod classis, idest navis (nam classis est societas navium), curret directe; et sic verus fructus veniet post florem. Quasi dicat: Influentia faciet sicut flos, post quem sequitur bonus fructus, oriens ex flore. Sed priusquam ianuarius totus ex yeme exeat, propter centesimam que est inferius neglecta, idest in kalendario, quo hic inferius, scilicet in terra, utimur, rugient ita isti circuli superni, quod fortuna, idest bonus status Ecclesie, qui tantum expectatur, idest a vide, vel diu, puppes volvet ibi ubi sunt prore, ita quod classis curret recta; et verus fructus veniet post florem.



IL CANTO NEL CIELO E LA MUSICA

Al Padre, al Figlio, allo Spirito Santo
Cominciò gloria tutto il Paradiso
Sì che m'inebriava il dolce canto.
Ciò ch'io vedeva mi sembrava un riso
Dell'universo; per che mia ebbrezza
Entrava per l'udire e per lo viso.
O gioia! o ineffabile allegrezza!
O vita intera d'amore e di pace!
O senza brama sicura ricchezza!

Non ci avviene mai di leggere, o ricordare, queste tre terzine dell'Alighieri, che nella nostra mente non succeda qualche cosa d'ineffabile, in cui sentiamo così vivo e vero quello che per fede sarà il Paradiso, che il dubitarne ci riuscirebbe impossibile: ma a determinarne come che sia il concetto e ad esprimerlo con parole, ci sentiamo impotenti. La ragione è che da quelle tre terzine traluce una sintesi infinita, la sintesi della infinita vita divina. Lo stesso effetto producono in noi tutti que' luoghi scritturali, specialmente dei Salmi, d'Isaia, dell'Apocalisse, dove per immagini si accenna al canto, con cui in cielo è celebrata la gloria di Dio, la quale appunto forma il Paradiso.

In Dio è la genesi del canto e in lui ne è il termine, come di tutte le altre cose: quindi la necessità che il compositore di musicali concetti, qualunque sia il tema da cui toglie l'ispirazione, si levi sopra lo stesso suo tema e sopra sè medesimo, se vuol riuscire ad un concetto armonico, che tiri e legghi a sè lo spirito; ma ad un tempo, per quanto egli s'inalzi, bisogna che maneggi così il suo concetto da farne in ultimo risultare un sentimento di dolce melodia, in cui sta ciò che incanta e rapisce l'anima e la inebria come di amore. Se non che, qui appunto dove egli arriva al suo trionfo, qui appunto, diciamo, s'accorge di aver a mala pena attinta una nota nell'oceano della melodia infinita, che tutte le comprende: di fatti, a quel momentaneo deliquio amoroso che con la sua composizione seppa destare in chi l'ebbe udita, succede un vuoto, e direm quasi una malinconia, per cui l'anima testè quasi beata, cade come in desolazione.

Da ciò torna facile intendere che cosa sia la musica quaggiù. La musica è un concetto armonico in simultanea molteplicità di suoni, che tende, ma senza poterla abbracciare, all'armonia infinita, in cui esso sta compreso e da cui deriva; ed è nello stesso tempo un concetto melodico, che scende parimente dall'infinito, cioè dalla circolata melodia eterna, che fa il Paradiso. All'infinito accenna chiaramente l'innalzarsi che fa a mano a mano nel suo concetto il compositore verso l'unità somma in cui la sua composizione dovrebbe allargarsi infini-

tamente, pigliandovi il suo compimento; ma l'arrivarvi gli è impossibile. Ora dunque, questo che quaggiù, così nella musica, come nelle scienze e in tutte le arti belle, è conato; conato più o meno vigoroso e potente, ma sempre conato, che non può arrivare al sommo che dà il pieno e l'infinito; ne' Beati in cielo è fine pienamente conseguito, piena perfezione; quindi un'armonia infinita, un'infinita melodia, che formano una cosa sola, la quale da noi non può esprimersi in modo diverso da quello del Poeta. Ed anche i Libri santi non sanno chiamarlo altro che inebriamento dello spirito, « Inebriabantur ab uberibus domus tuae (Psal. XXXV); » e noi tutto quello che possiam dire è,

O gioia! o ineffabile allegrezza!
O vita intera d'amore e di pace!
O senza brama sicura ricchezza!

In somma, anche questo è uno di que' concetti, de' quali diceva Cristo a Nicodemo: « Se dicendovi io cose terrene, non credete, come crederete, dicendovi le celesti? » (IAN. III).

Abbiamo detto che armonia e melodia in cielo sono una cosa sola. La ragione è che in cielo si sta sopra il tempo, il quale solo pone divario tra l'una e l'altra. Sono esse quaggiù distinti elementi del canto, i quali lassù si fonderanno, come vi si fonde, se possiam così dire, in un concetto unico tutta l'infinita varietà delle creature fatte o possibili all'onnipotenza divina. E però l'armonia ivi diventa melodia, perchè si dispone per gradi, simultanei sì, ma con ordine logico di posterità ed anteriorità per la generazione dell'uno accordo dall'altro; e la melodia diventa armonia, perchè invece di stendersi nel corso del tempo, si contrae in un presente che è e sarà sempre lo stesso per tutta l'eternità.

In quelle fresche e profonde visioni degli ascetici antichi, nelle quali è pur forza riconoscere spontaneità graziosa ed una speculazione luminosissima e alta quanto può aversi quaggiù; speculazione che niun filosofo ebbe mai adeguata o potrà adeguare; si racconta che ad un Monaco, a cui pervenne un semplice fremito delle corde dell'arpe angeliche, e gli parve un istante, risposero lunghi anni, anzi secoli, di vita su questa terra. Ecco, come i suoni elevandosi ed eternandosi nella vita di là, contraggono in un presente indefinito quel suono che a noi qui in terra si prolunga in ritmo vario e dolcissimo per lungo succeder d'istanti; ed ecco come le dolcezze soavi ed armoniose, che quaggiù succedono l'una all'altra, e fuggono e si estinguono, in cielo si raccoglieranno e si gusteranno varie e distinte, ed insieme unite in un punto solo.

CAPITULI VICESIMOCTAVI SUMMARIUM

In isto vicesimo octavo capitulo, quod incipit: *Postquam contra presentem vitam*, auctor tractat quomodo Beatrix, postquam Sanctus Petrus reprehendit vitam presentialiter viventium et tacuit, stabat: et tunc auctor, respiciens in oculis eius, vidit quod in Beatrice lucebat et representabatur unus punctus luminosus, qui radiabat unum lumen tale et tantum, quod auctor non potuit illud sustinere: qui punctus figurat mentem divinam, deitatem, divinitatem. Hic punctus representatur in Beatrice veluti in speculo, quia in Sacra Theologia videmus Deum tanquam per speculum in enigmathe. Circum circa istum punctum, tam lucidum, tam serenum, vidit auctor unum circulum igneum, qui circum circa illum punctum movebatur tam velociter, quod vicisset omnem velocitatem quoruncunque motuum. Et iste circulus circumscribebatur ab uno alio circulo; et iste secundus ab uno alio, scilicet tertio; et tertius a quarto; et a quinto quartus; et sic a sexto quintus: demum sequebatur septimus, et sic octavus, postmodum nonus. Omnes isti circuli circulariter, velociter movebantur, et quanto aliquis illorum plus distabat a puncto illo, tanto tardius movebatur; et quanto quisque eorum plus appropinquabat et minus distabat a puncto, tanto

velocius movebatur. Nota quod isti novem circuli denotant novem ordines angelorum. Tunc auctori talia intuenti dixit Beatrix: Ab illo puncto celum dependet et tota natura; et respice illum primum circulum propinquiorem sibi, et scias quod suus motus ideo est tam velox propter ignitum amorem a quo pungitur. Subito hic incepit mirari auctor quomodo hoc est, quod circulus propinquior centro, velocius moveatur quam remotior; et sic auctor petiit a Beatrice, quomodo hoc erat, et ipsa Beatrix declaravit eum, ut patet in Commento. Demum Beatrix declarat, quomodo illorum novem circulorum sunt tres ordines, quorum quilibet in se tres circulos habet sicut sunt tres Ierarchie, quorum quilibet habet tres ordines angelorum. Primus, propinquior puncto, continet Seraphyn, Cherubin et Tronos: secundus continet Dominationes, Virtutes et Potestates: tertius continet Principatus, Arcangelos et Angelos. Isti sunt in tali et tanto numero, quod excedunt duplicationem schacorum. Dantes tenet hic opinionem Dionysii, qui habuit omnia hec a Beato Paulo, qui vidit illa in celo: discrepat aliquantulum a Sancto Gregorio. Videantur omnia hec in Commento, ubi omnia clarissime sunt reserata.

CAPITULUM VICESIMUM OCTAVUM

- 1 Poscia che contra a la vita presente
De' miseri mortal aperse l' vero
Quella che 'n Paradiso ha la mia mente;
2 Come in lo spechio fiamma di doppiero
Vede colui che se n'alluma dietro,
Prima che l'abbia in vista o in pensiero,
3 E sè rivolge, per veder se 'l vetro
Li dice l' vero, e vede ch'el s'accorda
Con esso, come nota con suo metro;
4 Così la mia memoria si ricorda
Ch'io feci, riguardando ne' belli ochi,
Onde a piglarmi fece amor la corda.

- 1 *Postquam contra vitam presentem*
Miserorum mortalium aperuit verum
Illa que in Paradiso habet meam mentem;
2 *Sicut in speculo flamma[m] cerei*
Videt ille [cerei] qui illuminat retro,
Priusquam illam habeat in oculo vel in cogita-
3 *Et se convertit, propter videre si vitrum*
Sibi dicit verum, et videt quod ipse concordat
Cum ipso, sicut nota cum suo metro;
4 *Sic mea memoria recordatur*
Quod ego feci, respiciendo in pulchros oculos,
Unde ad capiendum amor fecit chordam.

Postquam contra vitam presentem. Poi [che] contra la vita presente: istud est vicesimum octavum capitulum huius Paradisi, in quo auctor, [qui] in precedentibus capitulis descripsit octavam speram, in qua vidit Ecclesiam triumphantem, modo describit nonam speram et novem ordines angelorum in ipsa existentium. Et dividitur capitulum istud in quatuor partes. In quarum prima auctor describit principium angelorum istorum in generali et virtutem ipsorum.

In secunda parte, que incipit ibi:

Domina mea que videbat;
La mia donna che me vedea,

disputatur subtiliter una questio circa motum angelorum. In tertia parte, que incipit ibi:

Et postquam verba sua;
E poie che le parole sue,

auctor specificat in speciali omnes supradictos ordines angelorum.

In quarta parte, que incipit ibi:

Isti ordines sursum;
Questi ordini de su,

auctor ponit actus ierargicos angelorum.

In prima igitur parte continuans dicta dicendis, ut sententia latens sit clara, auctor premittit comparative unum casum tale. Unus portans cereum accensum, illuminans retro se venientes, videns unum speculum, in illo intuetur flammam ipsius cerei, priusquam illam habeat in oculo vel in cogitatione, et revolvit se ad videndum si vitrum indicavit sibi verum; et bene videt ita esse et concordare se, sicut nota concordat cum suo metro. Ita hic auctor, respiciens in oculis Beatricis, in qua veluti in speculo vidit unum ignem relucere, in illis revolvit se ad videndum unde veniebat illa reverberatio illius ignis, representata in oculis Beatricis: que reverberatio procedit ab uno igne multum relucente, et in tantum, quod ipse non poterat respicere in illum. Hoc dicit, quia sic nos mortales non possumus videre Deum nisi quasi in confuso, scilicet in fide, sive in Sacra Theologia. Dicit igitur auctor quod Beatrix aperuit veritatem contra viventes mortales in miseriis et vanitatibus; que Beatrix tenet in Paradiso mentem suam, scilicet auctoris.

Postquam contra vitam presentem miserorum mortalium aperuit verum, idest declaravit veritatem, illa que in Paradiso habet, idest tenet, meam mentem; sicut in speculo ante se posito flammam cerei videt ille [cerei], qui nos illuminat, retro, scilicet se, priusquam illam, scilicet flammam,

- 5 E com'io mi rivolsi, [e] furon tochi
Li miei da ciò che pare in quel volume,
Quantunque nel suo giro ben s'adochi,
6 Un punto vidi che raggiava lume
Acuto sì, che 'l viso, ch'e[gl]li affoca,
Chiuder conviensi, per lo forte acume:
7 E quale stella par quinci più poca,
Parrebbe luna locata con esso,
Come stella con stella si collòca.
8 Forse cotanto, quanto par apresso
Al cinger quella luce che 'l dipigne,
Quando 'l vapor che porta più è spesso,
9 Distante intorno al puncto un cerchio d'igne
Si girava sì raptò, ch'avria vineto
Quel moto, che più tosto 'l mondo cigne;

- 5 *Et statim quod ego revolve, et fuerunt tacti*
Mei oculi ab eo quod apparet in illo volumine,
Quantumcumque in suo gyro badalucchem,
6 *Unum punctum vidi quod radiat lumen*
Acutum ita, quod visum, quem affocat,
Claudi oportet, propter forte acumen:
7 *Et qualis stella apparet hinc minor,*
Appareret luna locata cum ipso,
Sicut stella cum stella collocatur.
8 *Forsan in tanto, in quanto apparet propinquior*
Cingulo lucis que depingit ipsum,
Quanto vapor qui ipsum portat est densior,
9 *Distans circa punctum unus circulus ignis*
Gyrabatur ita festine, quod vicisset
Illum motum, qui festinantius mundum cingit;

habeat in oculo, idest antequam specie's eius perducatur ad oculum, vel in cogitatione, idest in intellectu; et se convertit, idest revolvit, propter videre, idest ut videat, si vitrum, scilicet plumbatum, idest speculum. sibi dicit verum; et videt quod ipse concordat cum ipso, scilicet vitro, sicut nota, alias corda, scilicet cantus, cum suo metro, idest [sunt] concordantia (modo reducit ad propositum ipse auctor similitudinem istam); sic mea memoria recordatur quod ego feci, respiciendo in pulchros oculos, unde, idest ex quibus, ad capiendum fecit chordam amor: qui[a] incepit diligere Beatricem in domo domini Fulchi, patris ipsius Beatricis, mediante visione, que fit per oculos.

Et statim quod me revolve (scilicet ad illud ignem, et alia que representabantur in oculis Beatricis) et fuerunt tacti mei oculi, scilicet ab eo quod apparet, vel ab hiis que apparent, in illo volumine (scilicet in spera nona, in qua representabatur mens divina, Deus ipse, et novem ordines angelorum circa ipsam, quia spera nona est volumen sub quo omnia continentur et videntur illa que dixi, si bene contemplentur), quantumcumque in suo gyro, idest intuitu oculorum badalucchem, idest fixe respiciam, unum punctum vidi quod radiat lumen acutum ita, quod visum quem affocat, idest superat, claudi convenit propter forte acumen, idest oportet claudere oculum, qui[a] ipse oculus non potest sustinere. Bene fingit hic auctor. Quia si finxit superius, quod Apostolus et Evangelista obumbravit ipsum auctorem, propter claritatem quam ipse Evangelista habebat; quanto magis hic bene fingit, quod ipse, scilicet auctor, non potuit sustinere lumen istud, quod est Deus, quem tamen Deum a longe videbat. Ille punctus est figuratus pro mente divina, sive pro Deo, unde, idest a quo, procedunt novem ordines angelorum, quos auctor vult hic describere: obumbrabat oculos auctoris respicientis in eum, quia radios emictebat nimium acutos pro oculis auctoris.

Iam auctor vult ostendere excellentiam luminis procedentis ab illo puncto, idest a divinitate. Pro quo intelli-

gendo, nota quod maius lumen occupat minus, ut patet: quia die non videntur stelle, licet luceant de die sicut de nocte; sed lux solis impedit lumen stellarum, ne videantur de die. Nota etiam quod luna apparet nobis grossior quam aliqua stella fixa (hoc autem provenit quod ipsa luna est nobis propinquior quam aliqua stella fixa), licet etiam sit maior ipsa terra. Iterum nota, quod luna, que apparet nobis bene magna, si fuisset ibi apud punctum illum, ipsa apparuisset auctori, propter excellentiam luminis illius puncti, minor quam apparet nobis aliqua stella fixa. Nam stelle fixe apparent nobis satis parve; et hoc provenit propter nimiam distantiam, que est inter firmamentum et nos. Et qualis stella apparet hic, idest ubi sumus nos, minor, appareret luna, que est minor omni stella fixa, locata cum illo, scilicet puncto, sicut stella cum stella collocatur. Idest: quilibet stella, que est maior luna, appareret ita parva sicut est luna, propter excellentiam illius luminis.

Modo incipit auctor describere ordines angelorum, qui sunt novem. Quorum primus et propinquior ipsi Deo, illi puncto in colore igneo, est ordo Seraphin: circa illum stat ordo Cherubin; circa istum, ordo Tronorum; et sic distantius ordo existens et magis distans ab illo puncto, minus velociter movetur; et ordo, qui minus distat ab illo puncto et plus illi appropinquat, velocius movetur: et velocior motus denotat maiorem felicitatem, et minus velox motus denotat minorem felicitatem. Et sic primus ordo Angelorum et propinquior ipsi puncto, qui magis velociter movetur, est ordo Seraphin, qui ordo primo [puncto], vel ad Deum, magis appropinquat; circa quem ordinem, et quem circuit, est ordo Cherubin; circa quem circuit ordo Tronorum; et sic [usque] ad nonum ordinem, qui magis distat a puncto, qui est ordo Angelorum, qui tardius omnium movetur. Per quamdam similitudinem alonis, qui [circum]dat circum circa lunam, depingit et describit hic auctor circulum Seraphin, qui est propinquior Deo. Nota quod aliquando sunt aliqui vapores grossi, interpositi inter visionem nostram et lunam, in quibus radii lunares depingunt unum circulum, qui ab

- ¹⁰ E quest'era d'un altro circumcincto,
E quel dal terzo, e'l terzo poi dal quarto,
Dal quinto 'l quarto, e poi dal sexto 'l
¹¹ Sopra seguia el septimo sì sparto ^[quinto]
Già di lunghezza, che'l messo ⁽¹⁾ di luno
Intero a contenerlo sarebbe arcto.
¹² Così l'octavo e 'l nono; e ciascheduno
Più tardo si movea, secondo ch'era
In numero distante più da l'uno ⁽²⁾:
¹³ E quello havea la fiamma più sincera,
Cui men distava la favilla pura;
Credo però che più di lei s'invera.
¹⁴ La donna mia, che mi vedea in cura
Forte sospeso, disse: Da quel puncto
Dipende 'l cielo e tutta la natura.
¹⁵ Mira quel cerchio che più gl'è congiuncto;
E sappi che 'l suo muovere è sì tosto
Per l'affocato amor, ond'elli è puncto:

(¹) Yris — (²) dal puncto.

Aristotile dicitur alo; et quanto vapores illi sunt dempsiores et spissiores, tanto ille circulus, scilicet alo, apparet propinquior lune: sic pariformiter ordo Seraphin apparet propinquior illi puncto, scilicet Deo, quam aliquis alius ordo. Forsan in tanto in quanto apparet propinquior cingulo, idest zone, lucis, que est alo; que, scilicet lux, depingit ipsum, scilicet cingulum, quanto vapor, qui ipsum, scilicet cingulum, portat, idest in illo causatur, est dempsior.

Distans circa punctum unus circulus ignis, sive de igne, sive igneus, gyrabatur, idestolvebatur, ita festine, idest tam festine, quod vicisset illum motum, scilicet celi noni, qui festinantius mundum cingit. Nam celum nonum, sive spera nona, complet cursum suum in vigintiquatuor horis, ubi luna in uno mense, sol in uno anno, etc. Et iste (scilicet ordo Seraphin, quem describit in colore igneo, quia ardent in amore divino veluti ignis) et iste erat de uno alio circumscriptus, sive ab uno alio circumcinctus, et ille, scilicet secundus, a tertio, et tertius postea a quarto, et a quinto quartus, et postmodum a sexto quintus; desuper sequebatur septimus, ita sparsus, idest dilatatus. iam de largitate, quod nuntius lunonis, idest arcus celestis, integer ad continendum illum esset arctus, idest strictus. Quare arcus celestis dicitur nuntius lunonis, dictum fuit superius. Sic octavus et nonus, scilicet circulus, idest ordo; et quilibet tardius se movebat secundum quod erat in numero distans plus ab uno; idest a primo Ente, scilicet Deo, quia unum, sive unitas, et Deus convertuntur.

Et ille habebat flammam magis sinceram, qui minus distabat a favilla pura, idest a Deo; credo, scilicet quod hoc provenit ex eo quia plus de veritate ipsius continet: se inverat, idest de veritate continet, idest de deitate, de

- Et iste erat de uno alio circumcinctus,
Et ille a tertio, et tertius postea a quarto,
A quinto quartus, et postmodum a sexto quintus.*
¹¹ *Desuper sequebatur septimus ita sparsus
Iam de largitate, quod nuntius lunonis
Integer ad continendum illum esset arctus.*
¹² *Sic octavus et nonus; et quilibet
Tardius se movebat, secundum quod erat
In numero distans plus ab uno:*
¹³ *Et ille habebat flammam magis sinceram,
Qui minus distabat a favilla pura;
Credo quia plus de veritate ipsius continet.*
¹⁴ *Domina mea, que videbat me in curam
Fortem suspensum, dixit: Ab illo puncto
Dependet celum et tota natura.*
¹⁵ *Respice illum circulum, qui magis est ei coniunctus;
Et scias quod suus motus est ita festinus
Propter ignitum amorem, unde ipse est punctus.*

puritate. Nota quod auctor, per propinquitatem maiorem vel minorem istorum circulorum ad illum punctum, et per velociorem motum ipsorum et minus velocem, intelligit maiorem felicitatem et beatitudinem; quia ille ordo, qui est propinquior illi puncto, velocius movetur et sic beator existit.

Domina mea que videbat. La donna mia che vedea: hec est secunda pars huius capituli, in qua disputatur subtiliter una questio circa motum et modum horum angelorum. Summaria sententia huius partis hec est. Nam auctor perspicuens hos circulos moveri, intuebatur circulum propinquiorem centro, moveri velocius quam circulum magis distantem ab ipso; nam hic centrum erat ille punctus igneus, scilicet Deus; et quanto magis circulus ab isto distabat, tanto tardius movebatur. Cuius oppositum ad sensum, videmus in speris et in rotis in isto mundo: quanto autem circulus est propinquior centro, qui causatur a puncto propinquiori centro, tanto est minor et sic minor describitur; et quanto punctus, describens circulum, plus distat a centro, maiorem circulum causat in eodem tempore. Omnis circulus propinquus centro, volvitur minus velociter; et ibi erat oppositum, quia quanto circulus ibi est propinquior centro, tanto velocius movebatur. Modo hoc quod videbat hic auctor, sibi, dabat magnam admirationem; quomodo hoc erat, nam auctor sciebat quod exemplar et exemplatum debent esse de uno modo; iam mundus superior est exemplum et exemplar mundi inferioris. Dicit etiam Boetius, tertio de Consolatione cantu nono, Tu cuncta superno ducis, idest facis, ad exemplum, pulcherrimum pulcher ipse Mundum mente gerens similique ymagine formans. Ideo auctor stupefactus non quiescebat admirari, et

- ¹⁶ Et io a lei: Se 'l mondo fusse posto
Coll'ordine ch'io veggio in quelle ruote,
Satio m'havrebbe ciò che m'è proposto.
¹⁷ Ma nel mondo sensibile si puote
Veder le cose tanto più divine,
Quant'elle son dal centro più remote.
¹⁸ Onde, se 'l mio desio de'haver fine
In questo miro ⁽¹⁾ et angelico templo,
Che sol ⁽²⁾ amor e luce ha per confine,
¹⁹ Udir conviemmi ancor come l'exemplo
E l'exemplare non vanno ad un modo;
Ch'io per me indarno a ciò contemplo.
²⁰ Se li tuoi diti non son a tal nodo
Sufficienti, non è maravigla,
Tanto per non tentar è facto sodo.
²¹ Così la donna mia; poi disse: Pigla
Quel che io ti dicerò, se vuoi satiarti,
Et intorno da esso t'assottiglia.
²² Li cerchi corporal son ampi et arti,
Secondo più e men de la virtute,
Che si distende per tutte lor parti.
²³ Maggior bontà vuol far maggior salute;
Maggior salute maggior corpo cape,
S'egl'à le parti egualmente compiute.

(¹) mirabile — (²) solo.

petebat declarari de tali dubio; de quo dubio domina Beatrix declaravit eum. Sed primo dicit aliqua notabilia, sic.

Domina mea, que videbat [me] in curam, idest in meditationem, fortem suspensum, dixit, scilicet michi: Ab illo puncto dependet celum et tota natura. Respice illum, qui magis est ei coniunctus, et scias quod suus motus est ita festinus, propter infocatum amorem, unde ipse est punctus, idest impulsus, ita quod ignitus amor ipsum ad velociter moveri impulit.

Et ego ad ipsam, scilicet Beatricem, supple dixi: Si mundus esset positus cum ordine quem ego video in illis rotis, satiasset me quidquid est michi propositum; sed in mundo sensibili possunt videri vices, idest volutiones, sive revolutiones, tanto plus divinas, idest velociores, quanto ipse sunt a centro magis remote; cuius oppositum est hic, quia circuli hic, in isto mundo, quanto sunt propinquiore centro, tanto velocius moventur. Ideo ego nimium nitor, nec quiesco quovis modo ab admirari, et desidero declarari de tam arduo michi dubio, quia nullatenus a me possum, illud capere. Unde, idest quare, si meum desiderium debet habere finem, idest totaliter satiari, in isto miro angelico templo, quod solum amorem et lucem habet pro confinibus, idest solum constat ex luce et amore, audire michi convenit, idest declarari me oportet, etiam quomodo exemplum et

- Et ego ad ipsam: Si mundus esset positus
Cum ordine quem ego video in illis rotis,
Satiasset me quidquid est michi propositum.*
¹⁷ *Sed in mundo sensibili possunt
Videri volutiones tanto plus divinas,
Quanto ipse sunt a centro magis remote.*
¹⁸ *Unde, si meum desiderium deberet habere finem
In isto miro et angelico templo,
Quod solum amorem et lucem habet pro confi-*
¹⁹ *Audire me oportet quomodo exemplum* ^[nibus]
*Et exemplar non vadunt de uno modo;
Quia ego per me invanum ad hoc contemplor.*
²⁰ *Si digiti tui non sunt ad talem nodum
Sufficientes, non est mirum,
Tantum propter non temptare effectum* ^[est] ^[solum]
²¹ *Sic domina mea: postmodum ait: Capias* ^[solum]
*Illud quod ego dicam tibi, si vis satiari,
Et circa illud te subtilem facias.*
²² *Circuli qui apparent sunt ampli et arcti,
Secundum minoritatem et pluralitatem virtutis,
Que extenditur per omnes ipsorum partes.*
²³ *Maior bonitas vult facere maiorem salutem;
Maior salus maius corpus capit,
Si illud habet partes equaliter completas.*

exemplar non vadunt de uno modo, quia ego per me, a me scilicet solo, in vanum ad hoc contemplor, idest cogito.

Iam Beatrix vult solvere dubium auctoris; sed primo dicit sibi, quod non miretur si ipse dubitat et non intelligit istud, et reddit ipsum auctorem actentum ad auscultandum id quod ipsa dicitura est. Dicit igitur Beatrix auctori: Si digiti tui non sunt ad talem nodum, scilicet solvendum, sufficientes, non est mirum, nec admirandum, tantum propter non tentare effectum [est] solum, idest solum. Sic domina mea, scilicet dixit; postmodum ait: Capias illud quod ego tibi dicam, idest actende diligenter, si vis declarari, idest satiari, et circa illud te subtilem facias, idest subtiliter meditare. *Nodum*: idest nexus, colligatio stricta. Sic dubium profundum dicitur nodus, et non omnes digiti manuum sunt sufficientes ad solvendum; quia cum digitis manuum solvuntur nodi, sive nexus, sive colligationes. Responsio stat in hoc. Ideo notandum est bene, primo, quod licet Aristotiles non ponit plures intelligentias nisi quot sunt celi, et quilibet celo assignat unam intelligentiam motricem ipsius celi, et forte plures intelligentie viderentur frustra ipsi Aristotili, tamen auctor ponit hic quod quilibet celo assignatur ordo angelorum et deputatur ad ipsum movendum, et sic sunt plures angeli ad unum celum movendum. Iterum est notandum, quod in

- 24 Dunque costui, che tutto quanto rape
L'altr' universo seco, corrisponde
Al cerchio che più ama e che più sape.
25 Perchè, se tu alla virtù circonde
La tua misura, non all'apparenza
Delle substantie che t'appaion tonde,
26 Tu vederai mirabil conseguenza,
Di maggio a più, e di minor a meno,
In ciascun cielo, a sua intelligenza.
27 Come rimane splendido e sereno
L'emysperio dell'aer, quando soffia
Bora⁽¹⁾ da quella guancia ond'è più leno,
28 Perchè si purga e risolve la roffia
Che pria turbava, sì che 'l ciel ne ride
Colle bellezze d'ogni sua paroffia;
29 Così fec'io, da poi che mi provide
La donna mia del suo responder chiaro;
E come stella in cielo, el ver si vide.

⁽¹⁾ Boreas.

angelis non est virtus extensiva in quantitate, sed bene intensiva, in corporibus vero est virtus extensiva. Id est, in angelis non est quantitas mole magna, quia sunt separati a materia, sunt indivisibiles; habent tamen magnam virtutem intensivam. Ordo Seraphin est propinquior illi puncto, scilicet Deo, et ideo est ordo magis accensus in amore divino, et ideo velocius movetur. Habet maiorem virtutem; ideo ille ordo movet in maximum corpus: scilicet, primum mobile, quod est velocissimum in motu, movetur velocissime. Ordo Cherubin est iuxta ordinem Seraphin, ideo habet post Seraphin magnam virtutem; ideo ordo Cherubin est deputatus ad movendum celum stellatum, scilicet stelliferum, sive firmamentum. Ordo Tronorum est post ordinem Cherubin, et post Cherubin ordo Tronorum habet magnam virtutem; ideo habet movere Saturnum; et sic de aliis ordinibus Angelorum usque ad infimum, et sic de celis usque ad orbem lune. Nam maior virtus habet maiorem salutem, maior salus habet movere maius corpus; et sic ordo Angelorum, maior in virtute et potentior, movet maius corpus; et sic maior virtus attribuitur maiori corpori, et minor minori; et sic exemplar convenit cum exemplato. Et sic apparet quod auctor non bene considerabat; nam si hoc auctor intellexisset, non tantum miratus fuisset, sicut mirabatur.

Circuli qui apparent, sunt ampli et arcti, id est stricti, secundum maioritatem et pluralitatem virtutis, que extenditur per omnes ipsorum partes, id est in omnibus partibus operatur.

Maior bonitas vult facere maiorem salutem, maior salus maius corpus capit, id est volvit, vel comprehendit, si illud habet partes equaliter completas, id est perfectas. Bonitas

- 24 *Ergo isti, quod totum rapit*
Alterum universum secum, correspondet
Circulus qui plus amat et plus sapit.
25 *Quare, si tu ad virtutem circumdas*
Tuam mensuram, non ad apparentiam
Substantiarum que tibi apparent rotunde,
26 *Tu videbis admirabilem consequentiam,*
De maiori ad plus, et de minori ad minus,
In quolibet celo, ad suam intelligentiam.
27 *Sicut remanet splendidum et serenum*
Emispyrium aieris, quando sufflat
Boreas ab illa gena, ubi est levior,
28 *Ex quo purgat et resolvit roffiam,*
Que prius turbabat, ita quod celum ridet
Cum pulchritudinibus omnis sue paroffie;
29 *Sic feci ego, postquam michi providit*
Domina mea de suo responso claro;
Et sicut stella in celo, verum fuit visum.

maior vult facere salutem, id est maiores et meliores effectus. Maior salus est in maiori corpore.

Ergo isti, scilicet celo nono, id est primo mobili, qui totum, residuum scilicet, rapit alterum universum secum, correspondet circulus, scilicet Seraphin, qui plus amat et plus sapit.

Quare, si tu ad virtutem circumdas, id est reducis, tuam mensuram, [non] ad apparentiam substantiarum que tibi apparent rotunde, tu videbis admirabilem consequentiam de maiori, scilicet virtute, ad plus, id est ad maius corpus, et de minori, virtute supple, ad minus, scilicet corpus, in quolibet celo, ad suam intelligentiam, id est ad suum ordinem angelorum. Ecce responsionem optimam: scilicet quod maior virtus movet maius corpus, et minor minus; et sic exemplar est diversum ab exemplato.

Iam auctor ostendit dispositionem quam habuit, audita declaratione dubii, per ipsum moti Beatricis, facta per ipsam Beatricem, per comparationem talem. Nam, quando aier est nebulosus, si spirat boreas (boreas est ventus qui venit a parte septentrionali), qui ventus purgat aierem et clarificat atque serenat ex omni parte, tunc emispyrium fit serenum; sic remansit serena et clara mens auctoris, audita responsione Beatricis, que declarat dubium sollempniter et perfecte. Sicut remanet splendidum et serenum emispyrium, id est totum spatium celi quod est super nos, aieris, quando sufflat, id est spirat, boreas, ille ventus aquilonaris, ab illa gena, id est parte, ubi est lenior, ex quo purgatur ruffia, id est [caligo], et resolvit superfluitatem

- 30 E poi che le parole sue restaro,
Non altrimenti ferro disfavilla
Che bolle, come e cerchi sfavillaro.
31 Lo 'ncendio lor⁽¹⁾ seguia ogni scintilla;
Et eran tante, che 'l numero loro
Più che'l doppiar degli scachi s'ammilla⁽²⁾.
32 Io sentia osannar⁽³⁾ di choro in choro
Al puncto⁽⁴⁾ fixo⁽⁵⁾ che gli tiene all'ubi⁽⁶⁾,
E terrà⁽⁷⁾ sempre, nel qual sempre foro.
- 30 *Et postquam verba sua restiterunt,*
Non aliter ferrum disfavillat
Quod bulit, quam circuli sfavillarunt.
31 *Incendium suum sequebatur omnis favilla;*
Et erant tot, quod numerus ipsarum
Plusquam duplicatio scacchorum immilliatur.
32 *Ego sentiebam Osanna cantari de choro in chorum*
Ad punctum fixum [ab eis] qui leti [sunt] ad ubi
Eterna semper, in quibus semper fuerunt.

⁽¹⁾ al. suo, cioè di ciascun angelo — ⁽²⁾ al. s'immilla — ⁽³⁾ cantar osanna — ⁽⁴⁾ a Dio — ⁽⁵⁾ stabile — ⁽⁶⁾ luogo suo — ⁽⁷⁾ et tenebit.

id est nubium, que prius turbabat, ita quod celum ridet (quia fit clarum de die et etiam de nocte), cum pulchritudine omnis sue paroffie, id est in omni parte (paroffia, id est parrochia: parrochia dicitur tota habitatio, ubi stat populus commissus uni ecclesie curate); sic feci ego, postquam providit michi domina mea, scilicet Beatrix, de suo responso claro; et sicut stella in celo, id est videtur clare, verum fuit visum, id est cognitum, a me, et sic veritas visa fuit michi, vel a me.

Et postquam verba sua. Et poichè le parole sue: ista est tertia pars huius capituli, in qua auctor facit distinctionem angelorum. Primo dicit auctor, quod postquam Beatrix finivit verba sua, omnes illi circuli angeli [ci] favillaverunt, id est favillas fecerunt, sicut facit ferrum bullitum quando extrahitur de igne; et omnis scintilla sequebatur incendium suum, quia omnes illi ordinis sunt igniti ab illo igne divino; et sic ceperunt favillare, quia demonstrarunt se sibi auctori: nam quilibet illorum ardorem faciebat suam favillam. Et dicit auctor quod isti angeli erant innumeri. Loquitur more Scripture Sancte, que dicit: Millia millium assistebant ei, et decies centena millia ministrabant ei; sic quod erant tot, quod eorum numerus plusquam duplicatio scacchorum multiplicatur, id est quasi in infinitum numerum extenditur. Nota quod si quis incipit duplicare scacchos, proceditur in infinitum, ut in uno loco scacchorum ponere unum granum fabarum, in alio duo, in alio quatuor, in alio octo, et in alio sexdecim, et sic ulterius proceditur quasi in infinitum. Hoc potest quis experiri faciliter. Et postquam verba sua restiterunt, id est finierunt, non aliter ferrum disfavillat (id est favillas, sive scintillas, emittit) quod bullit, scilicet in igne, quam circuli, scilicet illi, sfavillarunt. Incendium suum, id est ardorem, sequebatur omnis favilla; id est quanto amore ardebat quilibet illorum ardorem, id est angelorum ignitorum igne divino; et erant tot, quod numerus illorum plusquam duplicatio scacchorum multiplicatur.

Pro intellectu sequentium notanda sunt hic aliqua. Primo, quod intellectus et voluntas sic se habent ad invicem, quia naturaliter actus intellectus precedit actum voluntatis. Nam voluntas habet producere complacentiam, displicentiam, amorem, vel odium, persecutionem, vel fugam; sed hoc

non contingit, nisi prius res, de qua voluntas habet complacentiam vel displicentiam, quam diligit vel odit, cognoscitur, vel intelligitur ab intellectu; quia, ut ait Augustinus, invisam quoque diligere possumus, incognitam autem nequaquam. Et sic accidit in communibus delectationibus, sic similiter in delectatione beatifica; quia cum actus consistat in dilectione et cognitione, oportet quod actus intellectus precedat actum voluntatis, etsi non tempore, saltem natura vel origine: secundum etenim quod intelligit rem bonam plus vel minus, sic sequitur dilectio, etc., que est delectatio. Ideo dicit hic auctor, quod omnes angeli habent dilectionem, quantum visio eorum est profunda in vero, id est in Deo; et sic esse beatum, vel beatitudo, fundatur in alto quod videt, id est in alta visione, sive clara, et non in illo quod amat, id est in amore: principalius concurrens visio, quam amor, supple prius, origine vel natura. Iterum notandum est, ex quo communiter ponitur ab omnibus doctoribus, quod ordo Seraphin sit propinquior Deo, et similior, et in se beatior, ita ponendum est, quod profundius vident Deum et intuentur eum et cognoscunt ipsa Seraphin quam ipsa Cherubin. Si vero obiciatur quod Seraphin interpretatur amoris incendium, Cherubin vero splendor sapientie; dicitur quod hoc est bene verum: sed propter hoc non sequitur, quod Cherubin profundius videat aut clarius quam Seraphin; non certe, quia licet etiam Troni interpretentur sedes iusti iudicii Dei, non propter hoc sequitur quod Troni sunt iustiores ipsis Cherubin aut Seraphin. Sed placuit Deo et placuit Doctoribus Ecclesie Sancte Dei, quod in attributis bonis aliqui ordines Angelorum denominarentur et vocarentur sic, ad declarandum attributa esse in Deo, etc. Nota etiam quod auctor utitur istis terminis et vocabulis, [s]favillare et scintillare, igniri, propter exprimere officia et exercitia, beatitudinem, felicitatem, letitiam, et excessum horum, scilicet letitie [et] gaudiorum in ipsis spiritibus beatis; quia per ista vocabula videtur auctori habilis et melius explicare illa que vult tractare. Ita etiam ponit spirituum sanctorum cantum, risum, motum velocem, circularem, solum ut per hoc melius explicentur eorum spirituum conditiones. Et sic videtur dicere hic auctor, quod quanta est visio in beatis, tanta est eorum dilectio; et quanta est dilectio, tanta est eorum merces; et sic tantum sunt beati. Vult etiam dicere auctor, quod angeli tantum diligunt genus humanum et

- ³³ E quella ⁽¹⁾, che vedea e pensier dubi ⁽²⁾ ³⁴ *Et illa, que videbat cogitationes dubias*
 Nella mia mente, disse: E cerchi primi ⁽³⁾ *In mente mea, dixit: Circuli primi*
 T'hanno mostrato Seraphy e Cheruby ⁽⁴⁾. *Tibi demonstrarunt Seraphin et Cherubin.*

⁽¹⁾ Beatrice — ⁽²⁾ dubii — ⁽³⁾ chori circulari delli angeli — ⁽⁴⁾ Seraphyni e Cherubini.

desiderant salutem eius, quod continue cantant in celo, Osanna, idest salva, o Deus, scilicet genus humanum. Nota etiam quod, quando sol est in Ariete, tunc est ver, et tunc arbores sunt et apparent virides, ubi in yeme apparent sicce et mortue: in vere florent, frondescunt; in Libra communiter cadunt folia, incipiunt arbores videri quasi sicce. Nota etiam quod bis in anno est equinoctium, scilicet in Ariete de mense martii, et in Libra de mense septembris. Poete vero propter naturam equinoctii, aliquando accipiunt unum pro alio: sic facit hic auctor, quando dicit, In hoc primo vere sempiterno, quod nocturnus Aries non expoliatur (*nocturnus aries*, idest Libra, que habet expoliare arbores seu folia, que nescit aries diurnus). Nota etiam quod astrologi audent dicere et dicunt et a[d]struunt, quod aliqui planete et aliqua astra sunt masculina, aliqua feminina, aliqua calida, aliqua frigida, aliqua sicca, aliqua humida, supple effective, aliqua diurna, aliqua nocturna. Diurna communiter sunt estivalia, nocturna vero yemalia. Tunc ad textum.

Ego sentiebam Osanna cantari de choro in chorum, scilicet angelorum, qui chori sunt novem, ad punctum fixum, scilicet ad Deum, qui est fixus, scilicet immobilis, omnia movens; qui, scilicet angeli, leti [sunt] ad ubi, scilicet ad loca, eterna, in quibus semper fuerunt, quia creati steterunt firmi adherentes Deo, nec se moverunt rebellantes, sicut fecerunt hii qui ceciderunt, sed permanserunt; et sic confirmati sunt et facti immobiles et impeccabiles; per gratiam, tamen, non per naturam.

Ecce modo auctor vult fingere, et fingit, quod Beatrix videns cogitationes ipsius auctoris, et quomodo ipse cupiebat scire de ipsis angelis, de ordinibus ipsorum, de proprietatibus, conditionibus, voluit ei satisfacere, declarando ea que cupiebat scire. Unde notandum est, quod auctor in hac materia sequitur opinionem Dionysii Ariopagite, qui fuit magnus philosophus, regens cathedram philosophie Athenis, quando Christus crucifixus fuit. Qui existens in scholis, legens scolariis in meridie Parasceve, idest in die veneris Sancte, in meridie hora nona, scilicet canonica, videns solem miraculose obscurari, dixit: Aut Deus nature patitur, aut mundi machina dissolvitur. Factus fuit postmodum discipulus Sancti Pauli; ab ipso Sancto Paulo, qui raptus fuit ad tertium celum, plurima didicit, sed maxime inter alia de conditionibus angelorum. Unde postea istum pulchrum librum composuit de Angelica Ierarchia, cuius opinionem auctor hic sequitur in hoc opere. Nam Dionysius ponit novem choros angelorum, et ponit tres Ierarchias: superiorem, epiphaniam, ab *epi*, quod est supra, et *phanos* quod est apparitio; ponit mediam, quam appellat theophaniam, a *Theos* grece, quod est Deus latine, et *phanos*, quod est apparitio; ponit inferiorem ierarchiam, quam

vocat ypophaniam, ab *ypos* grece, quod sonat sub, et *phanos*, quod est apparitio, quasi subapparitio: et in qualibet istarum trium ierarchiarum ponit tres ordines angelorum. In superiori, idest prima, ponit primo ordinem Seraphin: Seraphin interpretatur amoris incendium; quia iste ordo Seraphin ardentissime diligit Deum, in tantum quod Seraphin transformatur in Deum; velant ipsam divinitatem. Deinde post ordinem Seraphin ponit ipse Dionysius ordinem Cherubin: interpretatur etenim Cherubin splendor sapientie. Post istum ordinem Cherubin, ponit ordinem Tronorum: Troni interpretatur sedes iustitie, sive iusti iudicii Dei. Et isti tres ordines continentur in prima Ierarchia, que appellatur Epiphania. In secunda Ierarchia, appellata theophania, ponit ipse Dionysius alios tres ordines angelorum. Et primo ponit ordinem Dominationum, secundo ordinem Virtutum celorum, et tertio ordinem Potestatum. In tertia Ierarchia ponit tres alios ordines angelorum, scilicet ordinem Principatum, ordinem Arcangelorum, et ordinem Angelorum. Et hic notandum est, quod Dionysius habuit optimam ymaginationem, considerando id quod dicit Paulus Apostolus in Epistola sua ad Hebreos capitulo primo, in fine: Nonne omnes, scilicet angeli, sunt administratorii spiritus, in ministerium missi ad eos, scilicet homines, qui hereditatem capiunt salutis? Vidit quod multe virtutes sunt necessarie ad bene colendum unum verum Deum, et bene vivendum virtuose. Necesse est observare legem Dei, precepta Decalogi, que ponuntur vicesimo capitulo Exodi, que sunt decem. Scilicet: Non adorabis Deos alienos, Non assumes nomen Dei tui in vanum, Memento diem sabati sanctificare; ista tria precepta sunt in prima tabula Moysis, que pertinent ad divinitatem. Sequuntur septem secunde tabule; scilicet, Honora patrem tuum et matrem tuam, ut sis longevus super terram, Non occides, Non mechaaberis, Non furtum facies, Non loquaris falsum testimonium contra proximum tuum, Non desideres uxorem proximi tui, Non desiderabis bovem aut asinum proximi tui, nec aliquam rem. Ad hec precepta bene observandum oportet homines bene dirigi et bene regi; et sic oportet quod aliqui bene regant, dirigant, ad bonum et ad bene faciendum inducendo, et arcendo a male faciendo; et ideo conatus est ipse Dionysius videre ea que bene sunt necessaria ad omnia hec perficiendum. Nam primo requiritur amor, qui est causa omnium actuum meritorum et demeritorum; quem amorem figuravit in Seraphin. Demum necessaria est cognitio et notitia, quia ignoranter agens non meretur laudem, ut vult Aristoteles secundo Ethicorum; quam considerationem figuravit Dionysius in Cherubin. Demum requiritur iustitia: cum homo in hoc mundo sit debitor Deo et mundo, oportet reddere unicuique quod suum est, scilicet Deo quod Dei est, et mundo que sunt mundi; et optime fit per iustitiam, que figuratur per Tronos.

- ³⁴ Così veloci seguen li suo' vimi
 Per simigliarsi al puncto quanto ponno,
 E posson ⁽¹⁾ quanto ⁽²⁾ a veder son sublimi.
³⁵ Quegl'altri amori, che 'ntorno li vonno,
 Si chiaman Troni del divino aspecto,
 Perchè 'l primo ternaro terminonno.
³⁶ E dei saper che tutti hanno dilecto,
 Quanto la sua veduta si profonda
 Nel Vero, in che si cheta ogn' intelletto.
- ³⁴ *Sic veloces sequuntur vimina*
Propter assimilari puncto quantum possunt,
Et possunt quantum ad videndum sunt sublimes.
³⁵ *Illi alii amores, qui circa ipsum vadunt,*
Vocantur Troni divini aspectus,
Quia primum trinarium terminant.
³⁶ *Et scire debes quod omnes habent delectationem,*
Quantum sua visio est profunda
In Vero, in quo quietatur omnis intellectus.

⁽¹⁾ assimigliarsi — ⁽²⁾ tanto.

Demum oportet habere bonos rectores qui bene regant; qui debent habere auctoritatem bene regendi, que datur a Deo, qui communicat creaturis sua attributa; ideo communicat Deus creaturis auctoritatem bene regendi et dominandi, que figuratur per Dominationes. Sed quia non semper vi utendum est, sed complacentia magis, ideo oportet quod populus inducatur ad bene faciendum per aliqua que habent generare fidem in cordibus populorum et adherentium cordium; sed ad talia signa oportet habere virtutem talia faciendi, que virtus figuratur per Virtutes celorum, que habent facere miracula et prodigia. Demum requiritur potestas exequendi ea que iudicata sunt a Tronis Dei, que optime figurata est per ordinem Potestatum. Demum requiritur quod sint plures ad bonum regimen exercendum; licet Deus immediate posset scire, si vellet, optime regere mundum totum et disponere de ipso mediantibus creaturis; et ideo ordinavit multos Angelos in diversis partibus mundi, ut patet in capitulo decimo Danielis, ubi dixit: Michel Archangelus, qui stabat pro populo Dei, Danieli, qui ieiunaverat viginti uno diebus: Venissem ad te, sed princeps Persarum resistit michi viginti uno diebus. Talia faciendi commissa sunt a Deo Principatibus. Demum necessarium est quod fiant revelationes magnorum decretorum et archanorum; que fiant per Archangelos. Demum necessarium est quod fiant revelationes minores et ambaxiate circa minima; et hec fiunt per Angelos. Tunc actus ierarchici in superiori ierarchia sunt purgatio, illuminatio, et elevatio. Nam superiores angeli purgant inferiores, non a sordibus, spurciis, sed ab ignorantia, quia non omnes angeli sciunt omnia; illuminant docendo, revelando; accendunt ad amorem divinum et elevant ad contemplandum ipsum Deum. Primi Angeli accipiunt a Deo, et dant secundis scilicet: Seraphin accipiunt a Deo et dant Cherubin; Cherubin accipiunt a Seraphin et dant Tronis; sic Troni accipiunt a Cherubin et dant Dominationibus; et sic de singulis, usque ad Angelos. Et tunc Angeli dant nobis mortalibus; et sic angeli accipiunt a superioribus et dant inferioribus; sic postea, volente Deo et indicante natura, facti sunt gradus inter homines, inter quos sunt imperator, reges, duces, principes, marchiones, potestates, capitanei, etc., iudices, advocati, rectores, et huiusmodi. Modo aliqui ordines Angelorum habent nos docere bene adorare Deum, servire illi, quod facit ordo Seraphin, Deum glorificare, laudare, nomen suum sanctificare. Aliquis ordo

docet nos sabbatha sanctificare, sacrificare, orare, quod facit ordo Cherubin. Aliquis ordo docet nos diligere patrem, honorare matrem, quod facit ordo Tronorum, etc. Aliquis ordo docet bene regere, quod facit ordo Dominationum. Necesse est pro salute nostra consequenda quod revelentur nobis secreta aliqua valde archana, quod facit ordo Archangelorum. Necesse est nobis quod multa communia revelentur nobis, quod facit ordo Angelorum; quorum cuilibet homini datur ad minus unus ad eius custodiam. Istis dictis, veniatur ad textum.

Et illa, scilicet Beatrix, que videbat cogitationes dubias, scilicet meas (quia dubitabam, nec sciebam qui erant illi spiritus, nec eorum conditiones, quas ego cupiebam scire), in mente mea, dixit, scilicet michi: Circuli primi tibi monstrarunt Seraphin et Cherubin; scilicet duos ordines, primum Seraphin et secundum Cherubin.

Sic veloces sequuntur sua vimina, idest ligaturas (que vimina, sive ligature, sunt Dei, qui ligat illos Angelos secum, idest cum Deo: ligati et adstricti sunt angeli Deo per amorem, in tantum quod in illum transformantur), propter assimilari puncto, idest Deo (qui ut punctus depictus est, ut patet per supradicta), quantum possunt; et possunt in tantum quantum ad videndum sunt sublimes, idest quantum datum est eis a Deo posse videre in ipso Deo.

Illi alii amores, scilicet Angeli, philocapti de Deo, qui circa ipsum vadunt, vocantur Troni divini aspectus (quia Deus in ipsis dat sua iudicia), quia primum trinarium terminant, et iam habemus primum trinarium, scilicet Ierarchiam epiphaniam.

Modo auctor vult exaltare istum trinarium. Et scire debes quod omnes habent delectationem in tantum, quanto visio sua est magis profunda in Vero, idest in Deo qui est Veritas, in quo, scilicet Deo et Vero, quietatur omnis intellectus. Nota quod intellectus desiderat cognoscere suum obiectum quod [est] ens; et non quodcumque ens, sed illud quod est ens per se, a se, infinitum, immensum, quod continet in se omnem perfectionem, et omnem rationem entitatis, necdum existentis, sed etiam possibilis; et solum Deus est huiusmodi.

- 37 Quinci si può veder come si fonda
L'esser beato nell'acto che vede,
Non in quel ch'ama ⁽¹⁾, che ⁽²⁾ poscia se-
38 E del vedere misura è mercede, ^[conda (3)]
Che gratia parturisce e buona vogla;
Così di grado in grado si procede.
39 L'altro ternaro che così germogla
In questa primavera sempiterna,
Che ⁽⁴⁾ l'notturno Ariete non dispogla,
40 Perpetual e dolce osanna sverna
Con tre melode, che suonan in tree
Ordini di letitia, onde s'interna.
41 In essa Yerarchia ⁽⁵⁾ son l'altre dee:
Prima Domination, da poi Virtudi;
L'ordine terzo di Potestati ee.
42 Poscia ne' due penultimi tripudi ⁽⁶⁾
Principati et Archangeli si girano;
L'ultimo è tutto d'angelici ludi ⁽⁷⁾.
43 Quest'ordini di su tutti s'ammirano,
E di giù ⁽⁸⁾ vincon sì, che verso Dio
Tutti tirati son, e tutti tirano.
44 E Dionisio ⁽⁹⁾ con tanto desio
A contemplar quest' ⁽¹⁰⁾ ordini ⁽¹¹⁾ si mise,
Che li nomò e distinse, com'io.
45 Ma Gregorio da lui poi si divise;
Onde, sì tosto come gl'ochi aperse
In questo ciel, di sè medesimo rise ⁽¹²⁾.
- 37 *Hinc potest videri quomodo fundatur
Esse beatum in alto quod videt,
Non in illo quod amat, quod postea sequitur;*
38 *Et visionis est [mensura] merces,
Quam gratia Dei parturit et bona voluntas;
Sic de gradu in gradum proceditur.*
39 *Alter trinarius qui sic germinat
In hoc primo vere sempiterno,
Quod nocturnus Aries non expoliat,*
40 *Perpetualiter Osanna svernatur
Cum tribus melodiis, que sonant in tribus
Ordinibus letitie, unde intrinquantur.*
41 *In ipsa Ierarchia sunt alie due deitates:
Primo Dominationes, et postea Virtutes;
Ordo tertius Potestatum est.*
42 *Postmodum in duobus penultimis tripudiis
Principatus et Archangeli gyranur;
Ultimus est totus angelicorum ludus.*
43 *Isti ordines sursum omnes respiciunt,
Et inferius vincunt ita, quod versus Deum
Omnes tracti sunt, et omnes trahunt.*
44 *Et Dionysius cum tanto desiderio
Ad contemplandum istos ordines se misit,
Quod illos nominavit et distinxit, sicut ego.*
45 *Sed Gregorius postea ab eo se divisit;
Unde, quam cito aperuit oculos
In isto celo, de se ipso risit.*

(1) che ama — (2) el quale — (3) prospera — (4) la quale — (5) seconda — (6) balli angelici — (7) guochi e feste — (8) gl'ordini —
(9) detto Aryopagita — (10) nove — (11) Lib. De angelica Yerarchia — (12) de la sua opinione prima.

Iam vult ostendere auctor, quod felicitas prius, saltem natura vel origine, fundatur in cognitione quam voluntate, et dicit: Hinc potest videri, idest aperte cognosci, quomodo fundatur esse beatum, idest beatitudo, in alto quod videt, idest in visione, sive cognitione, idest principaliter, non in illo quod amat, idest ita non principaliter, quod postea sequitur; et visionis est mensura merces, ita quod merces est ita secundum qualitatem et quantitatem visionis: quam, scilicet visionem, gratia Dei precurrit (quia nullus posset mereri vitam eternam, nisi adiuvaretur a divina gratia, et bona voluntas, scilicet divina, que est causa omnium rerum creaturarum: sic de grado in gradum proceditur, idest per bene capientem vel doctrinantem.

Iam auctor tangit secundam Ierarchiam theophaniam. Alter trinarius, qui sic germinat, idest viret, multiplicatur, idest similiter cantat, osannando, sicut primus trinarius, in hoc primo vere sempiterno (quia semper est ibi in celo primum ver), quod nocturnus Aries, idest nocturna Libra, non expoliat, quia hic nunquam cadunt folia; perpetua-

liter Osanna svernatur, idest cantatur, cum tribus melodiis, idest cum tribus ordinibus Angelorum, que sonant in tribus ordinibus letitie, unde internantur, idest perpetuantur. Nunquam letitia ibi deest.

In ipsa Ierarchia, scilicet secunda, sunt duo alie deitates, dee, idest duo alii chori: primo Dominationes, et postea Virtutes; ordo tertius Potestatum est.

Iam ponit auctor tertiam Ierarchiam, scilicet ypophaniam, dicens: Postmodum in duobus ultimis tripudiis, idest ordinibus, Principatus et Archangeli gyranur, idest circumvolvuntur: ultimus est totus angelicorum ludorum.

Isti ordines sursum. Questi ordini de su: hec est quarta pars huius capituli in qua auctor ponit actus ierargicos angelorum, ut dictum est. Actus ierargici sunt purgare, accendere, illuminare et elevare, qui sic incipiunt: Deus accendit, elevat, illuminat Seraphin; postea Seraphin, illuminata, accensa, elevata a Deo, illuminant, accendunt, elevant Cherubin; et sic de singulis usque ad Angelos, qui

- 46 E se tanto secreto ver proferse ⁽¹⁾
Mortale ⁽²⁾ in terra, non voglo ch'ammiri;
Chè chi 'l vide quassù ⁽³⁾ gl'el discoperse,
Con altro assai del ver di questi giri.
- 46 *Et si tanto veridice protulit
Mortalis in terra, nolo quod mireris;
Quia qui vidit hic superius illud sibi discooperuit,
Cum alio multo vero istorum gyrorum.*

(1) Dyonisio — (2) essendo ancora — (3) cioè Paolo suo maestro.

postmodum influunt in nobis mortalibus. Angeli omnes omnium ordinum respiciunt sursum, idest accipiunt de sursum, et inferius vincunt, idest communicant, dant, tribuunt, ita, quod versus Deum omnes trahuntur, et inferius se trahunt. Isti ordines omnes sursum respiciunt et inferius vincunt ita, quod versus Deum omnes tracti sunt et omnes trahunt.

Iam est notandum, quod iste modus ponendi ordines Angelorum et distinguendi, qui dictus et positus est hic, est modus et fuit vera positio Dionysii, a quo discordat Sanctus Gregorius, non in prima Ierarchia, quia in illa omnino conveniunt; sed discordant in secunda et tertia: quia Gregorius ponit in secunda Ierarchia Dominationes, Principatus et Potestates, ubi in ista secunda Dionysius ponebat Dominationes, Virtutes et Potestates; in tertia ponit Gregorius Virtutes, Arcangelos et Angelos, ubi Dionysius posuit Principatus, Arcangelos et Angelos. Et dicit

auctor quod quando Gregorius venit in celum, risit de seipso, videns ibi, quomodo non bene discernerat choros Angelorum; et dicit auctor quod vult citius tenere opinionem Sancti Dionysii, quia melior est, quia Dionysius habuit hec, que scripsit de choris et distinctionibus Angelorum, et didicit ab illo, qui fuit ibi, scilicet in celo, scilicet a Sancto Paulo, a quo didicit hec, et plurima alia vera, idest plures alias veritates. Et Dionysius cum tanto desiderio ad contemplandum istos ordines se misit, quod illos nominavit et distinxit sicut ego. Sed Gregorius postea ab eo se divisit, scilicet variavit: unde quam cito oculos aperuit in isto [celo], de seipso risit.

Et si tantum veridice protulit mortalis in terra, nolo quod mireris; quia qui videt hic, sive vidit, idest Apostolus Paulus, illud sibi, scilicet Dionysio, discooperuit, idest docuit, cum alio multo vero de veritate istorum gyrorum, idest cum multis aliis veritatibus.



La feconda immaginazione di Dante, il quale ne' cieli trova il moto delle spere spirituali tanto più celeri quanto son più presso al punto fisso che le tiene all'*ubi*, mentre nell'ordine materiale vediamo il moto accelerarsi secondo che più son larghe le orbite de' corpi giranti, de' due fatti, in apparenza contrari, assegna la stessa ragione: cioè l'assomigliarsi all'archetipo eterno, che nella materia si esempla per spandimento e moltiplicazione, per lo che questa tanto più a lui s'accosta, quanto più si spande ampiamente e largamente; dove il contrario accade nello spirito, in cui Dio improntava l'orma sua in quanto è uno e trino.

Difatti, invitato da Beatrice a mirare il cerchio che più a Dio è congiunto, e dettogli

..... che il suo muover è sì tosto
Per l'affocato amore ond'egli è punto,

l'Alighieri risponde:

..... Se il mondo fosse posto
Come l'ordin ch'io veggio in quelle ruote,
Sazio m'avrebbe ciò che m'è proposto.
Ma nel mondo sensibile si puote
Veder le volte tanto più divine
Quant' elle son dal centro più rimote.

Abbiamo qui due fatti opposti: cioè un moto che tanto più si fa veloce quanto più è vicino al centro, e un moto che tanto più si fa celere quanto più dal centro si allontana; l'uno e l'altro procedenti dallo stesso principio e aventi una stessa ragione. Ma mentre nello spirito il moto è quiete (il che pare contraddittorio), nella materia la quiete manca, perchè la sua natura vi si oppone. Or come può verificarsi, negli spiriti, moto e quiete simultaneamente?

Ci soccorre maravigliosamente con l'altezza e profondità del suo ingegno il Serafico Dottore San Bonaventura (*Quaest. disp. quaest. VI, art. 1*). Speculando egli sulla natura del moto, ne trova l'essenza nel farsi presente a più luoghi, esemplando l'ubiquità, o che vogliam dire l'immensità. Se non che, non potendo farlo senza tempo, lo fa nel tempo successivamente, trasferendosi da luogo a luogo, da un punto all'altro, tanto più avvicinandosi all'immensità a cui tende, quanto più rapida-

mente si avvanza; perchè quanto più rapidamente s'avvanza, tanto più occupa, nello spazio, maggiore estensione di punti. Al quale avanzare è termine l'istantaneo, vale a dire lo stendersi di un atto unico ad una moltitudine di punti, che necessariamente si producono nello spazio e nel tempo: e vuol dire che in sé e nel puro suo concetto il moto è atto unico, limpida e stupenda immagine dell'immensità divina. « Mobile secundum situm ex ipso motu praesens efficitur pluribus locis, et quod velocius movetur pluribus locis velocius praesentatur; hinc est quod cum divina sapientia omnibus sit praesentissima, maxime mobilis dicitur inter omnia mobilia, non quia fit transiens de uno in aliud, sed quia est omnibus praesens. » Il che si raccoglie anche meglio, osservando che qualunque moto, anche minimo, si propaga, senza perder nulla della sua forza, da un punto qualunque dell'universo a tutti gli altri anche lontanissimi, senza arrestarsi; nè agli estremi del creato terminerebbe se di là non fosse il nulla.

Vediamo ora che cosa sia la quiete, di cui il moto pare il contrapposto. La quiete non è già inazione, o morte, ma tranquillità di azione, della quale tranquillità di azione abbiamo un'immagine nell'acqua che scorre uniforme senza frangersi, o, come si dice, quieta e tranquilla; quieta, sì certo, e tranquilla, ma non senza vita. Da ciò è facile vedere come quel moto che raggiunga il sommo della rapidità, divenendo istantaneo, possa, anzi debba risolversi in un atto intero, puro, uniforme, e quindi quietissimo, perchè nè rotto dal tempo, nè variato nella sua essenza; e quindi esemplante mirabilmente Iddio, che immoto in sé stesso, muove, e stando, opera, principio e termine dei moti dell'universa natura.

Giovì qui mettere a riscontro i versi del Poeta che si riferiscono al muoversi degli spiriti, con gli altri di sopra riferiti. che esprimono il muoversi della materia in ragione diametralmente opposta:

Così l'ottavo, e'l nono; e ciascheduno
Più tardo si movea, secondo ch'era
In numero distante più dall'uno.
.....
Così veloci seguono i suoi vimi,
Per somigliarsi al punto quanto ponno,
E posson quanto a veder son sublimi.

CAPITULI VICESIMINONI SUMMARIUM

In vicesimonono capitulo, quod incipit: *Quando ambo filii Lathone*, auctor prosequitur materiam angelorum; et primo declarat, quando, ubi et quomodo creata fuit natura angelica. Et incipiens, dicit, quod modicum et per brevissimam morulam Beatrix risit, et tandem incepit dicere: Non propter acquirere in se vel per se vel propter augere bonum suum Deus fecit creaturas, quia non potest Deo fieri additio, cum sit infinitus; sed propter posse dicere, Subsisto, idest Sustineo creaturas et propter participare perfectiones suas, in sua eternitate extra omne tempus fecit mundum, solum propter amorem, non necessitate. Nec ante fuit torpens aut piger, quia semper idealiter produxit universa, faciens materiam, formam et compositum; et ista fecit in instanti. Infimum locum et esse materia tenuit; forma, supremum; compositum medium esse tenuit. Nota quod aliqua sunt purus actus, sicut Deus, qui est simplicissimus, et angelus qui est satis simplex: materia prima est pura potentia; composita tenent medium. Si quereretur quando fecit Deus angelos, responderetur in eternitate et extra omne tempus, quia tunc nullum erat tempus. Si queritur ubi, dicendum est quod in nullo loco, quia nullus locus erat. Si dicitur quomodo, dicendum quod omnia simul Deus creavit. Nec numerando ab unitate per numeros perveniretur ad viginti, quod de numero angelorum multi ceciderunt, quorum casus superbia fuit causa. Alii remanserunt, et cum delectatione ceperunt circuire

et velare divinitatem, laudare, benedicere; et hanc artem nunquam dimiserunt; et sic suae visiones fuerunt exaltate, et sic fuerunt confirmati. Et licet in terra et in scolis legitur, dicitur, asseritur, quod angeli habent reminiscenciam, scias quod hoc est falsum; quia nunquam ex quo fuerunt creati, averterunt faciem suam a Deo, et ideo non habent intercisum videre ab aliquo novo obiecto, et ideo non oportet eos rememorari. Demum dixit Beatrix: Vos non itis omnes per unam viam, sed quilibet facit novas adinventiones; et adhuc hoc minus displicet Deo, quam quando Sacra Scriptura postponitur Philosophie, et adhuc quando pervertitur magis displicet: et non cogitant tales, quam care deconstavit seminare illam, scilicet Sacram Scripturam, quia ad illam seminandam sparsus fuit sanguis Christi et sanctorum Martyrum. Et illi qui predicant, faciunt etiam novas adinventiones et predicant inutilia: unde oves Christi que vadunt ad pascua, idest ad predicationes, revertuntur vacue lacte, idest bona doctrina, quia non audiunt nisi truffas. Nam non dixit Christus Apostolis suis, quando misit illos binos et binos ad predicandum, quod ipsi predicarent truffas et sermones lascivos, aut illa que inducunt homines ad risum, sed imposuit eis ut predicarent Evangelium. Demum dicit, quod numerus angelorum tantus est, quod nemo mortalium potuit numerare, et ideo Daniel dixit: Millia millium ministrabant et decies centena millia, etc.

CAPITULUM VICESIMUMNONUM

- ¹ Quand'amendue e figli di Latona,
Coverti del Monton e de la Libra,
Fanno dell'orizzonte insieme zona,
² Quant'è dal puncto ch'è l' Cenyt in Libra,
Infin che l' uno e l' altro da quel cineto,
Cambiando l'emysperio, si delibra;
³ Tanto, col volto di riso dipincto,
Si tacque Beatrice, riguardando
Fiso nel puncto che m' havea vincto.

Quando ambo filii Lathone. Quando amenue i figli de Lathona: istud est vicesimumnonum capitulum huius Paradisi, in quo auctor, descriptis in capitulo precedenti distinctione et ordinibus angelorum, declarat ubi, quando, quomodo natura angelica sit creata. Et dividitur in quatuor partes. In quarum prima auctor tractat tres questiones circa creationem angelorum.

In secunda parte, que incipit ibi:

Nec deveniretur numerando;
Nè se veneria numerando al vinti,

auctor pertractat ruinam et casum angelorum, et remonet aliqua dubia circa naturam angelicam.

In tertia parte, que incipit ibi:

Vos non itis inferius per unam semitam;
Voi non andate giù per un sentiero,

auctor inveit contra illos, qui posponunt et pervertunt Scripturam Sanctam.

In quarta parte, que incipit ibi:

Sed quia sumus transgressi;
Ma perchè siam disgressi,

auctor describit, ut potest, numerum angelorum.

Redeundo ad primam partem, auctor primo continuat dicta dicendis; sed ante tangit dispositionem Beatricis per

- ¹ Quando ambi filii Lathone,
Cooperti de Ariete et de Libra,
Faciunt de orizonte simul zonam,
² Quantum est a puncto qui Zenith in Libra,
Usquequo uterque ab illo cincto,
Cambiando emispyrium, se deliberat;
³ Tantum, cum vultu risu depicto,
Tacuit Beatrix, respiciendo
Fixe in puncto qui me vicerat.

unam talem comparisonem. Ad quam intelligendam, notanda sunt aliqua. Et primo, quod secundum fictionem Poetarum, Iuppiter qui fingitur ab ipsis omnipotens Deus et Deus eorum, concubuit cum una muliere nominata Lathona, ex qua uno partu genuit duos filios, scilicet Phebum [id]e[s]t Solem, et Dyanam [id]e[s]t Lunam. Sol et Luna dicuntur duo filii Lathone. Secundo notandum est, quod, quando Luna est plena, scilicet quando est plenilunium, semper opponitur, idest est in signo opposito illi in quo est Sol; ita quod si Sol est in Ariete, Luna est in Libra; si Sol est in Thauro, Luna est in Scorpione, etc. Nota quod orizon est circulus dividens speram per medium, idest in duas medietates. Nota etiam quod Cenit est unus punctus imaginatus, qui in celo terminat lineam imaginatam a capite tuo usque ad celum. Hiis dictis, immagineris quod Sol sit in Ariete, Luna vero in Libra; immagineris etiam Cenit supra caput tuum in celo; et semper habeas in mente, quod celum continue movetur, nunquam quiescens. Ergo ex istis sic imaginatis sequitur, quod Cenit modicum durat et stat, sed subito variatur. Ad quod intelligendum bene, immagineris te habere lances in manibus equaliter stantes: modicum, modicum ponderis facit unam descendere et alteram ascendere. Sic imaginandum de illo puncto Cenit, quod modicum stat: quia dum celum continue movetur, Sole existente in Ariete et Luna similiter existente in Libra, subito, si Sol est in oriente, oriendo sursum venit, et Luna,

- ⁴ Poi cominciò: Io dico, non dimando,
Quel che tu vuoi udir, perch'io l'ò visto
Ove s'appuncta ogn'ubi ⁽¹⁾ et ogni quan-
⁵ Non per haver in sè di ben acquisto, ^{[do] (2)}
Ch'esser non può, ma perchè suo splen-
Potesse, risplendendo, dir Subsisto, ^[dore]
⁶ In sua eternità di tempo fore,
Fuor d'ogn'altro comprender come ^[piacque]
S'aperse in nove amor l'eterno Amore ⁽³⁾.

(¹) spatium, o luogo — (²) tempo — (³) Dio.

que [est] in occidente, subito occidit; et sic Cenit quasi in instanti pertransit, et modicum, quasi nihil, durat. Tam modicum stetit Beatrix, ex quo dixerat ea que dixi in capitulo precedenti. Respexit in illum punctum, idest in Deum, qui punctus vicerat auctorem, idest quod auctor non poterat clare intueri illum propter nimium suum splendorem: et subito Beatrix, sic modicum intuens in illum punctum, cum vultu suo pleno risu, voluit se ad auctorem, dicens sibi illa que sequuntur. Nota etiam quod emispyrium est totum spatium quod est supra terram; ita quod sunt duo emispyria, unum sub terra et aliud supra terram. Cum celum sit rotundum, et terra sit rotunda, semper sub terra est medietas celi una, et alia supra terram. Dicit ergo auctor in textu: Quando duo filii Lathone, idest Sol et Luna, cooperti ab Ariete, scilicet Sol, et a Libra, scilicet Luna, faciunt de orizonte, idest circulo qui dividit terram in duas medietates, simul zonam, idest cingulum (quia ille circulus orizon cingit totam terram), quantum est a puncto, scilicet Cenit, qui Cenit, scilicet dicitur, in Libra (idest in equalitate illa, quia Sol et Luna sunt in orizonte), usquequo uterque, scilicet Sol et Luna, ab illo cincto, scilicet circulo, cambiando, idest mutando, emispyrium (quia tunc uterque habet idem emispyrium, sed subito, propter continuum motum celi, mutant emispyrium), se deliberat, idest recedit, ab illo orizonte, quod fit subito et quasi in instanti; tantum, scilicet modicum, cum vultu, risu, idest letitia, depicto, idest apparenti, tacuit Beatrix, idest non plus, respiciendo fixe in puncto, idest in Deo, qui per punctum illum figuratur, qui scilicet punctus me vicerat, idest obumbraverat, quia non potui clare intueri in illum propter excellentiam sui splendoris.

Postea incepit, scilicet Beatrix, loqui talia. Ego dico, non interrogo (idest non expecto, quod tu me interroges, aut proponas michi dubia, de quibus tu cupis declarari, quia non oportet quod tu indices michi dubia: nam ego scio illa, quia illa et quodlibet ipsorum video in illo puncto, scilicet in Deo), illud quod tu vis audire, quia illud vidi ubi, idest in Deo, in quo apponuntur, idest terminantur omne ubi, idest omnis locus, et omne quando, idest omne tempus.

- ⁴ Postea incepit: Ego dico, non interrogo,
Illud quod tu vis audire, quia illud vidi
Ubi apponuntur omne ubi et omne quando.
⁵ Non propter habere sibi de bono acquisitum,
Quod esse non potest, sed ad hoc ut suus splendor
Posset, resplendendo, dicere, Ego subsisto,
⁶ In ista eternitate extra tempus,
Extra omne aliud comprehendere, sicut [s]ibi ^[placuit]
Aperuit [se] in novem amores eternus Amor.

Tria dubia erant in mente auctoris circa naturam angelicam: ubi, idest in quo loco, et quando, idest in quo tempore, et quomodo, fuit creata natura angelica; que tria dubia Beatrix declarat ipsi auctori. Primo tamen dicit causam, quare Deus fecit angelicam naturam et omnes creaturas; que est hec: Non propter aliquid acquirere, aliquid bonum, sibi, Deus fecit creaturas, quia impossibile est quod aliquid boni addatur Deo, cum sit bonitas infinita, cui non potest fieri additio; sed solummodo fecit creaturas, ut posset dicere: Ego subsisto, idest per me sto, omnibus aliis rebus dependentibus a me. Non propter habere, idest acquirere, sibi, de bono, vel propter acquisitionem boni, quod esse non potest, quia infinito non potest fieri additio, seu additio, sed ad hoc ut suus splendor possit, resplendendo, dicere: Ego subsisto, idest per me sto, a nullo dependens. Dicit Augustinus: Quia Deus summe bonus est, ideo sumus.

Modo vult Beatrix declarare quando fuit angelica natura, et vult dicere quod non in tempore, sed in eternitate. Et hoc est notandum, quod antequam Deus faceret mundum, nulla mensura erat temporalis, quia nullum erat mobile et per consequens nihil movebatur; et sic nullus erat motus, et sic nullum erat tempus, cum tempus sit mensura motus primi mobilis secundum prius et posterius, ut vult Aristotiles quarto Phisicorum, tractatu de tempore. Nec erat ante creationem mundi aliquid nisi Deus, qui erat in seipso et in sua eternitate: sola ista mensura erat, scilicet eternitas; ergo in sola eternitate, et non in tempore, Deus fecit naturam angelicam, et sic alias creaturas. In sua eternitate extra tempus (quia nullum erat) extra omne aliud (idest extra omnem aliam mensuram) comprehendere, sicut ei, scilicet Deo, placuit, aperuit se, idest manifestavit, in novem amores, idest in novem choros angelorum supple, et in alias creaturas (alius textus et melior, in novos amores, idest in novas creaturas), eternus amor, idest ipse Deus, qui est essentialiter amor, et per amorem fecit mundum, quia voluntarie et complacenter: quia omnis operatio Dei et omnis actio ad extra est voluntaria: solum ad intra Deus agit et producit naturaliter, ac etiam voluntarie; ad extra autem voluntarie solummodo, non autem naturaliter.

- 7 Nè prima, quasi torpente, si giaque;
Chè nè pria nè poscia pre[ce]decte
Lo discorrer di Dio sopra quest'acque.
- 8 Forma e materia coniuncte e purecte
Usciro ad esser che non havea fallo,
Come d'arco tricorde tre saecte;
- 9 E come [in] vetro, in ambra o in cristallo
Raggio discende sì, che dal venire
All'esser tutto non è intervallo;
- 10 Così el triforme effecto dal suo sire⁽¹⁾
Nell'esser suo raggiò insieme tucto,
Senza distinction nell'exordire.
- 11 Concreato fu ordine e constructo
Alle substant[i]e, e quelle furon cima
Del mondo, in che puro acto fu producto.

⁽¹⁾ signore

Iam Beatrix respondet cuidam tacite questioni. Posset quis dicere sibi: Antequam Deus crearet mundum, ne stabat in otio? erat otiosus, sive torpens? Dicit quod non, imo semper egit. Sed notandum est, quod Deus idealiter, eternaliter, produxit omnes creaturas, quia unico actu intellectus divinus producit Verbum et omnes ideas omnium rerum; ita quod, sicut Deus Pater nunquam incepit producere Verbum suum, quia eternaliter produxit, ita nunquam incepit producere creaturas ydealiter, quia eternaliter produxit. Loquitur hic auctor more Sacre Scripture, que vocat creaturas aquas, ut patet Geneseos primo capitulo, ubi habetur: Et spiritus Domini ferebatur super aquas; idest creaturas. Ita auctor hic aquas ideas aquarum vocat, idest creaturarum, ita quod Deus nunquam precessit, idest nunquam incepit producere ideas aquarum, idest creaturarum. Tunc sic: Nec prius quasi torpens iacuit, idest stetit, quia nec prius nec postea precessit, idest incepit, discurrere Dei per istas aquas, idest ideas aquarum, idest creaturarum.

Notandum est iam, quod Deus produxit multa: et omnia que sunt, aut sunt forme, aut materia, aut composita; et forme, alique sunt coniuncte materie, alique sunt absolute separate a materia. Materia est infima, et dicitur pura potentia, idest ad suscipiendum formas. Substantie, autem, separate a materia, dicuntur puri actus, per se existentes, cum nulla re componibiles; et vocat hic auctor tales formas, purectas, idest puras. Media autem inter materiam, scilicet puram potentiam et illas formas purectas, separatas a materia, dicuntur partim actus, partim potentia: ut homo, qui habet animam, que est actus, et corpus, quod est potentia; vel melius, homo habet materiam ex qua componitur, que est potentia, et formam cum qua fit, que est actus. Forma et materia coniuncte, idest composita, et purecte, scilicet substantie separate a materia, exierunt, idest processe sunt, ad esse (scilicet reale, ab esse

- 7 Nec prius, quasi torpens, iacuit;
Quia nec prius nec postea precessit
Discurrere Dei super istas aquas.
- 8 Forma et materia coniuncte et purecte
Exierunt ad esse, que non habebant defectum,
Sicut ab arcu tricordo tres sagipte;
- 9 Et sicut in vitro, vel in ambra, vel in cristallo
Radius resplendet ita, quod a venire
Ad esse totum non est intervallum;
- 10 Sic triformis effectus a suo domino
Vult esse in suo radio insimul totus,
Sine distensione in exordiri.
- 11 Concreatus fuit ordo et constructus
Ad substantias; et ille fuerunt summitates
Mundi, in quibus [purus] actus fuit productus.

ideali) quod non habet defectum, idest sine defectu (quia vidit Deus cuncta que fecerat, et erant valde bona, Genesis primo), sicut ab arco tricordo, idest habente tres cordas, tres sagipte, idest exeunt. Per dicta in isto trinario patet, quod Deus creavit naturam angelicam et mundum in instanti et non successive. Et hoc quod tangit hic auctor, videtur contrarium ei quod habetur Genesis primo, ubi habetur, quod in sex diebus Deus fecit mundum, in die septimo requievit. Auctor hic tenet, quod Deus omnia in momento fecit, Quia ipse dixit et facta sunt, in Psalmis, et Ecclesiastes decimoquinto capitulo dicitur: Qui vivit in eternum, omnia creavit simul. Et sic materia et forma facte simul [sunt]: materia, ex qua res sunt; forma, cum qua res fiunt; et compositum, quod est ex hiis. Ista fuerunt facta in instanti, ita quod eorum fieri et esse fuerunt simul. Et ponit tria exempla, sicut radius splendoris in vitro et in cristallo et in ambra. Et sicut in vitro, in ambra, vel cristallo, radius resplendet ita, quod a venire, idest a fieri, ad esse totum, non est intervallum, idest medium aliquod, sed in instanti sunt; sic triformis effectus (scilicet materia, ex qua, forma, cum qua res fiunt, et compositum, scilicet, fuerunt simul facta in instanti, sicut in predictis tribus corporibus dyaphanis radius splendoris fit, et non fit prius quam veniat, et venit prius quam fiat), a suo Domino, idest creatore, vult esse in suo radio insimul totus sine distensione in exordiri, idest sine prius facere unum quam aliud.

Adhuc addit auctor, quod ordo fuit concreatus rebus, dicens: Concreatus, idest simul, fuit ordo et constructus, idest constructio ad esse, ad substantias, idest substantiis; et ille fuerunt summitates, idest summe, idest nobiliores, perfectiones mundi, de mundo, in quibus actus fuit productus, idest res que fuerunt in solo actu producte et non in potentia. Res proprie dicuntur esse in puro actu, quando tales non sunt in potentia ut de ipsis aliquid fiat, sicut

- 12 Pura potentia tenne la parte ima;
Nel mezzo strinse potentia con acto
Tal vime, che già mai non si divima.
- 13 Hieronimo vi scripse lungo tracto
Di secolì, degl'angeli, creati
Anzi che l'altro mondo fusse facto:
- 14 Ma questo vero è scripto in molti lati
Dalli scriptori dello Spirito Sancto;
E tu te n'avedrai, se ben agguati;
- 15 Et anco la ragion lo vede alquanto,
Chè non concederebbe che e motori
Senza sua perfection fusser cotanto.
- 16 Or sai tu quando e dove questi amori
Furon creati, e come; sì che spenti
Nel tuo desio son già tre ardori.
- 17 Nè giungeresti, noverando, a venti
Sì tosto, come degl'angeli⁽¹⁾ parte
Turbò el subiecto de' vostri elementi.

⁽¹⁾ reprobi.

de ferro fit gladius, de pasta fit panis. Sic Deus non factus, est simplicissimus, purissimus actus; sicut etiam angeli sunt puri actus, non tamen sicut Deus.

Puram potentiam tenuit pars yma, scilicet materia prima, etiam elementa et elementata, ex quibus multa fiunt: in medio astrinxit, idest posuit, potentiam cum actu, ut homo est, in quo est anima, que est actus, et corpus, quod est potentia, tale vimen, idest talis ligatura, vel nexus, quod nunquam devimatur, idest dissolvitur, idest dum vivit homo, vel dum stat tale compositum. Per predicta patet responsio ad dubia, scilicet quando fuit facta natura angelica, scilicet in eternitate et non in tempore, et ubi, idest nullibi, quia nullus erat locus in quo crearetur.

Sequitur responderi ad tertium dubium, scilicet quomodo natura angelica fuit facta. Dicendum de nihilo, independenter, per omnipotentiam Dei. Destruit tamen opinionem, quam videtur tenuisse Hieronimus in una Epistola, ubi videtur innuere ipse Hieronimus, quod antequam Deus faceret istum mundum sensibilem, diu fecerat angelos ante per multa secula. Quam opinionem non tenet auctor, quia non videtur sibi vera, tum quia quasi omnes doctores dicunt oppositum, tum etiam quia videretur frustra fuisse: quia angeli ideo sunt ut moveant orbes, sed orbes ante mundi creationem non erant; ideo non movissent eos, et sic fuissent frustra. Aliqui tamen excusant Hieronimum hic, dicendo, quod Hieronimus hic loquutus est more Grecorum, qui sequebantur opinionem Platonis, dicentis angelos fuisse, etc. Hieronimus vobis bonum tractum, idest spatium, [scripsit] seculorum, angelorum creatorum antequam alius mundus esset factus.

- 12 Puram potentiam tenuit pars yma;
In medio astrinxit potentiam cum actu
Tale vimen, quod nunquam devimatur.
- 13 Hieronimus nobis scripsit longum tractum
Seculorum, angelorum, creatorum
Antequam alius mundus esset factus:
- 14 Sed istud verum est scriptum in multis locis
A scriptoribus Spiritus Sancti;
Et tu de hoc perpendes, si bene respicis;
- 15 Et etiam ratio illud videt aliquantulum,
Que non concederet quod motores
Sine sua perfectione essent tantum.
- 16 Nunc scis tu ubi et quando isti amores
Fuerint creati, et quomodo; ita quod extincti
In tuo desiderio iam sunt tres ardores.
- 17 Nec deveniretur, numerando, ad viginti
Ita cito, sicut angelorum pars
Turbavit subiectum vestrorum elementorum.

Sed istud verum, scilicet oppositum dicto Hieronimi, est scriptum multis (idest dictum a multis Doctoribus) locis a scriptoribus Spiritus Sancti (ideo Dantes non tenet illam opinionem, scilicet Sancti Hieronimi, et etiam propter rationem naturalem); et tu de hoc perpendes, scilicet rationem naturalem, si bene respicis.

Etiam ratio, scilicet naturalis, illud videt aliquantulum, idest declarat, [ita] quod non concederet, quod motores sine sua perfectione (idest quod non moverentur, quia movere est eorum perfectio) essent tantum, idest tam diu.

Nunc scis tu ubi et quando (que fuerunt duo dubia) isti amores, idest angeli, fuerunt creati, et quomodo (quia, independenter, a Deo ex nihilo, que est tertia questio); ita quod extincti in tuo desiderio iam sunt tres ardores, idest appetitus ardentes.

Nec deveniretur. Ne veriesi: ista est secunda pars huius capituli, in qua ponitur ruina et casus angelorum, in qua ceciderunt, et confirmatio eorum qui steterunt: et vult auctor, in summa, quod istorum angelorum creatorum una pars facta est rebellis suo Creatori, et modicum modicum stetit ad rebellandum se; alia stetit, et incepit illam artem, quam continue exercent coram Deo. Et dicit auctor, quod antequam, incipiens numerare ab unitate, pervenires ad viginti, idest ad numerum vicenarium, illi angeli rebel- larunt se, peccaverunt. Est modus loquendi, quia modicum steterunt; et causam casus declarat, scilicet superbiam asserit fuisse. Pro qua notandum est, quod, ut volunt Doctores, Lucifer, qui fuit suprema creaturarum (saltem nulla fuit excellentior eo), videns se ita perfectum in naturalibus, in accidentalibus excellentissimum, in sapientia,

¹⁸ L'altra ⁽¹⁾ rimase, e cominciò quest'arte,
Che tu discerni, con tanto dilecto,
Che mai da circuir non si diparte.

¹⁹ Principio del cader fu 'l maladecto
Superbir di colui, che tu vedesti ⁽²⁾
Da tutti e pesi del mondo constrecto.

²⁰ Quelli, che vedi qui, furon modesti
A riconoscer sè della bontate,
Chegl' havea facti a tanto intender prestì;

²¹ Per che le viste lor furo exaltate
Con gratia illuminante, e con lor merto,
Sì ch' hanno ferma e piena voluntate.

²² E non voglo che dubbi, ma sia certo,
Che ricever la gratia è meritorio,
Secondo che l'affecto l'è aperto.

⁽¹⁾ parte degli electi — ⁽²⁾ in fundo Inferni.

in pulchritudine, voluit adequari suo Creatori; ideo dixit, Ysaie decimo quarto capitulo: Ero similis Altissimo. Non vacavit ad recognoscendum beneficium Creatoris, nec alia quasi innumerabilia bona, que Deus contulerat sibi: solum ad equalitatem Dei erat appetitus suus. Et quia angeli sunt incorporei et non comprehendunt res per phantasmata, ideo non oportet quod discurrant per discursum sillogisticum ad cognoscendum, vel deliberandum; ideo subito iste Lucifer, [id]e[s]t Sathanas, cum suis satellitibus, rebelavit se Deo, et subito cecidit cum suis propter superbiam eorum et demersus est in profundum baratrum in centro terre, ad quem locum tendunt pondera universi, et ibi est constrictus ipse Sathanas. Notandum etiam, quod illi qui recognoverunt beneficium Creatoris, ceperunt laudare Deum, gyrare se circa deitatem, ipsam glorificando, et servire Deo; et sic recognoscentes Deum, et laudando ipsum, meruerunt gratiam Dei: cum qua iterum magis meruerunt in tantum, quod confirmati fuerunt in bono, et facti sunt impeccabiles per gratiam. Nec deveniretur, numerando, scilicet ab unitate, ad viginti ita cito, sicut angelorum pars turbavit subiectum vestrorum elementorum, idest terram, que est subiectum elementorum, idest in medio omnium sita, circa quam sunt elementa cetera.

Alia pars, scilicet bonorum angelorum, remansit, recognoscendo beneficium Creatoris sui, et incepit istam artem, scilicet laudare et glorificare Deum, quam tu discernis, idest cognoscis, cum tanta delectatione, quod nunquam a circumeundo recedit.

Principium casus, scilicet illorum angelorum, fuit superbire illius, scilicet Luciferi (dicebatur Lucifer, quasi ferens lucem, quia lucidissimus erat; ideo dicit Iob: Quomodo cecidisti Lucifer, qui mane oriebaris? Omnis lapis

¹⁸ Alia pars remansit, et incepit istam artem,
Quam tu discernis, cum tanta delectatione,
Quod nunquam a circumeundo recedit.

¹⁹ Principium casus fuit maledictum
Superbire illius, quem tu vidisti
Ab omnibus ponderibus mundi constrictum.

²⁰ Illi, quos tu vides hic, fuerunt modesti
Ad recognoscendum se a bonitate,
Que ipsos fecerat ad tantum intelligendum prestos.

²¹ Propter quod eorum visus fuerunt exaltati
Cum gratia illuminante, et cum eorum merito,
Ita quod habent firmam et plenam voluntatem.

²² Et nolo quod tu dubites, sed sis certus,
Quod recipere gratiam est meritorium,
Secundum quod affectus ei aperitur.

pretiosus ornamentum tuum), quem tu vidisti, scilicet in Inferno et in centro terre, ab omnibus ponderibus mundi constrictum.

Illi, quos vides hic, fuerunt modesti, idest habuerunt modum bonum, ad recognoscendum se, scilicet esse creatos, a bonitate, scilicet divina, que ipsos fecerat ad tantum intelligendum, idest ad tantam intelligentiam, prestos, idest paratos; propter quod, propter quam recognitionem, eorum visus, idest visiones, sive intellectus, fuerunt exaltati cum gratia illuminante, et cum eorum merito, seu meritis, ita quod habent firmam, seu plenam, voluntatem.

Et nolo quod tu dubites, imo quod sis certus, quod recipere gratiam est meritorium, secundum quod affectus ei aperitur. Vult dicere auctor, quod gratia est causa meriti, et etiam meritum est causa gratie: prius enim venit gratia, et postea meritum super illa. Nota quod est gratia gratis data; et sic omnia que habemus, sive substantialia, sive naturalia, sunt nobis gratia grat'is data: et est gratia preveniens; et est gratia gratum faciens. Necesse est enim quod in nobis gratia gratis data precedat gratiam gratum facientem. Modo angeli in sua creatione habuerunt gratiam gratis datam, et etiam gratiam prevenientem et gratum facientem; quibus mediantibus steterunt, recognoverunt beneficium creationis, cepérunt laudare Deum, et sic meruerunt gratiam confirmationis. Angeli qui ceciderunt, habuerunt gratiam gratis datam et magnam; sed quia [non] recognoverunt beneficia Dei, superbierunt, demeruerunt, et facti digni obstinatione, obstinati sunt: ita quod recipere gratiam est quid meritorium, sed secundum cognitionem sibi apertam et datam a Deo.

²³ Omai dintorno a questo consistorio
Puoi contemplar assai, se le parole
Mie son ricolte, senz' altro aiutorio.

²⁴ Ma, perchè in terra per le vostre scole
Si legge che l'angelica natura
È tal, che intende, si ricorda, e vole,

²⁵ Ancor dirò, perchè tu veggi pura
La verità, che laggiù si confonde,
Equivocando in sì facta lectura.

²⁶ Queste substantie ⁽¹⁾, perchè fur gioconde ⁽²⁾
De la faccia ⁽³⁾ di Dio, non volser viso
Da essa, da cui nulla si nasconde:

²⁷ Però non hanno veder interciso
Da nuovo obiecto, e però non bisogna
Rememorar per concepto diviso.

²⁸ Sì che laggiù non dormendo si sogna,
Credendo e non credendo dicer vero;
Ma nell'uno è più colpa e più vergogna.

²⁹ Voi non andate giù per un sentiero
Phylosophando; tanto vi trasporta
L'amor dell'apparenza e l' suo pensiero,

⁽¹⁾ angeliche — ⁽²⁾ beate — ⁽³⁾ visione.

Ammodo circa istud consistorium, idest circa materiam istam hic tactam, potes contemplari, scilicet a teipso, satis, si verba mea sunt recollecta, idest in mente tua bene intellecta, sine alio adiutorio.

Pro intelligenda littera sequenti, notandum est quod reminiscencia est quando homo aliquid didicit et reposuit in mente sua, sive memoria: de quo non semper considerat; quando postmodum de illo considerat, et illud intelligit, sic dicitur reminisci, sive reminiscencia. Modo illi qui habent omnia presentia, et illa continue contuerentur intellectualiter et intelligerent, in talibus non cadit reminiscencia, nec recordatio, sive recordari; et sic in Deo non est recordatio, nec reminisci, cum omnia semper sint sibi presentia, etc. Sic apparet auctori de angelis, quia a principio creationis sue et confirmationis habuerunt semper Deum presentem, nec unquam voverunt nec retraxerunt oculos suos, scilicet visionem suam, a Deo, in quo vident omnia que Deos vult ipsos videre; ideo nec in ipsis cadit reminiscencia, nec recordatio, nec reminisci: et sic auctor hic trufatur de iis, qui asserunt in angelis esse reminiscencia. Sed quia in terris per vestras scholas legitur, scilicet per multos, et affirmatur, quod angelica natura est talis, quod ipsa, scilicet intelligit, recordatur et vult, adhuc dicam, scilicet aliquid, ad hoc ut tu videas puram veritatem (veritas est adequatio rei ad intellectum, et est veritas, obiectum intellectus, sicut color, sensus visus, et sonus, auditus), que inferius confunditur, equivocando in tali lectura.

²³ Ammodo circa istud consistorium
Potest contemplari satis, si verba
Mea sunt recollecta, sine alio adiutorio.

²⁴ Sed, quia in terra per vestras scholas
Legitur quod angelica natura
Est talis, quod ipsa intelligit, recordatur, et vult,

²⁵ Adhuc dicam, ut tu videas puram
Veritatem, que inferius confunditur,
Equivocando in tali lectura.

²⁶ Iste substantie, postquam fuerunt iocunde
A facie Dei, non voverunt visum
Ab ipsa, a qua nihil absconditur:

²⁷ Ideo non habent intercisum videre
A novo obiecto, et ideo non oportet
Rememorari per conceptus diffusos.

²⁸ Ita quod ibi inferius non dormiendo sompniatur,
Credendo et non credendo dicere verum;
Sed in uno est plus culpe et verecundie.

²⁹ Vos non itis inferius per unam semitam
Philosophando; tanto vos transportat
Amor spei et sua cogitatio.

Iste substantie, scilicet isti angeli, postquam fuerunt iocunde a facie Dei, non voverunt visum ab ipsa, a qua nihil absconditur; ideo non habent intercisum obiectum a novo subiecto; ideo non expedit, idest non oportet, rememorare per conceptus discissos, idest diffusos. Ita quod ibi inferius, idest in mundo, non dormiendo sompniatur, credendo et non credendo dicere verum. Sed in uno est plus culpe, idest in illo qui malitiose scribit vel asserit, et plus verecundie, supple quam in alio, qui ignoranter hoc diceret vel assereret. Nota quod auctor non intendit hic dicere, quin in angelis Dei sit intellectus, memoria et voluntas, essentialiter et realiter iste potentie, idest intellectiva, volitiva et memorativa; sed vult dicere, quod in angelis non est reminiscencia, idest quod aliquando intelligant rem et aliquando non, sicut accidit in nobis, qui habemus intelligentiam intercisam et per discursum intercisum: et hoc est, quia angeli semper intuentur Deum, nec removetur eorum intelligere ab ipsis; et ideo non oportet eos reminisci. Et illi, qui conantur ponere in angelis reminiscencia, non dormiendo sompniant, idest non se intelligunt: et dicere talia trufatoria de angelis est magna culpa; et maior culpa est in illis qui hoc asserunt per malitiam, quam in illis qui hoc dicunt ex ignorantia.

Vos non itis inferius per unam semitam. Voi [non] andate giù per un sentiero: hec est tertia pars huius capituli, in qua auctor invehit contra illos, qui posponunt et convertunt Sacram Scripturam ex propria malitia. Nam aliqui Doctores, propter apparere singulares, vadunt

- ³⁰ Et ancor questo quassù si comporta
Con men disdegno, che quando è postposta
La divina Scriptura, o quando è torta.
³¹ Non vi si pensa quanto sangue costa
Seminarla nel mondo, e quanto piace
Chi humilmente con essa s'accosta.

philosophando, interponentes aliquas subtilitates vanas philosophicas inter partes Sacre Scripture, et aliquando bene vident tales subtilitates non esse ad propositum talis Scripture, et tamen interponunt talia solum propter apparentiam. Hoc faciunt, ut appare[ant] singulares magistri, et ut reddantur vulgo grati; et aliquando pervertunt sepiissime partes Sacre Scripture ad sententias falsas et ad hereses, sicut sepe contigit: et quod peius est, nedum in scholis hoc fit, quod est bene magnum malum, sed in predicationibus vulgariis hoc fit, quod est magis periculosum. Et quod peius est, iam predicatorum negligunt Evangelium et litteram evangelicam, et solum allegant Aristotilem, Averroyn, et alios philosophos auctores et poetas; et multi faciunt tractatus, replent quaternos quasi innumeros de novis phantasiis, negligendo et pervertendo Sacram Scripturam; quod nimis est in displicentia Dei. Quia quando Christus dixit Apostolis ut predicarent, non imposuit eis ut predicarent buffas et trufas, idest verba vana et truffatica, sed dixit quod predicarent verax fundamentum Sanctarum Scripturarum, in quibus est vita, ut Luce ultimo capitulo. Et iam predicatorum non curant predicare populo utilia et ea que sunt ad salutem animarum audientium, sed conantur predicare aliqua que placeant vulgo et que inducant eum ad risum, et sic habeant laudes a vulgo: sicut faciunt isti tractant, idest questuarii, qui emunt questionas ab Abate Sancti Antonii, a Presidente Sancte Marie de Runcivalle, etc. Sed quando predicatorum negligunt Evangelia et Sacram Scripturam, et predicant solum ad pompam mundi, tunc dyabolus nidificat in eorum capitiis; quem dyabolus si vulgus videret, tunc cognosceret indulgentiam in qua confidunt. Nam multi annuntiant indulgentias magnas et mentiuntur, et sic lucrantur magnas pecunias. Vadunt tales predicatorum cum moctis et cum scedis, idest cum verbis derisoriiis et scurrilibus, et scelleratis et lascivis; dummodo bene populus rideat, tunc predicatorum contentantur. Propter defectum talium predicatorum, maxima stultitia orta est in terra: iam scilicet aliqua probatione, vel testimonio, datur fides unicuique docenti. Et sic impinguntur porci Sancti Antonii, et impinguntur questuarii, qui sunt peiores et viliores quam porci; et sic fiunt solutiones de pecunia non cunctiata, idest informiter, iniuste, vitioseque acquisita; acquiruntur magna lucra et decipiuntur audientes, quos tamen ignorantia non excusat: ita quod ovicule Christi redeunt de pascuis vacue lacte et non paste, nec satiate bono cibo; et predicatorum, qui negligunt et pervertunt Sacram Scripturam, et illam [deberent] seminare in mundo, [non cogitant] quia multus sanguis effusus est Martyrum, ut bene seminaretur Sacra Scriptura et ei fides daretur. Multi quando debent sequi Evangelium,

- ³⁰ Et adhuc hoc hic comportatur
Cum minori indignatione, quam quando est pos-
Sakra Scriptura, et quando est torta. ^[posita]
³¹ Non cogitatur ibi, quantum sanguinem constat
Seminare illam in mundo, et quantum placent
Illi qui humiliter cum ipsa se conformant.

devertunt ad alia vana: ut [quando] dicitur Matthei vicesimoseptimo capitulo: Sol obscuratus est; non predicant predicatorum quod ista obscuratio fuerit miraculosa propter passionem Iesu Christi, sicut de facto fuit, sed conantur dicere quod luna retrocessit sex gradibus, et sic se interposuit inter nos et solem, et sic sol eclipsatus est. Et [patet] quod eorum dictum non potest stare, tum quia luna non retrocessit, tum quia, si adhuc retrocessit, non fuisset eclipsis generalis, quia impossibile est solem totaliter per naturam suam naturaliter eclipsari; quod tamen evenit in Passione Christi, quia ita fuit sol eclipsatus Indis et Hispanis (quorum primi sunt in oriente, sicut Indi, secundi sunt in occidente, sicut Hispani), sicut et illis qui erant in Hierusalem, qui sunt in meridie. Tunc ad textum procedatur sic. Vos, scilicet doctores Sacre Scripture, vel predicatorum, non itis, scilicet ibi in mundo inferiori, per unam semitam, scilicet veritatis, sed, supple philosophando scilicet, adinvenitis diversas semitas; tantum vos transportat amor spei (scilicet habendi magnum nomen et reputari singulares) et sua cogitatio, quia vultis videri apparere dicere novas res et facere vos gratos et reddere vulgo. Nam multi cognoscunt quod littera non dicit hoc; sed ut videantur dicere novas res, pervertunt litteram Sacre Scripture.

Et hoc etiam comportatur, idest supportatur, cum minori indignatione, quam quando est posposita Sacra Scriptura, et quando est torta, idest retorta: si autem fiant nove adinventiones et retorquentur littere seculares, hoc est comportabile, vel [dum] tales littere seculares posponuntur; sed non est ita supportabile si pervertitur aut posponitur Sacra Scriptura, quia ad ipsam pertinet iudicium animarum. Vere sic est, quod iam devenerunt aliqui predicatorum ad tantam, non dico audaciam, sed stultitiam, quod verecundantur allegare Evangelia, solum allegant Aristotilem, Averroyn, Tullium; et si Scripturam Sacram allegant, illam retorquent, idest male exponunt.

Non cogitatur ibi, idest apud tales predicatorum, quantum sanguinem constat seminare illam in mundo, scilicet Sacram Scripturam, quia sanguis Christi [et] Martyrum propter hoc effectus est; idest tantum displicet Deo et toti celesti curie, quod Sacra Scriptura sic pervertatur et negligatur, quantum carus est sanguis Christi et Martyrum, et sic per oppositum quantum gratum sit Deo et quantum placeant Deo illi, qui humiliter se cum illa conformant, vel illi qui adherent.

- ³² Per apparer ciascun s'ingegna, e face
Sue inventioni; e quelle son transcorse
Da' predicanti, e l'Vangelio si tace.
³³ Un dice che la luna si ritorse
Ne la passion di Chrysto, e s'interpose,
Perchè l'lume del sol più non si porse:
³⁴ Et altri, che la luce si nascese
Da sè; però agl'Ispani et a gl'Indi,
Com'a'Giuderi, tal eclipys rispose.
³⁵ Non ha Firenze tanti Lapi e Bindi,
Quante si fatte favole per anno
In pergamo si gridan quinci e quindi;
³⁶ Sì che le pecorelle, che non sanno,
Tornan dal pasco pasciute di vento,
E non le scusa non veder lor danno.
³⁷ Non disse Chrysto al suo primo convento⁽¹⁾:
Andate, e predicate al mondo ciancie;
Ma diede lor verace fondamento:
- ³² Propter apparere quilibet ingenium exercet, et facit
Suas inventiones; et ille sunt transcorse
A predicantibus, et Evangelium tacetur.
³³ Unus dicit quod luna se retorsit
In passione Christi, et se interposuit,
Ex quo lumen solis inferius non porrexit:
³⁴ Et interim, quod lux se abscondit
A se; ideo Hispanis et Indis,
Sicut vides, eclipsatio respondit.
³⁵ Non habet Florentia tot Lappos et Bindos,
Quot huiusmodi fabule per annum
In pulpito clamantur hinc inde;
³⁶ Ita quod ovicule, que nesciunt,
Revertuntur a pascuis replete vento,
Et non excusat ignorantia earum dampnum.
³⁷ Non dixit Christus suo primo conventui:
Ite, et predicate in mundo trufas;
Sed dedit ei verax fundamentum:

(1) apostolico.

Propter apparere, idest amore apparentie, quilibet ingenium exercet, idest conatur, studet (idest ad apprehendendum multum componunt tractatus et quaternos replent, ut videantur dicere novas res), et facit suas inventiones: et ille sunt transcorse, idest sunt pertractate, a predicantibus; et Evangelium tacet, idest de Evangelio tacetur.

Sed quis dubitat quod obscuratio solis tempore passionis Iesu Christi fuit miraculosa, et fuit universalis per totam terram? Et tamen aliqui sunt ita ausi propter apparere quod ipsi fingunt multa. Nam unus dicit, quod luna se retorsit (idest retrocessit per sex signa, et interposuit se inter solem et terram) in passione Christi, et se interposuit, ex quo, idest propter quod, lumen solis inferius non porrexit. Nam multi dicunt quod sol ideo tunc in passione Christi obscuratus est, quia tunc luna erat plena et naturaliter sol non poterat eclipsari in plenilunio: ut ipse sol eclipsaretur, luna retrocessit per signa, et tunc luna fuit circa novilunium, et sic sol eclipsatus est; et ideo sol super Hierusalem obscuratus est. Et hoc est bestiale dictum: quia ad obscurandum solem Deus erat bene potens in plenilunio, sicut in novilunio; ideo non oportuit lunam retrocedere per sex signa, ut sol eclipsaretur.

Et interim, quod lux se abscondit a se; ideo Hispanis et Indis, sicut Iudeis, eclipsatio respondit. Quasi dicatur: Ille qui talia fingit, quod luna retrocessit, mentitur; quia luna non movet se nec se interposuit inter celum et terram, quia nimis distabat a sole, imo eclipsis illa fuit totaliter miraculosa et contra cursum nature naturale. Quod probatur

satis clare, quia quando sol obscuratur naturaliter et per interpositionem lune, impossibile est quod omnibus eclipsetur, et quod eclipsis sit universalis, sicut patet bene intelligentibus; sed illa obscuratio tempore passionis Christi fuit ita bene Indis et Hispanis, idest in oriente et occidente, sicut et in meridie ubi est Hierusalem.

Nota quod in Florentia ista nomina hominum, scilicet Lapi, Bindus, sunt multum communia: multi et multi sic vocantur, sicut in Almania Henricus et Theodericus. Vult dicere auctor, quod plures tales vanitates false et inventiones fiunt in anno per predicatorum, quam sint homines in Florentia qui vocantur Lapi, Bindi. Non habet Florentia tot Lapos et Bindos, quot huiusmodi fabule per annum, idest in anno uno, in pulpito clamantur, idest publice predicantur, hinc inde; ita quod ovicule, idest simplices persone que nesciunt, revertuntur a pascuis, idest a predicationibus (sunt cibus anime et pascua animarum ipsarum) paste, idest replete, de vento, idest de verbis inutilibus; et non excusat ignorantia earum dampnum, quia ea que sunt pertinentia ad fidem, non debent ignorari. Metaphorice loquitur auctor, quando dicit quod ovicule, etc. Et bona metaphora est.

Non dixit Christus suo conventui, idest cetui Apostolorum et Discipulorum: Ite et predicate in mundo ciancias, idest trufas, et res frivolas; sed dedit eis verax fundamentum. Matthei ultimo capitulo scribitur: Ite in universum mundum, predicate Evangelium omni creature, et baptizate in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen.

³⁸ E quel tanto sonò ne le suo' guance (¹),
Sì ch'a pagnar, per accender la fede,
Dell' Evangelio fero scudo e lance.

³⁹ Hora si va con motti e con escede
A predicar; e pur che ben si rida,
Gonfia 'l cappuccio, e più non si richiede.

⁴⁰ Ma tal uccel nel bechetto s'annida,
Che se 'l vulgo 'l vedesse, vedrebbe
La perdonanza di ch'el si confida;

⁴¹ Per cui tanta stultitia in terra crebbe,
Che, senza pruova d'alcun testimonio,
Ad ogni promission si correrebbe.

⁴² Di questo ingrassa 'l porco Sanct' Antonio,
Et altr' (²) assai, che son peggio che porci,
Pagando di moneta senza conio (³).

⁴³ Ma perchè sian digressi assai, ritorci
Gl'ochi horamai ver (⁴) la dritta strada,
Sì che la via col tempo si raccorci.

(¹) del convento apostolico — (²) cerretani — (³) falsi privilegi — (⁴) verso.

Et illud, scilicet Evangelium, tantum insonuit in suis
genis, ita quod ad pugnandum propter accendere fidem,
idest in cordibus audientium, de Evangelio fecerunt scuta,
idest ad defendendum fidem, et lanceas, ad ferendum he-
reses, et hereticos, et infideles.

Nunc itur cum moctis, idest verbis derisoriiis et truffato-
riis, et cum scedis, idest scelleratis et lascivis sermonibus, et
verbis scurrilibus, ad predicandum, scilicet trufas et buffas;
et solummodo quod rideant, idest audientes, inflatur ca-
putium, scilicet predicatorum in vanagloria, et plus, idest
amplius, non requiritur. Quasi dicat intra se predicator:
Bene feci, nam bene feci contentas istas mulierculas. Sed
tamen, quando sic intra se ridet predicator et gaudet, tunc
dyabolus nidificat in suo caputio inflato.

Sed talis avis, idest dyabolus, in bechetto, idest sub
cappa, nidificat, quod si vulgus, illam avem subaudi, vi-
deret, idest cognosceret, indulgentiam de qua ipsum, sci-
licet vulgus confidit, videret; propter quod, idest propter
taliam que predicantur, tanta stultitia in terra crevit (quasi
dicat: Nonne est maxima stultitia vulgi dare fidem talibus
predicatoribus? et maxime istis questuariis, qui petunt a
vulgaribus, quidam amore Sancti Antonii, quidam amore
Spiritus Sancti, quidam amore Sancte Marie [de] Runcivalle;
et omnes reportant sacculos plenos, et quasi omnes dant
fidem cerretanis, idest tractantibus) ita et in tantum, quod,
sine probatione alicuius textus, ad omnem professionem
curreretur, idest unicuique truffatori datur fides, dummodo
dicat aliqua ad ridendum.

De isto impinguat porcum Sanctus Antonius (idest de

³⁸ Et illud tantum insonuit in suis genis,
Ita quod ad pugnandum, propter accendere fidem,
De Evangelio fecerunt scuta et lanceas.

³⁹ Nunc itur cum moctis et cum scedis
Ad predicandum; et solummodo quod rideant,
Inflatur caputium, et plus non requiritur.

⁴⁰ Sed talis avis in bechetto nidificat,
Quod si vulgus videret, videret
Indulgentiam de qua ipsum confidit;

⁴¹ Propter quod tanta stultitia in terra crevit,
Ita et in tantum quod, sine probatione alicuius
Ad omnem promissionem cucurreretur. [testis]

⁴² De isto impinguat porcum Sanctus Antonius,
Et alii multi, qui sunt plus quam porci,
Solvendo de moneta sine conio.

⁴³ Sed quia sumus di[s]gressi satis, retorque
Oculos ammodo versus rectam stratam,
Ita quod viam cum tempore abbrevies.

talibus predicationibus et dictis talium tractatorum: qui
dicunt quod Sanctus Antonius habet multum pro grato,
quod amore sui dentur eleemosine, nedum ipsis questuariis,
sed etiam porcis; et accipiunt porcum unum parvum, et
perforant auriculam, et ponunt campanellam ad aurem
eius, et sic per totum annum de eleemosinis impinguat
talis porcus: postmodum rediens tractatus facit interfici
porcum illum; et beatus est ille qui potest emere de porco
illo, etiam in caro foro), et alii multi (idest qui habent de
talibus eleemosinis, que dantur amore Sancti Antonii), qui
sunt plus quam porci, in moribus et vita, solvendo de mo-
neta sine conio: quia isti tales tractant annuntiant ma-
gnas indulgentias, dicunt multa mendacia, lucrantur multa;
et sic impinguant meretrices suas et bagasias. Non est
dubium quod Sanctus Antonius fuit optimus heremita et
sanctus homo; sed sunt aliqui, et multi discreti viri, qui
postponunt ieiunare die Veneris sancta parasceve, in vi-
giliis Apostolorum, et vigilia[m] Sancti Antonii procudubio
solempniter celebrant in pane et aqua, etc.

Sed quia sumus disgressi. Ma perchè sian disgressi:
hec est quarta pars huius capituli, in qua auctor describit
numerus angelorum, dicens primo: Nos sumus disgressi
in ista materia, relinquentes primam materiam; ideo re-
vertamur ad illam, scilicet primam, de Angelis. Quasi di-
cens. Habemus parum stare; sed quia sumus disgressi
satis, retorque oculos, idest redeas cum oculis tui intel-
lectus, ammodo versus rectam stratam, idest ad tractan-
dum de angelis, quam prosequatur ante istam disgressio-
nem, ita quod viam cum tempore abbrevies, idest expedit
materiam angelorum.

⁴⁴ Questa natura sì oltra s'ingrada
In numero, che mai non fu loquela,
Nè concepto mortal, che tanto vada.

⁴⁵ E se tu guardi quel che si rivela
Per Daniel, vedrai che 'n su' (¹) miglaia
Determinato numero si cela.

⁴⁶ La prima luce, che tutta la raia (²),
Per tanti modi in essa si ricepe,
Quanti son gli splendori a che s'appaia.

⁴⁷ Onde, però ch'all' acto che concepe
Segue l'effecto d'amare la dolcezza,
Diversamente in essa ferve e tepe.

⁴⁸ Vedi l'excelso (³) omai e la larghezza
Dell'eterno valor, poscia che tanti
Specoli facti s'à, in che si spezza (⁴),
Un (⁵) permanendo, sì come davanti.

(¹) al. sui — (²) irradia — (³) l'altezza — (⁴) consuma — (⁵) uno e semplice.

Vult tangere numerum angelorum, dicens: Ista natura,
hec natura, tam ultra graduatur, idest multiplicatur, in
numero, quod unquam fuit loquela, nec conceptus mor-
talis, qui tantum vadat. Idest angeli sunt innumerabiles;
non sunt infiniti, sed sunt tot quot non possunt dicere
lingue mortalium.

Et si respicis id quod revelatur per Daniele[m], capitulo
octavo sui libri, ubi scribitur, Mille millia ministrabant ei,
et decies centena millia ministrabant ei; videbis quod super
millia determinatus numerus celatur, idest terminatur.

Prima lux, scilicet Deus, que totam illam, scilicet na-
turam angelicam, radiat, idest illuminat, per omnes modos

⁴⁴ Hec natura tantum ultra graduatur
In numero, quod nunquam fuit loquela,
Nec conceptus mortalis, qui tantum vadat.

⁴⁵ Et si tu respicis id quod revelatur
Per Daniele[m], videbis quod super millia
Determinatus numerus celatur.

⁴⁶ Prima lux, que totam illam radiat,
Per omnes modos in ipsa recipit[ur],
Quot sunt splendores qui hic apparent.

⁴⁷ Unde, quia actus qui concipit
Sequitur affectum [et] amandi dulcedinem,
Diversimode in ipsa ferve[n]t et tepet.

⁴⁸ Vide excelsum ammodo et largitatem
Eterni valoris, postquam tot
Specula fecit sibi, in que frangitur,
Unus manens in se, sicut ante erat.

in ipsa recipit[ur] quot sunt splendores, idest angeli, qui
hic apparent.

Unde, [quia] actus qui concipit sequitur affectum [et]
amandi dulcedinem, diversimode in ipsa ferve[n]t et tepet;
idest, quantum amant, tantum vident in Deo, et e converso.

Vides excelsum ammodo et largitatem eterni valoris,
idest Dei, postquam tot specula fecit sibi, in que frangitur,
in quorum quolibet speculatur, unus manens in se sicut
ante, scilicet erat: et tu vides quod Deus fecit tot angelos,
in quorum quolibet relucet et speculatur. Nec propter hoc
Deus mutatur a suo statu; et licet omnes isti angeli par-
ticipent de Deo et eius perfectionibus, non propter hoc
Deus diversificatur, sed semper manet unus et idem, sicut
prius erat.

La sublime contemplazione dell'ordine intellettuale, che splendendo s'impersona, e le miriadi di sfavillanti ardori ne' quali si apre l'eterno amore e che specchiano l'intero universo, innalzano il Poeta a' misteri della grazia, che, da Dio amorosamente infusa nella ragionevole creatura, le è principio di merito, anzi ne pone e feconda la vita; e lassù in quelle altezze egli vede la nobiltà della predicazione nel suo più alto significato, che è di manifestare al mondo delle intelligenze l'ordine morale, che deve unirle in uno stesso pensiero, il quale, incentrandosi in Dio e da lui raggiungendo, le accoglie in una sola famiglia. Nobile, a dir vero, è sempre il ministero della parola, ordinata ad incarnare il vero, di cui addivene rappresentanza, e ne apre all'intelletto i tesori; e più o meno ha dignità ed importanza, secondo i vari gradi ne' quali il vero la informa, fino al grado altissimo e supremo, in cui le si comunica nella sua soprannaturale entità, cosicché non è più parola umana, ma con suono umano diventa parola divina. Per toccare a questa ineffabile altezza, oltre il riceverne da Dio la vocazione ed il mandato, bisogna che, in chi a tanto ufficio viene eletto, la sapienza si converta in santità, e che egli imiti gli angeli buoni, in sé modesto come

... furon (*essi*) modesti
A riconoscer sè della bontate
Che gli avea fatti a tanto intender presti.
Perchè le viste lor furo esaltate
Con grazia illuminante e con lor merto;
Sì c'hanno piena e ferma voluntate.

Allora soltanto la sua parola potrà sonare pura, potente e santa, e specchiare le ineffabili verità, delle quali si fa segno e che le infondono la forza di convincimento che deve possedere.

Pur troppo l'amore dell'apparenza (e tutto l'universo è apparenza ed ombra, per le quali Dio, realtà suprema, si manifesta) ci trascina a fare argomento delle parole nostre, non il vero eterno, in cui s'incardina l'ordine morale e che ci solleva ad altezze infinite, ma i vuoti concetti dell'intelletto nostro, il quale, separandosi da Dio, cade nel nulla; per lo che il nostro parlare, anzi che alimento di vita sostanziale, riesce a vesciche piene di vento, a ciance, insomma, come con parola scultoria si esprime l'immortale Poeta. Nè vale aiutarci di frasi gonfie ed altisonanti, in atteggiamento borioso, sopra a un trono di nuvole; anzi è questo il segno più manifesto del nulla che vi sta sotto. No, non è grandezza l'isolarsi, sicché chi ci vede

ed ascolta, domandi chi siamo noi, e che cosa intendiamo di dire: invece è grandezza con la parola incatenar così le menti e i cuori alle cose da noi predicate, che più non sappiano da quelle separarsi. E questo avviene quando l'intelletto è nel vero, nella pienezza del vero, e con la parola lo manifesta agli altri; i quali di necessità debbono consentirvi, nè vi possono ripugnare senza far violenza a sé stessi. Allora la parola è potenza, che arriva sino al fondo dello spirito e lo conquide, e ad un tempo è dolcezza di paradiso, perchè rivelatrice di tutta la luce che dal vero si diffonde. Ed è parola interamente divina nel ministero che ce ne viene affidato nella Chiesa di Gesù Cristo.

Oh se i predicatori di sé stessi, più che di Gesù Cristo, pensassero, come diceva il Poeta, quanto sangue costò seminar nel mondo questo vero! Costò dimolto in un mondo da lunghi secoli abbruttito nel paganesimo: ma chi non ammira e non ammirerà sempre l'efficacia della parola, con la quale gli Apostoli e i Santi trionfarono, trionfano e trionferanno sino alla fine?

Quando, nel santo ministero della predicazione cattolica, la parola fa dimenticare l'oratore, la sua arte, la sua dottrina umana, e all'uditorio sè stesso ed ogni altra cura, trasportandolo nell'oggetto che propone a santamente meditare, allora essa è veramente parola divina, e il divino, non l'umano, ci rapisce e ci trasforma; parola che, secondo la frase scritturale, sta e non viene meno. Ben potrà essere assalita, derisa, contraddetta; ma il suo trionfo non può fallire: diciannove secoli di storia ne stanno a prova. Tutte le altre parole avranno anch'esse dell'incanto, e frutteranno secondo che ritraggono più o meno del vero, del bello, del buono; ma così limitatamente sempre, che nè l'intelletto, nè il cuore potranno appagarsene mai. Di certi entusiasmi poi, troppo umani, niuno può ignorare che sono fosforescenze di un momento, e non lasciano traccia. Il solo Verbo di Dio sta, signoreggia gli spiriti, attraversa i secoli. O banditori delle verità rivelate, non v'illudete: il vostro trionfo dipende dal ritrarre quel vero unico,

... che tanti
Speculi fatti s'ha, in che si spezza,
Uno manendo in sè, come davanti.

E se in voi non è questo specchiamento, in vano vi affaticate per essere rigeneratori della società, bisognosa di medicina e di salute.

CAPITULI TRICESIMI SUMMARIUM

In tricesimo capitulo, quod incipit: *Forsan sex millia milliaria, etc.*, auctor dicit, quod sicut celum demonstrat quasi infinitas stellas de nocte, [et] veniente die et appropinquante ortu solis, una post aliam disparent omnes stellas; sic angeli disparuerunt a facie auctoris. Et tunc ipse respexit in Beatricem; quam vidit adeo pulchram, quod nunquam viderat eam tam pulchram, nec posset eam ammodo describere pulchriorem. Et merito, quia iam pervenerat ad celum Empyreum, quod est lux intellectualis plena amore; et talis amor verus est plenus letitia; que letitia transcendit omnem dulcedinem, etc. Hic iam auctor est in celo Empyreo, et vidit ambas curias Paradisi, idest tam salvatos de veteri Testamento quam novo, vel naturam angelicam et humanam. Et tunc auctor fuit circumfusus ab uno splendore, qui quasi eum in principio obumbravit, tandem fortificavit visum auctori adeo, quod ad omnem rem visibilem ipse erat dispositus intueri. Et tunc ipse formam Paradisi vidit, ac si esset una riparia magna fluida, ac si essent duo flumina inter duas ripas plenas floribus: et de illis duobus fluminibus exibant faville, idest angeli, et veniebant ad flores, et appare-

bant rubini, idest lapides pretiosi, circumscripti ab auro; demum, quasi inebriati ab odoribus florum, se reprofundabant in gurgite, etc. Tunc Beatrix dixit: Ista que tu vides, apparent tibi solum in figura, idest non clare vides illa, non quin illa sint visibilia, sed quia tu non es adhuc bene ex toto aptus ad percipiendum, nisi bibas de ista aqua aliquantulum. Que aqua denotat lumen elevativum, etc. Unde auctor bibit aliquantulum de illa aqua fluviorum; et subito vidit curiam Paradisi in propria specie et forma, scilicet rotunda, et omnia apparuerunt sibi clarius plusquam prius. Nam ibi est lumen quo videtur primum esse, scilicet Deus; qui Deus illuminat, primo, primum mobile, quod postea communicat tale lumen aliis inferioribus speris. Hic auctor vidit amplitudinem, altitudinem et latitudinem Paradisi, nec distantia magna hic impediebat visionem suam. Tunc dixit Beatrix Danti: Vide civitatem nostram: que magna est domus Dei! vide quoniam iam omnia scampna sunt quasi plena, et pauci hic ammodo expectantur; et in illa sede, que ibi est vacua, sedebit Henricus, etc. Ad intelligendum bene ista, oportet videre Commentum istius tricesimi capituli.

CAPITULUM TRICESIMUM

- ¹ Forse se' milia migla di lontano
Ci ferve l' hora sexta, e questo mondo
China già l' hombra quasi al lecto piano,
² Quando 'l mezzo del ciel, a noi profondo,
Comincia a farsi tal, ch'alcuna stella
Perde 'l parere infin a questo fondo;
³ E come vien la chiarissima ancilla
Del sol più oltre, così 'l ciel si chiude
Di vista in vista infin a la più bella;
⁴ Non altrimenti el triumpho, che lude
Sempre dintorno al puncto che mi vinse,
Parendo inchiuso da quel ch'elli inchiude,
⁵ A poc'a poco el mio veder distinse;
Perchè tornar cogl'ochi a Beatrice
Nulla veder et amor mi costringe.

Forsan sex millibus miliaribus. Forse sefi] milia miglia: istud est tricesimum capitulum huius Paradisi, in quo auctor describit celum Empyreum. Et dividitur in quatuor partes. In quarum prima describitur ultima et suprema et excellens pulchritudo Beatricis. In secunda parte, que incipit ibi:

Talis qualem illam dimicto;
Cotal la quale io lascio,

auctor describit celum Empyreum et Paradisum sub pulchra figura.

In tertia parte, que incipit ibi:

Non est puer;
Non è fante,

auctor describit celum Empyreum in propria forma.

In quarta parte, que incipit ibi:

Et illa grandi sede;
E [in] quel gran seggio,

auctor ponit unam sedem magnam, vacuum, que erat parata pro quadam anima illustri.

- ¹ Forsan sex millibus miliaribus a longe
Hic fervet hora sexta, et iste mundus
Inclinat iam umbram ad latus planum,
² Quando celi medium, nobis profundum,
Incipit fieri taliter, quod aliqua stella
Perdit apparere usque ad istum fundum;
³ Et sicut venit clarissima ancilla
Solis magis ultra, ita clauditur celum
De vista in vistam usque ad pulchriorem;
⁴ Non aliter triumphus, qui ludit
Semper circa punctum qui me vicit,
Apparendo inclusus ab hiis qui eum includunt,
⁵ Paulatim meo visui se extinxit;
Ex quo redire cum oculis ad Beatricem
Et nihil videre amor me costringit.

Redeundo ad primam partem, auctor, continuando dicta dicendis, ponit dispositionem: primo tamen per quamdam comparisonem describit dispositionem angelorum. Vult in summa dicere, quod recessus angelorum apparuit sibi sicut contingit quando fit dies, nocte abeunte: nam diluculo, finiente aurora, quando quasi sol oritur, tunc stelle, que apparuerunt de nocte, [incipiunt] disparere paulatim et occultari in tantum, quod infra breve spatium nulla videtur, propter lumen solis quod occultat illas stellas. Nam sol, propter suam magnam claritatem, aufert visionem omnium stellarum; et ita hic omnes angeli disparuerunt, dum se ostendit sol divinus, idest Deus, prima causa. Nota quod secundum communem opinionem, quam hic auctor tenere videtur, terra tota est in circum, vel continet, vigintiquatuor millia miliarium; quam terram totam sol circuit in vigintiquatuor oris, et sol in qualibet hora pertransit mille miliaria. Tunc si dies habet duodecim horas, sicut in equinoctio est, si sol oritur, distat a meridie, qui est in hora sexta, [sex millia miliarium]: quia sunt quatuor sexte in una die naturali; una sexta, que continet sex horas, est a sero usque ad medium noctis; alia sexta est usque ad principium diei, idest ad ortum solis; alia est ab ortu solis

- ⁶ Se quanto infin a qui di lei si dice
Fusse conchiuso tutto in una loda,
Poco sarebbe a fornir questa vice ⁽¹⁾.
⁷ La bellezza ch'io vidi si transmoda ⁽²⁾
Non pur di là da noi, ma cert'io credo
Che solo 'l suo Factor tutta la goda.
⁸ Da questo passo vinto mi concedo,
Più che giamai da puncto di suo tema ⁽³⁾
Soprato ⁽⁴⁾ fusse comico o tragedo.
⁹ E, come sole in viso che più trema,
Così lo rimembrar del dolce riso
La mente mia da me medesimo scema.
- ⁶ Si quantum usque huc de ea dicitur
Esset conclusum totum in una laude,
Modicum esset ad fulciendum ista vice.
⁷ Pulchritudo quam ego vidi se transmodat
Non solum ultra nos, sed certe ego credo
Quod solum suus Factor tota illa gaudeat.
⁸ Ab isto passu victum me concedo,
Plusquam unquam a puncto sui thematis
Superatus esset comicus vel tragedus.
⁹ Sicut sol in visu qui magis tremat,
Sic recordatio dulcis risus
Mentem meam a memetipso scemat.

(¹) fiata — (²) transcede — (³) materia — (⁴) avanzato.

usque ad meridiem; alia usque ad sero, sive ad occasum solis. Volens describere disparitionem stellarum, que fit de mane, lucescente sole, tunc hora in qua fervet sol, scilicet hora sexta diei, que est meridies, distat ab ortu solis per sex horas: distante igitur sexta hora per sex millia miliarum ab ortu solis, erat tunc principium diei; et sic tunc stelle celi, una post aliam, disparuerunt omnes. Sicut tunc stelle disparent, sic hic disparuerunt omnes stelle, apparente Deo.

Forsan sex millibus miliaribus [a longe] hic fervet hora sexta (quia hora sexta distat ab ortu solis per sex millia miliariorum, vel miliarium: quia ab ortu solis usque ad meridiem sunt sex hore, et in qualibet sol currit per mille miliaria, ergo sex millibus miliaribus de longinquo ab ortu solis fervet hora sexta), [et], tunc in ortu solis, iste mundus inferior inclinatur iam umbram (inclinatur, idest expellit, umbram, idest noctem, quia nox non est aliud quam umbra terre interposite inter nos et solem) ad latus planum, alias ad lectum (quia illa umbra vadit inferius, et quando fit hic superius dies, inferius fit nox), quando celi medium, nobis profundum, idest altissimum (quia in nostro emispyrio medium celi est profundissimum, idest altissimum), incipit fieri taliter, idest in tantum, quod aliqua stella perdit apparere, idest disparet, usque ad istum fundum, idest nobis disparet in nostro emispyrio, propter maius lumen, scilicet solis orientis; et sicut venit clarissima ancilla solis, idest prima hora diei (secundum aliquos aurora dicitur ancilla solis) magis ultra, ita clauditur celum de vista in vistam, idest de stella in stellam (idest celum disparet, quod videbatur tam clare apparentibus stellis, donec venit sol, qui est pulcherrimus stellarum), usque ad pulchriorem, idest usque ad solem, idest quousque sol oritur (modo adducit comparisonem istam ad propositum: sicut sole apparente disparent omnes stelle, ita, apparente claro isto puncto, figurante Deum, omnes angeli disparuerunt); non aliter triumphus qui ludit, idest cetus angelorum, vel cori, semper circa punctum qui me vicit (nam ille punctus vicit auctorem, quia propter nimium splendorem oculi auctoris non poterant intendere in eum), apparendo inclusus, idest velatus, ab hiis, idest angelis, qui eum includunt, idest velant (angeli dicuntur triumphus, quia triumphaverunt contra illos de-

mones qui ceciderunt, qui angeli videntur includere illum punctum, idest quia velant deitatem, et ipsi angeli non continent punctum illum, scilicet Deum, sed ab illo ipsi continentur), paulatim meo visui se extinxit, idest se abscondit, idest disparuit; ex quo redire cum oculis ad Beatricem et nihil videre amor me costringit. Angeli dicuntur ludere cum Deo, quia faciunt festum coram Deo, cantando, laudando, et glorificando.

Tunc facta continuatione istorum in capitulo precedenti cum dicendis in isto, ponit auctor supremam et ultimam, seu extremam, pulchritudinem Beatricis, et vult auctor dicere in summa, quod [si] omnes laudes dicte, facte a[d] Beatrice[m] a principio huius operis hucusque, adunarentur in unam laudem, nihil essent respectu laudis sibi hic dande, idest ad describendum pulchritudinem suam, que in ea hic reluxit. Causa omnium horum est ex hinc, quia tanto Beatrix est pulchra et pulchrior, de quanto tractat de altioribus rebus et perfectioribus. Modo Beatrix, scilicet Theologia, fuit a principio operis plurimum laudanda, maxime hic in Paradiso ubi ipsa demonstravit pulchra multa; sed modo Beatrix habet demonstrare auctori summam entitatem, idest Deum, quo nil est pulchrius, nihil perfectius. Ideo Beatrix non posset apparere pulchrior, quam hic, declarando Deum; ita quod ista sua pulchritudo, quam ipsa demonstrat hic, est ultra aliam omnem suam pulchritudinem, quia hic demonstrat ipsum rerum omnium ens perfectissimum; ideo ista pulchritudo transmodat, idest ultra modum vadit. Si quantum usque huc de ea, scilicet Beatrice, dicitur, esset inclusum in una laude, parva esset ad fulciendum ista vice, scilicet ubi apparet summa eius pulchritudo.

Pulchritudo, quam ego vidi, scilicet hic, se transmodat, idest ultra modum vadit, non solum ultra nos, sed supple ultra angelos; sed certe ego credo quod solum suus factor, idest Deus, tota illa gaudeat, idest ipsam intelligit Beatricem, quia solus Deus seipsum perfecte intelligit et comprehendit. Loquitur hic auctor bene ad propositum dictorum multorum valentium virorum. Scribit enim Tullius in libro Tusculanarum questionum, quod Iero, rex Cilicie, qui fuit

- 10 Dal primo giorno ch'io vidi 'l suo viso
In questa vita, infin a questa vista,
Non è 'l seguir al mio cantar preciso;
11 Ma hor convien che 'l mio seguir desista
Più dietro a sua bellezza, poetando,
Com' all'ultimo suo ciascun artista.
12 Cotal, qual io la lasso a maggior bando
Che quel de la mia tuba, che deduce
L'ardua sua materia terminando,
13 Con voce et acto d'expedito duce
Incominciò: Noi siamo usciti fore
Del maggior corpo⁽¹⁾ al ciel ch'ha⁽²⁾ pura
14 Luce⁽³⁾ intellectual piena d'amore,^[luce;]
Amor⁽⁴⁾ di vero ben pien di letitia,
Le[ti]tia⁽⁵⁾ che trascende ogni dolcore.

(¹) cielo empyreo — (²) che ha — (³) dico — (⁴) dico — (⁵) dico.

valde notabilis homo, accersivit Symonidem, philosophum et magnum poetam, cui dixit: Volo quod tu declares michi, quid sit Deus? Tunc ille, respondens, petiit spatium duorum dierum ad cogitandum de responsione facienda. Dati sunt ei duo dies. Vocavit eum rex, dixitque illi: Indica michi quid sit Deus. Ille adhuc petiit spatium quatuor dierum, et spatium quatuor dierum sibi concessum fuit. Post quatuor dies, petiit adhuc spatium octo; post octo, petiit spatium sexdecim dierum; post sexdecim dies, petiit spatium trigintaduo dierum. Tunc rex, putans se deludi, indignatus dixit: Cur me deludis? Respondens Symonides, dixit: Domine rex, ne mireris; quia quanto plus cogito, tanto minus invenio et plus efficior immemor. Et propter hec verba rex absolvit eum. Ergo bene confitetur hic auctor, se victum omnino esse; et si unquam aliquis poeta comicus vel tragedus fuit superatus ab aliquo themate, sic auctor dicit de se hic evenire, quia victus est ab isto puncto, dicens: Ab isto passu vinctum me concedo, plusquam unquam a puncto sui thematis seperatus, idest superatus esset, comicus vel tragedus (quid sit comicus vel tragedus, dictum est sepe, maxime in uno preambulorum in principio libri).

Sicut sol in visu qui, scilicet visus, magis tremit, idest in visu noctue, sive vespertilionis (nam oculus vespertilionis ponitur ab auctoribus debilissimus inter oculos omnium animalium), sic recordatio dulcis risus, scilicet Beatricis, mentem meam a memetipso scemat, idest demit. Vult dicere auctor, quod efficitur immemor.

A prima die, qua ego vidi visum suum, idest faciem suam, in ista vita, usque ad istam vistant, idest visionem, idest intuitum, non sequeretur meum cantare precisum. Quasi dicat, ex quo incepti istud opus, et descripsi pulchritudinem ipsius Beatricis, semper potui addere aliquid ad pulchritudinem suam; sed iam non possum aliquid addere, quia nunc ipsa est in summa sua pulchritudine. Quasi

- 10 A prima die qua ego vidi suum visum
In ista vita, usque ad istam vistant,
Non sequeretur meum cantare precisum;
11 Sed nunc oportet quod meum sequi desistat
Plus post suam pulchritudinem, poetando,
Sicut in ultimo suo quilibet artista.
12 Talis, qualis ipsam dimicto maiori preconio
Quam illud mee tube, que deducit
Arduam suam materiam terminando,
13 Cum actu et voce expediti ducis,
Reincepit: Nos exivimus foris
De maiori corpore ad celum quod est prima lux;
14 Lux intellectualis plena amore,
Amor veri boni plenus letitia,
Letitia que transcendit omnem dulcedinem.

dicat: A prima die, qua vidi ipsam in isto Paradiso, vel in introitu celi, scilicet in primo capitulo Paradisi, vita beata celesti, usque ad visionem Dei deveniens, non possum ulterius ire; sed nunc, idest ammodo, convenit, idest oportet, quod meum sequi plus post suam pulchritudinem, poetando, desistat, idest non ulterius procedat, sicut in ultimo suo quilibet artista. Quando artista facit ultimum de sui potentia, tunc oportet quod desistat, quia non potest ultra suum posse ultimum. Ponit Valerius, quod semel quidam pictor posuit suum ultimum posse in una figura; quia fecit unam tam pulchram, quod nedum unquam potuit facere pulchriorem, sed etiam ita pulchram unquam facere potuit.

Talis, qualem ipsam dimicto. Cotal, quale la lascio: hec est secunda pars huius capituli, in qua auctor describit celum Empyreum et curiam celestem, metaphorice, sub quadam figura. Littera est satis fortis. Vult dicere quod ipsa Beatrix reincepit loqui; et describit dispositionem quam tunc habebat Beatrix, quando ipsa reincepit, dicens, quod qualis ipsa Beatrix erat, oportet quod ipse relinquat alicui, qui melius sciat hoc facere quam ipse, scilicet auctor. Quasi dicens: Ego nescio describere eius qualitatem, quia mea tuba, idest meum scire, vel mea descriptio, non sufficit tam arduam rem terminare. Talis, qualem illam dimicto maiori preconio, bando (idest dimicto maiori ingenio, scilicet maiori theologo poete: sed quis esset ille? ubi reperiretur? certe nusquam, quia quid theologicum poetice describere nescivit ipse auctor, nemo alter sciret) quam illud mee tube (idest quam sit preconium mee descriptionis, vel mee artis poetice), que deducit arduam suam materiam terminare (idest conducit ad finem arduam, idest altam, materiam, idest descriptionem primi Entis, prime cause, primi motoris, Dei scilicet), cum actu et voce expediti ducis reincepit (scilicet loqui, dicensque ipsa Beatrix): Nos exivimus foras de maiori corpore,

- 15 Qui vederai⁽¹⁾ l'una e l'altra militia
Di Paradiso, e l'una in quelli aspecti,
Che tu vedrai all'ultima iustitia.
16 Come subito lampo che discepti
Li spiriti visivi, sì che priva
Dell'acto l'occhio di più forti obiecti;
17 Così mi circumfulse luce viva,
E lasciommi fasciato di tal velo
Del suo fulgor, che nulla m'appariva.
18 Sempre l'amor, che queta questo cielo,
Accoglie in sè così facta salute,
Per far disposto a sua fiamma 'l candelò.
19 Non fur più tosto dentro a me venute
Queste parole brevi, ch'io compresi
Me sormontar di sopra mia virtute;
20 E di novella vista mi raccesi
Tale, che nulla luce è tanto mera⁽²⁾,
Che gl'ochi miei non si fusser difesi.

(¹) al. vedra' tu — (²) pura.

scilicet primo mobili subaudi, et venimus, idest intravimus, ad celum, scilicet Empyreum, quod est prima lux. Nam celum Empyreum est verus Paradisus. Non est corpus, nec corporale, nec sensibile, sed est celum intellectuale. Non est corpus rotundum, sicut sunt alii celi, et maxime nona spera, de qua nunc exierunt, sed est lux et amor divine gratie, qui se demonstrat spiritibus beatis. Dicit hic poeta, quod talis lux, que est celum Empyreum, est lux intellectualis, plena amore; qui amor est amor boni veri, plenus letitia; que, scilicet letitia, est letitia que transcendit omnem dulcorem, idest dulcedinem, idest omne gaudium et consolationem et delectationem.

Hic, idest in isto celo Empyreo, videbis unam et aliam letitiam (unam, scilicet angelicam naturam, sive angelos, et aliam, scilicet humanam, vel homines) Paradisi, et unam in illis aspectibus, quos, scilicet aspectus, tu videbis in ultima iustitia, idest in die iudicii.

Nunc ponit auctor, quomodo ipse fuit actentus, et quomodo ipse fuit factus dispositus; nam auctor non erat a se fortis nec potens, nec sufficiebat ad videndum Deum et ipsum clare contemplandum. Sed quidam fulgor circumfulsit eum, qui primo eum circuit, tandem ille splendor disposuit et fortificavit ipsum auctorem, et elevavit ad contuendum Deum et ipsum contemplandum. Sicut subitus lampus, idest splendor, scilicet fulguris, qui disceptet, idest discipet, spiritus visivos, ita quod privat in actibus oculos fortiorum obiectorum (idest sicut lampus, sive splendor fulgoris, disturbat visionem, et privat oculos actibus videndi; sic ipse auctor fuit circumfusus ab una luce valde viva, propter quam auctor quasi perdidit visum); sic me circum-

- 15 Hic videbis unam et aliam letitiam
Paradisi, et unam in illis aspectibus,
Quos tu videbis in ultima iustitia.
16 Sicut subitus lampus qui disceptet
Spiritus visivos, ita quod privat
In actibus oculos fortiorum obiectorum;
17 Sic me circumfulsit lux viva,
Et dimisit me fasciatum tali velo
Sui fulgoris, quod nihil michi apparebat.
18 Semper amor, qui stat in isto celo,
Colligit in se talem salutem,
Ut faciat dispositam ad suam flammam candelam.
19 Non ita cito intra me venerunt
Ista breviter verba, quod ego comprehendi
Me sursum ascendisse supra meam virtutem;
20 Et novella visione me reaccendi
Taliter, quod nulla lux est tantum mera,
Quod oculi mei ab illa non se defendissent.

fulsit lux viva, et dimisit me fasciatum tali velo sui fulgoris, quod nihil michi apparebat, idest nihil videbam. Ista lux, que hic circumfulsit auctorem, veniebat a mente divina.

Modo Beatrix declarat auctori, quare illa lux eum circumfulsit, dicens, quod oportet illum, qui vult Deum videre, exuere omnem carnalitatem, omnem corporeitatem, quia nemo Deum videns, in carne debet videre. Exodi tricesimo-tercio capitulo scribitur: Non videbit me homo et vivet. Et oportet talem volentem Deum videre, illustrari magna et clara luce, que veniat a Deo: aliter homo nunquam posset videre Deum. Nam etiam est opinio Sanctorum Doctorum, quod [ut] anima vadat ad celum, et videat Deum, datur sibi a divina gratia quedam lux elevativa, qua mediante anima sic elevata fit disposita ad videndum. Sic contingebat hic auctori. Semper amor, qui stat in isto celo, accolligit in se talem salutem, idest talem rem bonam facit, ut faciat dispositam ad suam flammam candelam. Idest amor divinus facit talem dispositionem, idest disponit spiritum hominis ad ardorem Dei ita, quod extrahat hominem omnino a suis terminis, scilicet humanis, et faciat ipsum effici novum hominem, et commutet ipsum in aliam rem quasi. Et ita evenit hic auctori; qui circumfusus a tali luce dicta, et auditis hiis verbis, auctor sensit se in unum alium mutatum, et perpendit se elevatum supra se et factum potentem se, quod nulla lux posset ammodo ita impedire ipsius oculos ne bene viderent. Non ita cito intra me venerunt ista breviter verba, quod ego comprehendi me sursum ascendisse, idest elevatum esse, supra meam virtutem, scilicet naturalem; et novella visione me reaccendi, idest sensi me accensum, taliter, quod nulla lux est tantum mera, quod oculi mei ab illa se non defendissent, idest quin illam sustinuissent.

- ²¹ E vidi lume in forma di riviera
Fulgido di fulgori, intra due rive
Dipincte ⁽¹⁾ di mirabil primavera.
²² Di tal fiumana uscian faville vive,
E d'ogni parte si mettean ne' fiori,
Quasi rubino ch'oro circumscrive.
²³ Poi, come inebbriate dagl'odori,
Riprofondavan sè nel miro gurge;
E s'una intrava, un'altra esciva fori.
²⁴ L'alto desio che mo t'infiamma et urge
D'haver notitia di ciò che tu vei,
Tanto mi piace più quanto più turge.
²⁵ Ma di quest'acqua convien che tu bei,
Prima che tanta sete in te si satii.
Così mi disse 'l sol degl'ochi miei.
²⁶ Anco subiunse: El fiume, e li topatii
Ch'entron et escon, e 'l rider dell'herbe,
Son di lor vere ⁽²⁾ umbriferi pefatii:

⁽¹⁾ adornate — ⁽²⁾ Primavera.

Modo auctor describit celum Empyreum et curiam celestem, per talem comparisonem duorum fluviorum, de alto descendentium inter ripas et dilatantium se in circum. Et vidi lumen in forma riparie, fluidum fulgoribus, inter duas ripas depictas mirabili primo vere, idest diversis generibus florum, vel floribus, quia ille ripe videbantur plene variis coloribus.

De tali flumaria exibant faville vive, et in omni parte se mictabant in floribus, quasi rubinus (rubinus est lapis pretiosus) quem aurum circumscribit, idest circumdat. Nam quando talis lapis pretiosus, scilicet rubinus, ligatur in annulo aureo, mirabiliter splendet.

Postea, sicut inebriate ab odoribus, reprofundabant se in mirum gurgitem: quando una intrabat, una alia exibat foras. Ecce quomodo auctor describit celum Empyreum et celestem curiam, dicens, quod vidit unum lumen magnum, quod discurrebat in longum, sicut duo flumina que descenderent de alto in ynum, quorum ripe essent plene floribus diversorum generum. De aqua videbantur exire flamme, que ponerent se super floribus et darent eis nitorem; et postea revertebantur in flumina, et immergebant se, et iterum redibant; et semper erant in tali exercitio. Multi, minus bene intelligentes, dilatant se hic, dicentes et scribentes et asserentes, quod propter ista duo flumina auctor intendit ponere celum crystallinum, quod factum sit de natura aque, iuxta illud canticum trium puerorum, Benedicite aque, que super celos sunt, Domino. Sed isti non bene perpendunt, quod auctor asserit se iam esse in celo Empyreum et in Paradiso, supra quod non est aliud celum. Iste due ripe, sive riparie, plene floribus, sunt due acies, scilicet anime veteris et novi Testamenti: sancto-

- ²¹ *Et vidi lumen in formam riparie
Fluidum fulgoribus, intra duas ripas
Depictas mirabili primo vere.*
²² *De tali flumaria exibant faville vive,
Et ab omni parte se mictabant in floribus,
Qualis rubinus quem aurum circumscribit.*
²³ *Postea, sicut inebriate ab odoribus,
Reprofundabant se in mirum gurgitem;
Quando una intrabat, alia exibat foras.*
²⁴ *Altum desiderium quod nunc te inflamat et urget,
Ad habendum notitiam omnium que tu vides,
Tanto michi placet quanto plus urget.*
²⁵ *Sed de ista aqua oportet quod tu bibas,
Priusquam tanta sitis in te satietur.
Sic michi dixit sol oculorum meorum.*
²⁶ *Et etiam subiunxit: Flumen, et topatii
Qui intrant et exeunt, in ridere herbarum,
Sunt sui veri umbriferi pefatii:*

rum scilicet patrum antiquorum, et anime fideles novi Testamenti. Iste anime fideles novi Testamenti, [et] iste anime [veteris Testamenti] sunt flores varii, habentes diversos odores, quia alique fuerunt anime Regum, alique Iudicum, alique Martyrum, alique fuerunt Apostolorum, alique Confessorum, alique Virginum. Flamme sunt angeli, qui vadunt ad aquam, et portant ad flores et irrigant eos tali aqua; quia angeli sunt ministri Dei, missi ad nos homines, portantes gratiam Dei nobis et servientes nobis. Ista aqua erat fluida, idest transcurrentes. Angelus apparet rubinus in auro, quando vadit inter istos flores. Quando unus exibat, alter intrabat; quia varii angeli vadunt ad varia iussa Dei implenda, quia unus vadit ad unum servitium, alius ad aliud officium, etc.

Altum desiderium, quod te nunc inflamat et urget, idest provocat, ad habendum notitiam omnium que tu vides, tantum michi placet plus quanto plus urget, idest te facit avidum. Quasi dicat Beatrix: Video desiderium tuum esse ardens ad sciendum quid est hoc quod tu vides, et hoc placet michi; sed de ista aqua convenit, idest oportet, quod tu bibas, priusquam tanta sitis in te satietur. Sic michi dixit sol oculorum meorum, scilicet Beatrix, que est lumen oculorum auctoris. Quasi dicat Beatrix: Oportet quod tu gustes de divina gratia, antequam tuum desiderium satietur ad plenum. Que gratia figuratur per istam aquam, que est vere aqua, de qua Christus dixit mulieri Samaritane, Ioannis decimo capitulo.

Et etiam subiunxit: Flumen et topatii, scilicet gratia divina et angeli, qui intrant et exeunt in ridere herbarum, sunt sui veri umbriferi pefatii, idest umbrifere pefationes, idest preambula, proemia habundantia et vera forma.

- ²⁷ Non che da sè sian queste cose acerbe;
Ma è difecto de la parte tua,
Chè non hai viste ancor tanto superbe ⁽¹⁾.
²⁸ Non è fantin che sì subito rua
Col volto verso 'l lacte, se si svegla
Molto tardato dall'usanza sua,
²⁹ Come fec'io, per far miglori spegli
Ancor degl'ochi, chinandomi all'onda
Che si deriva, perchè vi s'immegli.
³⁰ E sì come di lei beber la gronda
De le palpebre mie, così mi parve
Di sua lunghezza doventata tonda.
³¹ Poi, come gente stata socto larve ⁽²⁾,
Che par altra che prima, se si sveste
La sembianza non sua in che disparve;
³² Così mi si cambiaron in maggior feste
Li fiori e le faville, sì ch'io vidi
Ambo le corti ⁽³⁾ del ciel manifeste.
- ²⁷ *Non quod a se sint iste res acerbe;
Sed est defectus ex parte tua,
Qui non habes vistas adhuc tantum superbas.*
²⁸ *Non est puer qui ita cito ruat
Cum vultu versus lac, si ipse excitetur
Multum tardatus a sua consuetudine,*
²⁹ *Quam feci ego, propter facere meliora specula
Adhuc de oculis, inclinando me ad undam
Que derivatur, ut melius ibi videatur.*
³⁰ *Et statim quod de ea bibit gronda
Palpebrarum mearum, ita cito michi apparuit
De sua longinquitate devenisse ad rotunditatem.*
³¹ *Postea, sicut gens que stetit sub [l]arvis,
Que apparet alia quam prius, sicut se exuit
Similitudinem non suam in qua disparuit;*
³² *Sic michi se cambiaverunt in maioribus festivita-
tibus Flores et faville, ita quod ego vidi
Ambas curias celi manifestas.*

⁽¹⁾ alte e sublimi — ⁽²⁾ maschere — ⁽³⁾ d'angeli e d'anime beate.

Posset quis movere talem questionem Beatrici, dicendo: Tu dicis michi quod illa que hic vides, sunt solum arra et figura illorum que tu postea es visurus. Si sum in Paradiso, cur ista video solum sub figura, et postea aliter? cur non video illa clare sicuti sunt? Respondit Beatrix isti obiectioni, dicens, non quod a se sint iste res acerbe, idest non mature, idest quin sint bene visibiles de sui natura, sed est defectus a parte tua, quia non habes vistas, idest visiones, scilicet oculos, adhuc tantum superbas, idest altas, sive acutas, sive claras.

Non est puer qui ita cito ruat. Non è fantin che sì tosto rua: hec est tertia pars huius capituli, in qua auctor describit celum Empyreum sub forma propria in sua essentia; sed primo dicit, quomodo bibit de ista aqua, per hanc comparisonem. Sicut puerulus infans, qui diu dormivit plus solito, qui dum expergit, subito ruit versus ubera nutricis; sic Dantes, auditis verbis Beatricis, propter posse melius et clarius videre, inclinavit se ad bibendum de illa aqua, ista que sunt hic ei ostensa. Et statim quod ipse modicum bibit, vidit celum Empyreum in forma rotunda, sicut est una rosa, ubi prius viderat ipsum in forma duorum fluminum, etc., ut dictum est. Hoc dicit hic auctor, ad ostendendum bonitatem gratie elevative, sive luminis elevativi, dati spiritibus beatis, ut possint videre Deum. Dictum est enim aequaliter, et iterum hic dicatur, quod ad hoc ut spiritus creatus possit Deum clare intueri, oportet quod super omne lumen suum, lumen naturale, Deus donet unum novum lumen elevativum, quod elevet ipsum spiritum creatum ad videndum. Modo per istam aquam potatam hic ab auctore, ad modicum gustatam, intelligitur istud tale lumen elevativum datum ei, ut iam

dictum est. Non est puer, qui ita cito ruat cum vultu versus lac, si ipse puer excitetur, idest experge[re]t, multum tardatus a sua consuetudine, quam feci ego, propter facere, idest ut facerem, meliora specula adhuc de oculis, inclinando me ad undam, idest aquam, que derivatur, ut melius ibi videatur.

Et statim quod de ea bibit gronda, idest summitas, palpebrarum mearum (summitas, idest extremitas), ita cito, idest subito, michi apparuit, idest visum fuit, de sua longinquitate devenisse ad rotunditatem; idest, ipsum celum Empyreum, quod michi prius apparuit longum atequam gustarem illam aquam, demum potata aqua, visum fuit michi rotundum, idest de longo fieri rotundum.

Modo ostendit, quomodo ipse auctor vidit clare curiam celi per talem comparisonem. Aliquando homines faciunt larvas, idest quedam coopertoria per que velant facies suas, in quibus coopertoriis non videntur sicut sunt in se, imo apparent alie res; sed remotis illis larvis, sive coopertoriis, tunc videntur manifeste illi homines, qui sic cooperti erant, sicut de facto sunt. Sic hic flores et faville, idest spiritus hominum et angelici, cambiaverunt apparentiam ita, quod auctor vidit eos clare. Postea, sicut gens que stetit sub larvis, idest coopertoriis, que apparet alia quam prius, idest cito, sicut se exuit (idest expoliat illa coopertoria) similitudinem non suam (quia non erat propria similitudo, in qua sub illis coopertoriis apparebat) in qua disparuit; sic michi se cambiaverunt, idest permutarunt, in maioribus festivitatibus flores et faville, ita quod ego vidi ambas curias celi manifestas; idest spiritus humanos et angelicos, vel animas antiquas et novas hominum.

- ³³ O divino splendor, per cu' io vidi
L'alto triumpho del regno verace,
Dammi virtù di dirlo com'io 'l vidi.
- ³⁴ Lume è lassù, che visibile face ⁽¹⁾
Lo Creatore a quella creatura,
Che solo in lui veder ha la sua pace;
- ³⁵ E sè distende in circular figura
In tanto, che la sua circonferenza
Sarebbe al sol troppo larga cintura.
- ³⁶ Fassi di raggio tutta sua parvenza,
Reflexo al sommo del Mobile primo,
Che prende quindi viver e potenza.
- ³⁷ E come clivo in acqua di suo imo
Si specchia quasi per vedersi adorno,
Quand'è nel verde ogni fioretto opimo;
- ³⁸ Sì soprastando al lume intorno intorno
Vidi spechiarsi più di mille foglie,
Quante di noi lassù facte ritorno.

⁽¹⁾ facit.

Ammodo auctor, volens procedere ad descriptionem curie celestis, invocat Deum, ut dignetur sibi prestare tantum de sua gratia, quod ipse possit equaliter de celesti curia describere, dicens: O splendor divine (vocativi casus), per quem ego [vidi] altum triumphum, idest Ecclesiam triumphantem, regni veracis, idest celi, da michi ad dicendum virtutem quomodo illum vidi, idest qualiter.

Modo respondetur cuidam tacite questioni. Posset quis dicere: Quomodo vidisti talem triumphum, cum sint res invisibiles, simplices, separate a materia, que non possunt videri oculis corporeis? Ideo dicit, quod ipse vidit illum altum triumphum, sicut quasi videretur res per reflexionem radiorum solarium, reverberantium ab ea. Ecce ponatur unum exemplum grossum tale. Radii solares, percutientes in terram, que est corpus solidum, reflectuntur ab ea, et reddunt terram equaliter lucidam: et si terra esset perforata, non luceret quasi: sed terra solida, non perforata, facit radios solares reflectere, et sic apparet aliquid lucens. Similiter radii divine gratie veniunt de Deo super spera nona, et ab illa reflectuntur ibi et reverberant: et ibi, scilicet in spera nona, infunditur virtus divina; et tunc primum mobile inde reincipit vivere et potentiam; et tunc illi radii divine gratie, reflectentes a spera nona, faciunt visibile humanis spiritibus celum Empyreum. Lumen est ibi, quod visibilem facit creatorem illi creature, que solum in illum videndo habet suam pacem, felicitatem scilicet et gloriam: et distenditur, scilicet tale lumen, in circumferentiam figuram in tantum, quod sua circumferentia esset soli nimis larga zona, idest illud lumen sic circulare esset soli nimis larga zona. Nota quod sol est maximus planetarum: modo si sol poneretur in medio illius luminis sic circulariter distensi, esset lumen istud nimis larga zona ipsi soli; imo sol videretur in illo lumine sicut punctus, sive centrum, circuli, sive spere, in ipso circulo, vel spera.

- ³³ O splendor divine, per quem ego vidi
Altum triumphum celi veracis,
Da michi virtutem ad dicendum quomodo illum ^[vidi]
- ³⁴ Lumen est ibi, quod visibilem facit
Creatorem illi creature,
Que solum in eum videndo habet suam pacem;
- ³⁵ Et distenditur in circumferentiam figuram
In tantum, quod sua circumferentia
Esset soli nimis larga zona.
- ³⁶ Exit de radio tota sua apparentia,
Reflexo ad summum Mobilis primi,
Quod apprehendit hinc vivere et potentiam.
- ³⁷ Et sicut clivus in aqua sui ymi
Se speculatur quasi ut videat se ornatum,
Quando est in viridi omnis flos opimus;
- ³⁸ Sic suprastans, lumen circum circa
Vidi ego speculari in plusquam millibus sciolis,
Que a nobis sursum fecerunt regressum.

Quasi dicat, quod istud lumen est maxime distensum in circum.

Exit de radio tota sua apparentia, reflexo ad summum, idest ad summitatem, Mobilis primi, quod apprehendit hinc, sive inde, vivere [et] omnem potentiam et virtutem. Notanda est hic una similitudo talis. Aliquando est unum flumen, cuius aqua est clarissima, et super ripas ex utraque parte fluminis sunt arbores pulchre, habentes flores pulchros, que arbores cum floribus reflectuntur in aqua et figurantur in ea. Ponatur igitur quod sit aliquis monticulus, vel collis, ad cuius radices fluat tale flumen clarum, super quem collem, vel monticulum, sint tales arbores floride, ut dictum est: tunc ille monticulus, sive collis, speculatur, idest sicut in speculo videtur, cum suis arboribus et floribus earum, quando est bene optimus illis floribus, idest quando bene habet satis de illis floribus. Et sicut clivus, idest monticulus, in aqua sui ymi se speculatur, idest sicut in speculo videtur, quasi ut videat se ornatum, idest ut appareat ornatus, quando est in viridi, idest in viriditate, omnis flos optimus; sic suprastans lumen circum circa vidi ego speculari in plusquam millibus sciolis, idest luminibus, que a nobis sursum fecerunt regressum, idest in mille spiritibus humanis, qui a nobis mortalibus sursum, idest ad celum, regressi sunt. Dicuntur spiritus humani redire sursum, quando vadunt ad Paradisum. Sic suprastans, scilicet ego stans supra speram nonam, vidi illud lumen speculari in pluribus, scilicet millibus, sciolis, idest gradibus et sedibus. Nam omnes anime beate speculantur in illo lumine. Ista expositio placet michi plusquam alia, que est immediate supraposita: nam iste trinarius bis est expositus.

Iterum hic respondetur une tacite questioni, seu obiectioni. Posset quis dicere: Si illud lumen est tante latitudinis

- ³⁹ E se l'infimo grado in sè raccoglie
Sì grande lume, quant'è la larghezza
Di questa rosa nell'extreme foglie?
- ⁴⁰ La vista mia nell'ampio e nell'altezza
Non si smarriva, ma tutto prendeva
El quanto e 'l quale di quella allegrezza.
- ⁴¹ Presso o lontano, lì, nè pon nè leva;
Chè dove Dio senza mezo governa,
La legge natural nulla rileva.
- ⁴² Nel giallo de la rosa sempiterna,
Che si dilata, digrada e redolet
Odor di lode al Sol che sempre verna,
- ⁴³ Qual ⁽¹⁾ è colui che tace e dicer vole,
Mi trasse Beatrice, e disse: Mira
Quant'è 'l ⁽²⁾ convento de le bianche stole ⁽³⁾!
- ⁴⁴ Vedi nostra città quant'ella gira!
Vedi li nostri scanni sì ripieni,
Che poca gente più ci si desira.
- ⁴⁵ E [in] quel gran seggio, a che tu gl'occhi tieni
Per la corona che già v'è su posta,
Prima che tu a queste nozze ceni,
- ³⁹ Et si infimus gradus in se recolligit
Tam grande lumen, quanta est latitudo
Istius rose in extremis foliis?
- ⁴⁰ Visio mea in amplitudine et altitudine
Non deviat, sed totum apprehendebat
Quale et quantum illius gaudii.
- ⁴¹ Propinquitas et longinquitas, ibi, non ponit nec demit;
Quia ubi Deus sine medio gubernat,
Lex naturalis nihil relevat.
- ⁴² In fulvo rose sempiternae,
Que per gradus dilatatur et redolet,
Odor fit ad Solem qui semper vernat,
- ⁴³ Qualis est ille qui tacet et dicere vult,
Me traxit Beatrix, et dixit: Respice
Quantus est conventus albarum stolarum!
- ⁴⁴ Vide nostram civitatem, quantum ipsa circuit!
Vide nostra scampna ita repleta,
Quod pauca gens hic ammodo desideratur.
- ⁴⁵ Et in illa grandi sede, ad quam tu oculos tenes
Propter coronam que iam supra illa est posita,
Priusquam ad illas nuptias cenes,

⁽¹⁾ tale — ⁽²⁾ quanto è el — ⁽³⁾ de beati.

et extensionis tante, quomodo potuisti ita clare videre illud? Respondetur dicendo, quod quamvis infimus gradus, idest extremitas, circumferentie illius floris, sive rose (quia in forma rose, ut patebit in principio sequentis capituli, apparebit quod [est] curia celestis), multum distaret a medio ubi erat punctus ille vivacissimus, scilicet Deus, quia distabat tantum quanta est latitudo et altitudo rose; tamen valde bene poteram videre, quia ubi distantia, vel propinquitas, non addit nec diminuit ad videndum (cuius ratio est, quia Deus ibi sine medio gubernat; et nihil ibi habet facere lex naturalis, que vult quod quando res visibilis est nimis ab oculo distans, oculus non possit illam videre) nec requiritur ad visionem corporalem debita distantia, nec nimis parva, nec nimis magna.

In fulvo, idest croceo, rose sempiternae (nam rosa habet in medio colorem fulvum, sive croceum: modo auctor vocat hic curiam celestem rosam sempiternam), que dilatatur per folia (que folia auctor appellat gradus), est unus maximus odor, qui redolet ex laudibus, quas cantant angeli et spiritus humani ad Solem, idest ad Deum, qui semper vernat, idest facit ibi primum ver, vel semper durat.

Et si infimus gradus in se recolligit tam grande lumen, quanta est latitudo istius rose in extremis foliis?

Visio mea, idest aspectus meus, in amplitudine et latitudine non deviat, idest non errabat, sed totum apprehendebat, idest capiebat, quale et quantum, idest qualitatem et quantitatem, illius gaudii, idest letitie.

Propinquitas, idest distantia, vel longinquitas, ibi, nec ponit nec demit; idest, non prodest nec nocet; quia ubi Deus sine medio gubernat, lex naturalis, que limitat distantiam in visionibus, nihil relevat, idest nihil habet facere, nihil operatur.

In fulvo, idest in croceo, quod est in medio rose sempiternae, que per gradus, idest per folia, dilatatur et redolet, idest redolet, odor, scilicet qui fit ad solem, qui, scilicet sol, semper vernat, idest durat, quia semper facit ibi ver.

Qualis est, idest sicut facit ille, qui tacet et dicere vult, me, supple talem, traxit Beatrix, et dixit: Respice quantus est conventus albarum stolarum! idest spirituum beatorum humanorum. Vocat hic spiritus beatos stolas albas, more et ad instar Sancti Ioannis, qui dixit, Induti stolis albis: hoc habetur in Apocalypsi.

Vide nostram civitatem (idest celum Empyreum, quod vocat hic auctor nomine civitatis, sicut facit idem Ioannes Evangelista, Apocalypsis vicesimoprimum, dicens, Vidi sanctam civitatem Hierusalem, etc.) quantum ipsa circuit! vide nostra scampna, idest sedes nostras, ita repleta, idest repletas, quod pauca gens ammodo hic desideratur. Idest: pauce sunt sedes vacue, respectu multitudinis que est hic; et iam mundus antiquatus est, et vadit versus finem.

Et [in] illa grandi sede. E [in] quel gran seggio: ista est ultima, sive quarta, pars huius capituli, in qua ponitur

⁴⁶ Sederà l'alma, che fie giù augosta,
Dell'alto Arrigo, ch'a drizzar Italia
Verrà in prima, ch'ella sia disposta.

⁴⁷ La cieca cupidigia, che v'ammalia,
Simili facti v'è al fantolino,
Che muor di fame e caccia via la balia.

⁴⁸ E fia prefecto ⁽¹⁾ nel foro divino ⁽²⁾
Allhora tal, che 'n palese e 'n coverto ⁽³⁾
Non anderà con lui ⁽⁴⁾ per un cammino ⁽⁵⁾.

⁴⁹ Ma poco poi sarà da Dio sofferto ⁽⁶⁾
Nel sancto officio; chè sarà detruso
Là dove Symon Mago ⁽⁷⁾ è per suo merto,
E farà quel d'Alagna ⁽⁸⁾ andar più giuso ⁽⁹⁾.

⁽¹⁾ papa Clemente — ⁽²⁾ ecclesiastico — ⁽³⁾ che in publico et in occulto — ⁽⁴⁾ col decto Imperador — ⁽⁵⁾ ma contrario —
⁽⁶⁾ el decto Clemente — ⁽⁷⁾ inter Symoniaco[s] c^o. 19 inferni — ⁽⁸⁾ papa Bonifacio d'Alagna — ⁽⁹⁾ socto a lui.

una sedes vacua, in qua expectabatur una anima illustris, scilicet Henrici de Lucemburgo. Notandum est hic, quod hoc dictum de ista sede vacua auctor fingit duobus de causis. Primo, quia iste fuit valentissimus homo, bonus avus istius imperatoris nostri: qui alias fuit satis parvus comes; fuit homo magnanimus, quasi infinite bonitatis. Iste paravit se, quam cito fuit electus Rex romanorum et Imperator, ad veniendum in Ytaliā, ad pacificandum ipsam et reformandum; sed fuit impeditus per summum Pontificem, ideo non minorem laudem meretur. Secundo, iste Henricus fuit amicissimus ipsius auctoris. Et [in] illa grandi sede, ad quam tu oculos tenes (nam auctor illam sedem pulcherrimam vacuam, quasi admirans, intuebatur fixe, in qua erat una corona cesaree maiestatis), propter coronam que iam supra illa est posita, priusquam ad istas nuptias cenes, idest priusquam moriaris, sedebat anima, que erit inferius, idest in mundo, augusta, idest Imperatoris, vel imperatrix, alti Henrici, idest virtuosissimi viri, qui ad dirigendum Ytaliā veniet, idest disponet se ad veniendum, primitus, antequam deponatur, idest antequam moriatur.

Modo vult ostendere quid est, quare est, quod Ytalici semper conantur impedire adventum Imperatoris ad Ytaliā, cum tamen adventus eius esset utilis, imo necessarius, ad reformandum Ytaliā. Dicit auctor quod hoc facit ceca cupiditas, que nos amaliat, idest conturbat, execat, infirmos efficit, similes facit nos parvulo, qui moritur fame

⁴⁶ Sedebat anima, que erit inferius augusta,
Alti Henrici, qui ad dirigendum Ytaliā
Veniet primitus, antequam deponatur.

⁴⁷ Ceca cupiditas, que vos amaliat,
Similes facit vos parvulo,
Qui moritur fame et expellit nutricem.

⁴⁸ Et fiet prefectus in foro divino
Tunc talis, qui palam et coopertus
Non ibit ibi secum per unum iter.

⁴⁹ Sed modicum postea adeo sustinebitur
In sancto officio; quod erit detrusus
Ibi ubi est Symon Magus propter sua merita,
Et faciet illum de Anania intrare magis infra.

et expellit nutricem. Nam aliquando infans indignatur propter nimiam rem; et licet fameat, tamen repellit nutricem: ita Ytalici accidunt, qui sunt pleni guerris, discordiis, partialitatibus, et possent faciliter reformari per regem suum, et specialiter Romani, et impediunt Imperatorem ne veniat ad faciendum tantum bonum.

Et fiet prefectus in foro divino, idest [quando] ille Henricus erit [imperator], prefectus apud Deum, tunc talis, qui palam et coopertus, idest publice et occulte, non ibit secum, idest non erit concurs per unum iter, idest Clemens quartus, vel sextus, qui bene fecit eum coronari, sed ipse Clemens querebat exterminium ipsius Henrici.

Sed modicum postea a Deo sustinebitur, ipse Clemens Vasco scilicet, in sancto officio, idest in summo pontificatu; quod erit detrusus ibi ubi est Symon Magus, idest in circulo illo, sive in illa Malibolgia, ubi est Symon Magus, ut dictum est in decimo capitulo Inferni; et faciet illum de Anania, idest papam Bonifacium octavum, qui erit sepultus, intrare magis intra, idest inferius descendere. Nam, ut dictum fuit in capitulo decimonono Inferni, est unus puteus, in quo sepeliuntur summi pontifices symoniaci: et unus ultimus mortuus stat in ore putei; quando moritur alius papa symoniacus, tunc ille qui erat in ore putei, cadit in puteo infra; et ille qui nuper moritur, stat etiam in ore illius putei usquequo moriatur alter; et sic de singulis.

Le scaturigini dell'interna e dell'esterna parola, con la quale affermiamo a noi stessi ed agli altri la cognizione del vero, nell'intime profondità dello spirito sono un punto solo, in cui si confondono e quasi si fanno la stessa cosa. È quindi naturale il passaggio dalle alte idee intorno alla predicazione, per la quale si promulga esteriormente la parola divina, all'argomento del lume di gloria, disposizione soggettiva dell'anima a generare il verbo beatifico a lei comunicato e a sostenerne la irradiazione. Se questo legame, nascosto sotto un cumulo di tante cose quante dalle parole e dall'idee inesauribilmente ne germogliano, non fu per avventura del tutto evidente al Poeta, né però fa egli espressa ragione del trapasso dall'uno all'altro argomento; tuttavia non è meno notevole quest'obbedire del genio all'intime e nascoste ragioni dell'ordine universale. Anzi in ciò consiste la precipua sua dote, in quanto che in sé vastissimo, con la ripensativa coscienza di sé medesimo non può tant'oltre distendersi, quanto nella penombra del pensiero si allarga la mente.

L'argomento del lume di gloria, stupendamente qui simboleggiato nel lume vivo, dinanzi a cui la luce della natura e la sua cognizione svaniscono, soverchiate ed assortite nella sovranaturale, è molto alto; per lo che, come molti altri di questo genere, dette occasione a controversie vivissime, che talvolta valicarono i giusti confini. Ma l'Alighieri, pur particolareggiando con immagini l'atto sublimissimo, seppe mantenersi in una serenità, dove le minuziose analisi di una critica soverchiante non arrivano; imitando la sobria parsimonia del Serafico Bonaventura, che in tutte le questioni agitate ai suoi giorni troviamo che sempre si arresta alla media e comune, in cui suol trovarsi la nota fondamentale di quell'accordo, che è armonia, evitando tutti gli estremi: nella quale armonia, come sta la piezzina del vero, così sta la certezza.

Che cosa è egli il lume di gloria? Egli risponde:

. mi circonfulse luce viva,
E lasciommi fasciato di tal velo
Del suo fulgor, che nulla m'appariva.
Sempre l'Amor, che queta questo cielo,
Accoglie in sé con sì fatta salute,
Per far disposto a sua fiamma il candelò.
. io compresi
Me sormontar di sopra a mia virtute;
E di novella vista mi raccesi
Tale, che nulla luce è tanto mera,
Che gli occhi miei non si fosser difesi.


Il pensiero e l'amore sono atti vitali che non possono non nascere da energia iniziale e creata dello spirito, o da nuovo

vigore soprainfuso. Or poichè la naturale virtù dell'intelletto non può per sé levarsi alla visione soprannaturale in cui esso quieti, chiaro è che deve ricevere un rinvigorismento dall'alto, per entrare nella piena illuminazione dell'amore beatifico. Ma che cosa è egli cotesto rinvigorismento? Qui è dove la mente nostra, direbbe il Poeta, ha corte l'ali, e dove, volendo varcare i limiti che dividono il finito dall'infinito, si smarrisce: chè se pure ne intravediamo in mistero i lontani orizzonti, non ci è possibile il discernervi né affermarli con chiarezza. Né deve far meraviglia. Se in molte questioni, pur naturali, dobbiamo confessar l'impotenza nostra ad esaurirle, stupiremo che ciò avvenga dove si toccano le regioni dell'ineffabile, cioè dell'infinito? Né fermandoci al suo limitare, si diminuisce il nostro intendere, anzi sente qualcosa che lo tira a sé, al di là di sé stesso, e non ne riceve poco conforto; laddove, perfiando a valicar que' confini, si sente avvolto in una lotta che lo mette in desolazione.

Ciò che nell'argomento della visione beatifica può tenersi per certo, si è che il lume naturale del nostro intelletto, il quale ci fa ora tanto superbire, e che sembra ed è in realtà sì gran cosa (poichè tra le cose della natura s'innalza principe e giudice sopra tutte quante), rimpetto al lume beatifico è nebbia, oscurità, anzi cecità, dice il Poeta con quel suo fraseggiare tutto di rilievo:

E lasciommi fasciato di tal velo
Del suo fulgor, che nulla m'appariva.

La visione beatifica (egli prosegue) procede dal nostro intelletto, aiutato dalla grazia, allo stesso modo che la candela ben disposta s'accende. E vuol dire che la grazia con la sua luce accende l'anima e la dispone ad ardere; l'atto poi del raggiare che fa l'anima ardendo, viene significato dalla candela accesa. L'accensione o il rinvigorismento discende dall'alto, cioè da Dio, è insomma soprannaturale. Di fatti, il Poeta fasciato del lume di gloria, si sente sormontare sopra la virtù propria ed esser fatto divino. Infuso che sia il lume di gloria, il mistero, ossia l'inadequazione tra l'intelletto e le cose, sparisce; e allora, per quanto quella luce sia divinamente mera, non v'è più limite, oltre il quale non possa la mente affissarsi e distendersi. Il che non significa già che i beati siano onniscienti, attributo divino, comunicabile a creatura: sibbene, che ciascuna cosa partitamente presa può essere senza difficoltà da noi in cielo conosciuta. L'abbracciare l'universalità intera, unita e concorde, è proprio soltanto di Chi sé in sé misura, e d'ogni entità creata e creabile tiene il centro, e ne è supremo principio e fine.






CAPITULI TRICESIMIPRIMI SUMMARIUM

In isto tricesimoprimo capitulo, quod incipit: *In forma igitur candide rose*, auctor descripta in generali forma celi Empyrei, que est sedes Dei et spirituum beatorum, iam specialius declarat predictam formam; et dicit quod natura humana redempta sanguine Iesu Christi, apparuit in forma unius rose albe; aliam naturam, angelicam, vidit volare et cantare gloriam Dei, ire, redire, descendere in florem, scilicet rosam illam, et iterum redire ad florem rose. Verum est tamen quod angelorum facies erant de flamma viva, alie erant de auro, totum residuum erat album sicut nix. Et omnes gentes tam antike quam nove, quam etiam angeli, respiciebant in unum locum, idest in punctum illum qui figurat deitatem. Videns hec auctor, ita obstupuit, sicut stupebant barbari quando veniebant Romani, videntes edificia mirabilia que sunt Rome. Et Dantes qui venerat ab humano ad divinum, maxime admirabatur de hiis que videbat. Volens

interrogare Beatricem de hiis que hic videbat, vertens se, non vidit eam, sed in loco sui vidit unum senem, scilicet Sanctum Bernardum, hominem reverendum, diffusum letitia per genas, qui dixit ei: Beatrix ivit ad scampnum suum, et michi imposuit ut sui loco te dirigerem. Tunc auctor, elevans oculos in altum, vidit Beatricem in tertio scampno: cui Dantes regratiatus fuit de omnibus que circa ipsum ipsa egerat, et rogavit ut ipsa esset causa conservationis eorum que ipse auctor acquisiverat. Que fecit tale signum, quod auctor percepit ipsam velle eum exaudire et suum desiderium adimplere. Tunc sanctus senex, scilicet Bernardus, dixit auctori: Respice per istud giardinum, sicut tibi dicam, et intueri Reginam huius curie, nam ego sum suus Bernardus. Et dixit: Respice tam alte, quod tu videas Reginam. Tunc auctor, respiciens in alto loco, vidit unam personam, que in lumine vincebat alios spiritus ibi existentes.



CAPITULUM TRICESIMUMPRIMUM

- ¹ In forma dunque di candida rosa
Mi si mostrava la militia sancta ⁽¹⁾,
Che nel suo sangue Chrysto fece sposa.
² Ma l'altra ⁽²⁾, che volando vede e canta
La gratia di colui ⁽³⁾ che la 'nnamora,
E ⁽⁴⁾ la bontà ⁽⁵⁾ che la face cotanta,

(¹) de' beati homini — (²) militia angelica — (³) di Dio — (⁴) canta — (⁵) di Dio.

In forma igitur candide rose. In forma adonche de candida rosa: istud est tricesimumprimum capitulum huius Paradisi, in quo auctor predictam formam curie celestis et celi Empyreii, quod sedes Dei et animarum beatarum est, describit. Quod d'viditur in quatuor partes principales. In quarum prima auctor describit actum et habitum angelorum, qui sunt multi aulici huius curie. In secunda parte, que incipit ibi:

O trina lux, que es unica stella;
O trina luce, che in unica stella,

auctor describit orationem suam et felicem contemplationem.

In tertia parte, que incipit ibi:

Forma generalis Paradisi;
La forma generale del Paradiso,

describitur apparitio unius magni contemplativi viri et ascensum Beatricis in suam sedem deputatam sibi.

In quarta parte, que incipit ibi:

Et sanctus senex: Ut tu;
E'l santo sene: Acciò che tu,

auctor ostendit primo, quomodo, inductione et adiutorio huius sancti senis, ipse devenit ad cognitionem totius huius curie celestis et maxime domine Regine huius regni.

In prima parte primo auctor continuat dicta dicendis, et precedentem materiam cum sequenti. Nam iam descri-

- In forma igitur candide rose*
Michi se monstrabat militia sancta,
Quam in suo sanguine Christus fecit sponsam.
Sed alia [que] in volando videt et cantat
Gloriam illius qui eam in amorem trahit,
Et bonitatem que facit illam tantam,

psit duas turbas, vel acies, scilicet spirituum beatorum; unam nature angelice per flammam, et aliam nature humane per flores. Notandum est hic, quod illa acies, que per flores describitur, scilicet acies humanorum spirituum, fuit redempta pretioso sanguine Christi, quam Christus desponsavit in suo sanguine, iuxta illud: Sponsus sanguinum tu michi es, Exodi tertio capitulo: et ista non habet alas, nec volat. Alia acies, scilicet angelorum, illa, volando, videt et amat, [et] continue cantat, gloriam Dei qui illam ad amorem trahit. Nota quod rose reperiuntur saltem duplicis speciei, scilicet albe et rubee. Preterea quecumque rosa habet in medio unum florem crocei coloris; demum habet folia multa, et illa folia, que sunt propinquiora illi flori medio, sunt minora, alia sunt aliquantulum maiora, et alia maiora, saltem latiora; et quanto plus distant a medio, folia tanto sunt latiora et maiora. Modo dicit auctor: Dictum est quod in celesti curia sunt due acies, scilicet acies humanorum spirituum, quam aciem auctor vocat militiam sanctam, quia [a] militia venit, scilicet a vita humana, que est continuum prelium, iuxta illud Iob: Militia est hominis vita super terram. Dicit igitur textus: In forma igitur candide, idest albe, rose, michi se monstrabat militia sancta, idest acies humanorum spirituum beatificatorum, quam in suo sanguine Christus fecit sponsam.

Descripta acie humanorum spirituum, iam describitur alia acies, scilicet angelorum, que volat, cantat, sic: Sed

- ³ Sì come schiera d'ape che s'infiora
Una fiata, et altra ⁽¹⁾ si ritorna
Là dove ⁽²⁾ 'l suo lavoro s'insapora,
⁴ Nel grande fior discendea, che s'addorna
Di tante foglie, e quindi risaliva
Là dove ⁽³⁾ 'l suo amor sempre soggiorna.
⁵ Le facce tutte havean di fiamma viva,
E l'hali d'oro, e l'altro tutto bianco,
Che nulla neve a tal termin ⁽⁴⁾ arriva.
⁶ Quando scendean nel fior, di bianco in
Porgevan de la pace e dell'ardore, ^(bianco)
Che lì acquistan ventilando el fianco.
⁷ Nè l'interporsi tra 'l di sopra e 'l fiore
Di tanta moltitudine volante
Impediva la vista e lo splendore;
⁸ Chè la luce divina è penetrante
Per l'universo, secondo ch'è degno,
Sì che nulla le puote esser obstante.
- ³ Sicut acies apum que se inflorat
Una vice, et una revertitur
Illuc ubi suus labor efficitur sapidus,
⁴ In grandem florem descendebat, qui ornatur
Tot foliis, et inde reascendebat
Illuc ubi suus amor soggiornat.
⁵ Facies habebant totas de flamma viva,
Et alas de auro, et reliquum tantum album,
Quod nulla nix ad illum terminum arrivat.
⁶ Quando descendebant in florem, de albo in album
Porrigebant de pace et de ardore,
Quem ipsi acquirebant ventilando latus.
⁷ Nec propter interpositionem inter partem superio-
Tante multitudinis volantis ^{(rem et florem,}
Impediebat visionem splendor;
⁸ Quia lux divina est penetrans
Per universum, secundum quod est dignum,
Ita quod nihil potest esse sibi obstans.

(¹) fiata — (²) all'alvearo — (³) a Dio — (⁴) di bianchezza.

alia, supple acies, que, volando, videt et cantat (videt, scilicet, clare divinam essentiam; iuxta illud Matthei, decimoseptimo capitulo, Angeli eorum semper vident faciem Patris: cantat, scilicet, gloriam; iuxta illud Luce duodecimo, Subito facta est cum angelo multitudo celestis exercitus, scilicet angelorum, cantantium et dicentium, Gloria in excelsis Deo, etc.) [gloriam] illius, scilicet Dei, qui, scilicet Deus, ipsam ad amorem trahit, idest [sui, et] bonitatem, idest divinam, que facit illam, scilicet, aciem angelorum, tantam, idest tam magnam, vel contentam (iam auctor describit exercitum angelorum. Potest tamen intelligi quod in forma rose apparebat militia spirituum beatorum humanorum. Aliqui dicunt quod locus iste, in quo sunt spiritus humani, apparebat in forma albe rose. Uterque modus dicendi bonus est. Nota etiam quod rosa habet in se tria, scilicet substantiam, odorem et colorem; et ista tria sunt una rosa. Ita Deus est trinus et unus, et tres persone una substantia. Ponitur officium et exercitium angelorum, qui sunt familiares huius curie. Tale officium describit auctor per talem comparisonem apum. Nota quod est unum genus animalium volantium et facientium ceram et mel, et vocantur talia animalia apes. Hec animalia continue discurrent de suis foraminibus, quia in vasis in quibus habitant, faciunt aliquas fabricas: alio nomine vocantur favi mellis. Ille fabrice de cera sunt plena foraminibus, in quibus habitant apes et reponunt mel. Apes discurrent: una vadit extra ad flores arborum et herbarum, et colligunt et eligunt ex hiis ceram et mel, et alia redit; et sic faciunt decem, sic viginti, sic centum, sic mille, sic mille millia. Sic similiter faciunt angeli, sicut acies apum, que se inflorat, idest inter flores volat, una vice, et una revertitur illuc ubi suus labor efficitur sapidus, idest in favis illis, sive fabricis (sic angeli recedunt a puncto pleno omni melle, omni sapore, omni

bono, omni perfectione, qui punctus deitatem figurat; et vadunt ad flores, idest ad animas hominum beatificatas, et ferunt odorem bonarum operationum ante conspectum Dei), in grandem florem, idest in rosam, [descendebat], qui ornatur tot floribus (omne folium representat unam sedem), et inde transcendebat illuc ubi suus amor soggiornat, idest dietim moratur. Labor apum dicitur quod s'insaporat, idest sapidus efficitur, idest sapore impletur.

Modo depinguntur persone angelorum a faciebus et corpore, et ponitur habitus eorum, ex quo dictum est de actu spirituum humanorum. Facies totas habebant de flamma viva (per hoc denotatur viva caritas, quam habent angeli), et alas de auro (per aurum denotatur eorum sapientia), et reliquum, scilicet bustum, sive corpus, totum album, quod nulla nix ad illum terminum arriva, idest ad tantam albedinem venit, idest nulla nix est tantum alba. Per istam albedinem denotatur puritas, quasi dicatur: Non est aliqua rationalis creatura ita pura et beata, que parificetur nature angelice, que nunquam fuit involuta carne et peccatis.

Quando descendebant in florem de albo in album, idest de folio in folium, porrigebant de pace et de ardore, idest animabus sanctis, que ipsi vel isti accipiebant, ventilando latus, idest volando. Nam sic est quod avis volans percutit sibi latera, scilicet ilia.

Nec propter interpositionem inter partem superiorem et florem tante multitudinis volantis impediabat visionem splendor. Hec littera respondet uni tacite questioni. Posset quis dicere: Quomodo potuisti talia videre et intueri, inter tantam multitudinem? Dicit quod [non] impediatur propter interpositionem tot spirituum inter rosam et Deum,

- ⁹ Questo sicuro e gaudioso regno,
Frequente in gente antica et in novella,
Viso et amor havea tutto ad un segno.
- ¹⁰ O trina luce, che in unica stella
Scintillando a lor vista sì li appaga,
Guarda quaggiù a la nostra procella.
- ¹¹ Se e barbari, venendo da tal plaga,
Che ciascun giorno d'Elyce si cuopra⁽¹⁾,
Rotante col suo figlo⁽²⁾ ond'ell'è vaga,
- ¹² Veggendo Roma e l'ardua sua opra
Stupefaciensi, quando Laterano⁽³⁾
A le cose mortali andò di sopra;
- ¹³ Io, Dante, ch'al⁽⁴⁾ divino dall'umano,
All'eterno dal tempo era venuto,
E⁽⁵⁾ di Firenze in popol⁽⁶⁾ iusto e sano,
- ¹⁴ Di che stupor dovea esser compluto!
Certo tra esso e'l gaudio mi facea
Libito non udir e starmi muto.
- ⁹ *Istud securum et gaudiosum regnum,
Frequens in gente antiqua et novella,
Visum et amorem habebat totum ad unum signum.*
- ¹⁰ *O trina lux, que in unica stella
Sintillando ad eorum visionem eos quietat,
Respice infra ad nostram procellam.*
- ¹¹ *Si barbari, veniendo Romam de aliena plaga,
Quolibet die de Elice cooperiebantur,
Rotata cum suo filio unde est vaga,*
- ¹² *Videndo Romam et arduam suam operam
Stupefiebant, quando Lateranum
Supra res mortales ascendit;*
- ¹³ *Ego, qui ad divinum ab humano,
Et ad eternum a temporali veneram,
Et de Florentie populo iusto et sano,*
- ¹⁴ *Quo stupore debebam ego esse completus!
Certe inter ipsum et gaudium michi faciebat
Libitum non audire et stare mutum.*

⁽¹⁾ di tramontana, Ursa — ⁽²⁾ Archade el quale è nella stella Boote — ⁽³⁾ Palazzo imperiale di Roma — ⁽⁴⁾ che al. — ⁽⁵⁾ et era venuto — ⁽⁶⁾ di beati.

punctum, et inter flores. Et causa est, quia lux divina est penetrans per universum, secundum quod est dignum, quod nihil potest esse sibi obstandum. Idest: divina lux penetrat secundum qualitatem recipientis, ita quod divina gratia diffunditur secundum qualitatem ipsam recipientem. Etiam tantum fuit [dictum] in principio primi capituli huius Paradisi.

Iam imponit auctor finem prime parti, ostendens quod tam angeli, quam spiritus humani, respiciebant et amabant unum et idem signum, idest unum Deum, et dicit: Istud securum (ad differentiam regnorum mundi, [qui] sunt cum timore et cum suspitione ac tremore; iuxta illud Senece, tragedia secunda in Tieste, Dum excelsus fui, nunquam pavere destiti) [et gaudiosum regnum] frequens, idest plenum, in gente antiqua et novella, visum et amorem habebat totum ad unum signum, scilicet Deum.

O trina lux, que in unica stella. O trina luce, che in unica stella: hec est secunda pars huius capituli, in qua auctor describit orationem suam et facit. Nam auctor erat in celo et in ultima spera, ubi summa felicitas ostenditur: qua visa, recordatur miseriarum quas reliquit in mundo; quia reliquerat fames, guerras, discordias et mala quasi infinita, et erat iam in loco gaudio pleno et bona letitia; et ideo orans dicit: O trina lux (scilicet personatiter, quia essentialiter non est nisi una), que in unica stella, idest natura, vel essentia, vel in uno Deo, vel flore, sive uno puncto, sintillando, idest sintillas tui amoris mittendo, ad eorum, scilicet beatorum, visionem, eos quietas, idest beatificas, respice infra ad nostram procellam, idest ad tempestatem nostram, que est maior quam sint pro-

celle, idest tempestates, maris. Sic orabat Boetius, primo de Consolatione, cantu sexto, quando dicebat: Quo celum regis immensum, firma stabiles federe terras. Quatimur sale fortune.

Iam vult ostendere dispositionem suam, quam habuit quando conductus fuit in tot gaudia et inter tot delectationes, et dicit quod erat totus stupefactus et in stupore conversus et in admiratione positus; et modo respiciebat ad unam rem, modo ad aliam, convertendo se hinc inde; et eveniebat sibi hic sicut eveniebat barbaris et extraneis nationibus, quando veniebat Romam. Tunc quando ipsa Roma erat in flore, et quando Roma habebat statum magnum et triumphabat per universum et dominabatur toti orbi, tunc in Roma erant edificia magna, alta et mirabilia, in quibus homines speculabantur, et videndo admirabantur, maxime illi qui non viderant similia; et super omnes illi qui veniebat de longinquo Romam, et qui in suis partibus non habent pulchra edificia nec notabilia, sicut barbari qui habitant sub transmontana in partibus aquilonaribus et septentrionalibus, quia communiter tales non habent pulchra edificia, sed habent habitationes satis viles, sicut sunt Goti, Dacii, qui sunt quasi sub nivibus, et habitacula habent vilia, sicut sunt illi qui habitant Tanam. Hii, venientes Romam, respiciebant hinc inde, modo ad domus altas et magna edificia, modo ad pallatia, modo ad arcus triumphales, modo ad ydola, modo ad sepulchra, modo ad Coliseum, modo ad Termas Diocletianas, modo ad Capitolium; et notanter loquitur de illis qui omni die cooperiuntur de Elice. Nota quod Elice, alio nomine Calistone, fuit una nympa Dyane, quam violavit Iuppiter, ex qua genuit Archandem filium. Ista Calistone stellificata

- ¹⁵ E quasi peregrin, che si riera
Nel tempio del suo voto, riguardando,
E spera già ridir com'elli stea;
- ¹⁶ Sì⁽¹⁾, per la viva luce passeggiando,
Menava io gl'occhi per li gradi,
Hor⁽²⁾ su, hor⁽³⁾ giù, et hor⁽⁴⁾ circolando.
- ¹⁷ Vedeavi visi di carità soadi⁽⁵⁾,
D'altrui⁽⁶⁾ lume fregiati e di suo riso,
Et acti⁽⁷⁾ ornati di tutte honestadi.
- ¹⁸ La forma general di⁽⁸⁾ Paradiso
Tutto mio sguardo già havea compresa,
In nulla parte ancor⁽⁹⁾ fermato fiso⁽¹⁰⁾;
- ¹⁹ E volgeami con vogla riaccesa
Per domandar la mia donna di cose,
Di che la mente mia era sospesa.
- ¹⁵ *Et quasi peregrinus, qui se recreat
In templo de voto suo, respiciendo,
Et sperat iam referre sicut stat;*
- ¹⁶ *Sic, per vivam lucem passim eundo,
Ducebam ego oculos per gradus,
Nunc sursum, nunc deorsum, et nunc recirculando.*
- ¹⁷ *Videbam visus caritatem persuadentes,
De alienis luminibus frixiatos et de suo risu,
Et actus ornatos omnibus honestatibus.*
- ¹⁸ *Formam generalem Paradisi
Iam totus meus aspectus comprehenderat,
In nulla parte adhuc firmatus fixe;*
- ¹⁹ *Etolvebam me cum voluntate accensa
Propter interrogare meam dominam de rebus,
De quibus mens mea erat suspensa.*

⁽¹⁾ così — ⁽²⁾ al. mo — ⁽³⁾ al. mo — ⁽⁴⁾ al. mo — ⁽⁵⁾ splendenti — ⁽⁶⁾ di Dio — ⁽⁷⁾ vedevavi — ⁽⁸⁾ al. del — ⁽⁹⁾ più che in un'altra — ⁽¹⁰⁾ al. e fiso.

est in celo, et conversa est in Currum magnum, idest in Ursam maiorem; sic suus filius stellificatus est et conversus in Ursam minorem: et Ursa maior procatur filium suum Archandem, idest respicit Ursam minorem; inde dicitur vaga, quia precatur filium suum. Modo Ursa maior, et etiam minor, sunt circa polum arcticum, sub quo in terra sunt maxima frigora, et sunt regiones frigidissime, et habent illic in illis regionibus viles habitationes, nec sunt ibi habitacula aut edificia notabilia. Ad propositum dicit textus: Si barbari, extranee nationes, veniendo Romam de aliena plaga, que, scilicet plaga, quolibet die de Elice, idest de Ursa maiori, cooperi[eb]a[n]tur (dic[er]it) quolibet die, quia illa Ursa nunquam occidit, quia est sempiterna apparitionis, quia est circa polum arcticum, rotata (quia semper circulariter movetur circa polum) cum suo filio, idest Ursa minori (quia suus filius Archandes est Ursa minor), unde ipsa est tantum vaga (scilicet respicere filium suum: modo plaga, que est cooperta de Elice, est plaga septentrionalis), tunc venientes, videndo Romam et arduam eius operam, idest opus, edificia mirabilia, stupefiebat, quando Lateranum, idest palatium Neronianum, seu Neronis, supra res mortales ascendit, idest excessit opera mortalium (accipitur hic pars pro toto. Lateranum erat palatium Neronis; sed et alia edificia erant Rome, similia isti, et maiora et mirabiliora isto. Dicebatur Lateranum a rana latente, quia ibi fuit absconsa, sive sepulta, rana quam peperit ipse Nero, quando voluit impregnari et parere: adaptat ad propositum: supple, ita et michi et amplius contingebat, venienti huc ad tanta gaudia, scilicet divina, ab humano, scilicet terra, a terrenis, a temporalibus, de Florentia, ab yma terra Ytalie, plena omni scandalo, briga, dissensionibus, et tribulationibus infinitis, etc.); ego, qui ad divinum ab humano et ad eternum a temporali veneram, et de florentino populo, iusto et sano, idest iniusto et insano (nam loquitur hic yronice per antiphrasim), quo, idest quanto, stupore debebam esse completus, idest repletus!

certe inter ipsum, scilicet stuporem et gaudium, michi faciebat libitum non audire et stare mutum. Quasi dicens: Propter summum gaudium habebam stare in admiratione, loquendo nihil, nec etiam audiendo aliquem.

Iam declarat dispositionem suam per talem comparisonem. Quando aliquis vovit ire ad visitandum aliquod templum a longe, ut ecclesiam principis Apostolorum Sancti Petri, vel Ecclesiam Sancti Sepulchri Domini Nostri Iesu Christi, quando pervenit illuc et stat in templo, replet se omni devotione, et replet se devotione, et cogitat iam de reditu, et que debeat referre se vidisse et tetigisse, recirculando, respiciendo in circum: ita stabat hic auctor in isto gaudio, respiciendo hinc inde, sursum, deorsum; et sic stupefactus stabat. Et quasi peregrinus, qui se recreat in templo de voto suo, scilicet quod visitare vovit, respiciendo, et sperat iam referre, scilicet cum redierit, sicut stat, idest illa que vidit et audivit et tetigit; sic, scilicet ego, per vivam lucem *passiando*, idest passim eundo, ducebam ego oculos, idestolvebam, per gradus, idest per folia rose, nunc sursum elevando eos, scilicet oculos, nunc deorsum, scilicet inclinando eos, nunc recirculando, idest in circum respiciendo.

Videbam [etc.]: nunc ponit in speciali que vidit ibi: scilicet visus, idest facies, persuadentes caritatem, quia unus alteri persuadebat caritatem et amorem, que caritas venit a luce divina, persuadebant sibi invicem; [et] actus plenos omni honestate et virtute; quia ibi non est nisi bonitas et virtus, honestas et omne phas. Videbam visus, idest facies, caritatem persuadentes, de alienis luminibus frixiatos, idest ornatos; et actus, scilicet etiam, ornatos omnibus honestatibus, quia omne honestum ibi comprehenditur.

Formam generalem Paradisi. La forma general del Paradiso: hec est tertia pars huius capituli, in qua auctor

- ²⁰ Uno intendea, et altro mi rispose:
Credea veder Beatrice, e vidi un sene
Vestito colle genti gloriose.
²¹ Diffuso era per gl'ochi e per le gene
Di benigna letitia, in acto pio,
Quale a tenero padre si conviene.
²² E, Dov'è ella? subito diss'io.
Ond'elli: A terminar el tuo desiro
Mosse Beatrice me del luogo mio;
²³ E se riguardi su nel terzo giro
Dal sommo grado, tu la rivedrai
Nel trono che suoi meriti le sortiro.
²⁴ Senza risponder gl'ochi su levai,
E vidi lei, che si facea corona,
Riflettendo da sè gl'eterni rai⁽¹⁾.

⁽¹⁾ razi.

describit apparitionem unius senis maximi et contemplativi, et ascensum Beatricis ad suum scampnum. Et primo dicit, quod iam respexerat et viderat formam totam generalem, sed non firmaretur ad contuendum aliquam rem in speciali; sed volvens se, ut, Beatricem videndo, ipsam interrogaret, sicut solitus erat et consuetus, intendebat videre Beatricem: quam non vidit, sed vidit unum senem vestitum magna gloria. Iste senex in oculis et in facie apparebat plenus benignitate, letitia, et actu apparebat pius, sicut conveniens est benignus pater. Et tunc auctor dixit illi seni: Ubi est Beatrix? Qui senex dixit, respondens: Ego sum missus ab ipsa, ut terminem desiderium tuum, idest compleam; sed respice sursum et videbis eam, quia ipsa est in trono suo. Notandum est hic quod auctor fingit Beatricem, scilicet Sacram Scripturam, seu Theologiam, esse unam dominam, conducentem viatores ad felicitatem, quia nulla alia scientia docet cognoscere Deum et illi servire, quemadmodum oportet facere pro vita eterna acquirenda, nisi Theologia; et ideo fingit ipsam habere scampnum sibi deputatum a principio mundi in celo, ubi stant spiritus qui habuerunt vitam maxime contemplativam. Ille locus est tertius gradus incipiendo a primo. Formam paradisi iam totus meus aspectus comprehenderat (*aspectus*, idest intuitus); sed, supple, in nulla parte adhuc firmatus fixe; etolvebam me cum voluntate reaccensa, credens videre Beatricem, propter [petere] meam dominam de rebus, de quibus mens mea erat suspensa, idest ego dubitabam.

Unum intendebam, scilicet videre Beatricem, et aliud michi respondit: credebam videre Beatricem, et vidi unum senem, vestitum cum gentibus gloriosis. Diffusus, idest conspersus, erat per oculos benigna letitia et per genas, in actu pio, qualis eterno Patri convenit, idest conveniens est. Conveniens est enim quod Pater eternus sit benignus et letus suis bonis filiis. Iste sanctus senex erat Sanctus Bernardus. Ista fictio fuit valde bona: nam non restabat ammodo auctori videre nisi ultimum finem, scilicet Deum;

- ²⁰ Unum intendebam, et aliud michi respondit:
Credebam videre Beatricem, et vidi unum senem
Vestitum cum gentibus gloriosis.
²¹ Diffusus erat per oculos et per genas
Benigna letitia, in actu pio,
Qualis eterno Patri est conveniens.
²² Et, Ubi est ipsa? subito dixi ego.
Unde ipse: Ad terminandum tuum desiderium
Movet Beatrix me de loco meo;
²³ Et si respicis sursum in tertium gyrum
Summi gradus, tu eam videbis
In trono quem sua merita sibi sortita sunt.
²⁴ Sine responso oculos sursum levavi,
Et vidi ipsam, que sibi faciebat coronam,
Reflectendo a se eternos radios.

quem videre et ad ipsum pervenire non poterat, nisi mediante Virgine Maria, intercedente pro ista gratia obtinenda; et ad ipsam beatam et gloriosam Virginem Mariam pervenire non poterat, nisi esset sociatus aliquo conductore sufficiente ad hoc, idest bene devoto ipsius Virginis, qui conduceret eum ad ipsam et qui esset bene familiaris ipsi Virgini. Sed inter omnes devotos Beate Virginis, Sanctus Bernardus fuit singularissimus. Hic fuit de Gallia, ubi tamen modo dicitur Germania. Fuit homo valde nobilis, dives et pulcher homo, qui in sua iuventute sprexit omnia terrena et mundana, et omnia relinquens, reduxit se ad desertum; et fuit tanti valoris, quod ipse conduxit secum quinque germanos natos ex eisdem parentibus, et tandem ad ultimum conduxit etiam patrem; et in deserto fuit diu. Nec erat litteratus, et tamen orando factus fuit subtilissimus quasi in omnibus scientiis, maxime in Sacra Theologia; et confitetur se habuisse quercus, fagos, pro doctoribus, et nihil aliud; et per se ita mediante oratione speculatus est et mirabilissimus doctor est, et fuit loquutus ita alte et profunde et ita pulchre, quod sui textus videntur extrahere spiritus extra carnem, idest in extasim inducere homines. Non sunt adhuc ducenti et quadraginta anni, quod ipse fuit et claruit. Fuit letus homo, alacer, optimus pater; post quem patrem optima familia et filii venerunt.

Et, Ubi est ipsa? subito dixi ego. Unde ipse, scilicet ait: Ad terminandum tuum desiderium, idest satiandum, movet Beatrix me de loco meo, idest voluit quod inde recederem, et huc ad te venirem.

Et si respicis sursum in tertium gyrum summi gradus, tu eam revidebis in trono quem sua merita sibi sortita sunt vel assignaverunt, idest meritorie acquisierunt.

Sine responso oculos sursum levavi, idest exi, et vidi ipsam, que sibi faciebat coronam, reflectendo a se eternos

- ²⁵ Da quella region, che più su tona,
Ochio mortal alcun tanto non dista,
Qualunque in mar più giuso s'abbandona,
²⁶ Quanto da Beatrice la mia vista;
Ma nulla mi facea, chè sua effigie⁽¹⁾
Non discendeva a me per mezzo mista.
²⁷ O donna, in cui la mia speranza vige,
E che soffristi per la mia salute
In Inferno lassar le tue vestige⁽²⁾;
²⁸ Di tante cose, quant'io ho vedute,
Da tuo potere e da la tua bontate
Ricognosco la gratia e la virtute.
²⁹ Tu m'hai di servo tracto a libertate,
Per tutte quelle vie, per tutt'i modi,
Che di ciò fare havevi in potestate.
³⁰ La tua magnificentia in me custodi
Sì, che l'anima mia, che fact'hai sana,
Piacente a te dal corpo la disnodi.
- ²⁵ Ab illa regione, in qua magis fiunt tonitrua,
Oculus mortalis aliquis non tantum distat,
Quantumcumque in mari infra se derelinquit,
²⁶ Quantum a Beatrice mea visio;
Sed nihil michi faciebat, quia sua effigies
Non discendebat ad me per medium mixta.
²⁷ O domina, in qua mea spes vigeat,
Et que sustinuisti propter meam salutem
In Inferno dimictere tua vestigia;
²⁸ De tot rebus, quot ego vidi,
A tua posse et a tua bonitate
Recognosco gratiam et virtutem.
²⁹ Tu me de servo traxisti ad libertatem,
Per omnes illas vias, et per omnes modos,
Qui hoc faciendi habebant potestatem.
³⁰ Tuam magnificentiam in me custodias
Ita, quod anima mea, quam fecisti sanam,
Placens tibi a corpore disnodetur.

⁽¹⁾ forma — ⁽²⁾ pedate.

radios, quia radii Dei splendebant in ea. Quia parum vel nihil videmus de gloria Dei, nisi quantum per Beatricem nobis demonstratur.

Modo ponit auctor quantum Beatrix erat alta, et quantum distabat ab illo situ ubi erat ipse auctor cum Sancto Bernardo; et dicit quod erat tantum supra ipsum, quod nullus est oculus in mundo, qui sit ita longinquus a loco ubi tonitrua generantur magis alte, quantumcumque talis oculus esset in profundo maris et in magis ymo loco. Nota quod tonitrua generantur in secunda regione aieris, sive in secundo interstitio: et est bene magnum spatium a terra sive a superficie terre usque ad secundum interstitium aieris; tanto magis spatium est [a] fundo maris usque ad illud secundum interstitium aieris: dicit tamen auctor, quod illa distantia nihil impedivit eum ne videret ipsam Beatricem, quia effigies Beatricis non veniebat ad oculos auctoris mixta per medium. Nota quod, ad hoc quod hic inter nos fiat perfecte visio corporalis, requiruntur, ut vult Aristoteles in secundo libro De anima, multa: primo, quod ibi sit res visa: potentia videntis, et organum mediante quo, medium per quod; et illud debet esse illuminatum: debita distantia: debita proportio inter rem visam et potentiam videntem. Modo in visione corporali, si distantia esset nimis magna et longa, visio non fieret; quia species rei visibilis per tantum spatium mixtum, ut esset aier, vel cristallus, vel aqua, vel aliud corpus dyaphanum, non posset ad organum potentie visive [pervenire]. Sed tale impedimentum non habet hic locum; quia ibi non causatur visio per medium mixtum, et ibi visio non est limitata propter distantiam medii. Ideo dicit textus: Ab illa regione, in qua magis supra fiunt tonitrua, oculus mortalis aliquis non tantum distat, quantumcumque, idest etiam, in mari infra

se derelinquit, se abandonat, quantum a Beatrice mea visio, scilicet visus meus, distabat hic; sed nihil michi faciebat, idest obstabat, vel impendebat, quia sua effigies non ascendebat ad me per medium mixta, idest impedita, sed libere, sine interpositione alicuius rei impediens.

Modo ponitur oratio auctoris facta ad ipsam Beatricem, que fuit talis: O domina, que propter meam salutem, et ad salvandum me et ad liberandum me a periculis, descendisti ad Infernum, quecumque ego vidi et didici, a tua potentia et a tua bonitate reputo et recognosco evenire. Tu me liberasti a servitute, scilicet peccatorum, omnibus viis et modis, quibus hoc melius fieri potest.

Tuam magnificentiam custodi ita, [quod] quando moriar, anima mea sit bene disposita cum Deo. Et facta ista oratione, licet ipsa Beatrix esset a longe, tamen ipsa subrisit et respexit ipsum auctorem; et ridere et inspicere fuerunt signa, quod ipsa annuit petitioni eius. Demum ipsa Beatrix revolvit oculos ad ipsum Deum.

O domina, in qua mea spes vigeat, et que sustinuisti, sufferisti, propter meam salutem, in Infernum dimictere tua vestigia (quia in secundo capitulo Inferni Virgilius, confortans ipsum Dantem, dixit: Sis constans et securus, quia venio ad te missus per Beatricem, que venit ad me ad illum circulum Inferni, scilicet primum, ubi stant spiritus illustres, precipiens michi, ut venirem ad te confortandum et adiuvandum); de tot rebus, quot ego vidi, a tuo posse et a tua bonitate recognosco gratiam et virtutem.

Tu me de servo, idest servitute, traxisti ad libertatem, per omnes illas vias que hoc faciendi habebant potestatem. Idest: tu liberasti me a vitiis, ab ignorantia, dedisti michi sapientiam et virtutem.

Iam auctor facit petitionem, dicens: Sicut michi bonum

- ³¹ Così orai; e quella, sì lontana
Come pareva, sorrise, e riguardommi;
Poi si tornò all'eterna fontana ⁽¹⁾.
- ³² E 'l santo sene: A ciò che tu assummi
Perfectamente, disse, el tuo cammino,
A chi prego et amor sancto mandommi,
- ³³ Vola cogl'ochi per questo giardino;
Chè lui veder t'acconcerà lo sguardo
Più a montar per lo raggio divino.
- ³⁴ La Regina del cielo, ond'io ardo
Tutto d'amor, ne farà ogni gratia,
Perch'io son el suo fedel Bernardo.
- ³⁵ Qual è colui, che forse di Cloatia
Vien a veder la Veronica nostra,
Che ⁽²⁾ per l'antica fama ⁽³⁾ non sen satia,
- ³⁶ Ma dice nel pensier, finchè si mostra:
Signor mio Iesu Christo, Dio verace,
Or fu sì facta la sembianza vostra?
- ³⁷ Tal era io mirando la vivace
Carità di colui, che 'n questo mondo,
Contemplando, gustò di quella pace.

⁽¹⁾ contemplatione divina — ⁽²⁾ al. quale di Cloatia — ⁽³⁾ al. fame, i. desiderio.

fecisti, et tot bona, et posuisti me in tanta gratia, conserva ipsam michi in tantum, quod anima mea, sana ad[iuvante] te, dissolvatur a corpore, quando ego moriar, ita quod perfecterim omnia tibi grata, placita, et precepta Dei et tui, o Sacra Scriptura. Tuam magnificentiam in me custodias ita, quod anima mea, quam fecisti sanam, placens tibi, supple et Deo, a corpore disnodetur, idest dissolvatur.

Sic oravi, et illa, ita *lontana*, idest a longe stans, sicut apparebat, subrisit et respexit me, que [postmodum] rediit ad eternum fontem, ut ipsa impetraret ab eterno fonte, idest Deo, istam gratiam a me petitam.

Et sanctus senex. E'l santo sene: hec est quarta pars huius capituli, in qua auctor [dicit], quomodo, inductione et ducatu et adiutorio Sancti Bernardi, ipse pervenit ad notitiam Dei et totius curie celestis et maxime Virginis Marie. Nam iste sanctus senex dixit sibi: Ut tu venias ad finem intentum, propter quem tu tot et tanta fecisti, et propter quem Beatrix me misit ad te, respice per viridarium; quia tale videre acuet tibi intuitum, vel aspectum, ad plus ascendendum per radium divinum: et tu videbis quod Regina celi, cuius ego sum devotus et in cuius amore ego ardeo, impetrabit nobis omnem gratiam necessariam ad habendum finem tuum intentum; nam ego sum Bernardus, qui diligo et dilexi ipsam Virginem et ipsam toto corde contemplatus sum.

Hiis auditis, Dantes stetit stupidus, et dicebat in se, Ne

- ³¹ Sic oravi; et illa, ita *lontana*
Sicut apparebat, subrisit, et respexit me;
Postmodum rediit ad eternum fontem.
- ³² *Et sanctus senex: Ad hoc ut tu assumas*
Perfecte, dixit, tuum iter,
Ad quod preces et amor sanctus me miserunt,
- ³³ *Vola cum oculis per istud viridarium;*
Quia videre illud acuet tibi intuitum
Plus ad ascendendum per radium divinum.
- ³⁴ *Et Regina celi, unde ego ardeo*
Totus amore, nobis faciet omnem gratiam,
Et [iam] quia ego sum suus fidelis Bernardus.
- ³⁵ *Qualis est ille, qui forsan de Croatia*
Venit ad videndum Veronicam nostram,
Qui propter antiquam famam non satiatur,
- ³⁶ *Sed dicit in cogitatione, dum monstratur:*
Domine mi Iesu Christe, Deus verax,
Fuit ne talis similitudo vestra?
- ³⁷ *Talis eram ego admirando vivacem*
Caritatem illius, qui in isto mundo,
Contemplando, gustavit de illa pace.

est ita, quod iste sit Sanctus Bernardus? Sicut faciunt illi de Croatia et de longis partibus, quando vadunt Romam, et ostenditur Sudarium Christi, sive Veronica, et ipsi videntes Veronicam, dicunt intra se, O Domine Iesu Christe, fuit ne talis facies tua? et propter antiquam famam non satiantur ipsam Veronicam intueri. Et sanctus senex, supple dixit michi: Ad hoc ut tu assumas, idest compleas, perfecte, dixit, tuum iter; ad quod, scilicet perficiendum, preces, scilicet Beatricis, et amor sanctus me miserunt, idest conduxerunt; vola, idest respice, cum oculis, per istud viridarium, idest speculari intellectualiter statum istorum sanctorum angelorum et spirituum humanorum: quia sic optime disposeris et habilitaberis ad perveniendum ad finem tuum intentum, scilicet ad acquirendam divinam gratiam et ad videndum Deum; quia videre illud acuet tibi, scilicet fortificabit, intuitum, idest aspectum, plus ad ascendendum per radium divinum. Et Regina celi, unde ego ardeo, idest eius amore, totus, nobis faciet omnem gratiam, sicut nobis expedit, et [iam] quia ego sum suus fidelis Bernardus. Modo ostendit dispositionem, quam tunc habuit, auditis verbis Bernardi. Qualis est ille, qui forsan de Croatia (est una patria in regno Ungarie) venit, scilicet Romam, ad videndum Veronicam nostram, idest sudarium Christi quod nos, scilicet Romani, habemus, qui, propter antiquam famam de ipsa Veronica, non satiatur, scilicet intueri, sed dicit in cogitatione, idest in corde, dum monstratur, scilicet sudarium: Domine mi Iesu Christe, Deus verax, fuit ne talis similitudo, idest apparentia, vestra? Talis eram

- ³⁸ Figluol di gratia, quest'esser giocondo,
Cominciò elli, non ti sarà noto
Tenendo gl'ochi pur quaggiù al fondo;
- ³⁹ Ma guarda e cerchi infin al più remoto,
Tanto che vegghi seder la Regina ⁽¹⁾,
Cui questo regno è subdito e devoto.
- ⁴⁰ Io levai gl'ochi; e come la mattina
La parte oriental del orizonte
Soverchia quella dove 'l sol declina ⁽²⁾,
- ⁴¹ Così, quasi di valle andando al monte
Cogl'ochi, vidi parte nell'estremo
Vincer di lume tutta l'altra fronte.
- ⁴² E come quivi, ove s'aspetta el temo
Che mal guidò Phetonte, più s'infiama,
E quinci e quindi el lume si fa scemo;
- ⁴³ Così quella pacifica oryafiamma ⁽³⁾
Nel mezzo s'avvivava, e d'ogni parte
Per egual modo allentava la fiamma.
- ³⁸ *Fili gratie, istud esse iocundum,*
Incepit ipse, non fiet tibi notum
Tenendo oculos solum hic infra ad fundum;
- ³⁹ *Sed respice circulos usque ad remotiorem,*
Tantum quod videas sedere Reginam,
Cui istud regnum est subiectum et devotum.
- ⁴⁰ *Ego levavi oculos; et sicut de mane*
Pars orientalis de orizonte
Superat illam, ubi sol declinat,
- ⁴¹ *Sic, quasi de valle eundo ad montem*
Cum oculis, vidi partem in extremo
Vincere de lumine totam aliam frontem.
- ⁴² *Et sicut hic, ubi expectatur themus*
Quem male conduxit Phetont, magis inflamma[tur]
Et hinc et inde lumen diminuitur;
- ⁴³ *Sic illa pacifica aurea flamma*
In medio vivifica[ba]tur, et ab omni parte
Per equalem motum alleviatur flamma.

⁽¹⁾ Maria — ⁽²⁾ al. dichina — ⁽³⁾ orientale.

ego, admirando vivacem caritatem illius, scilicet Sancti Bernardi, qui in isto mundo, contemplando, gustavit de illa pace. Idest: etiam in illo mundo, vivens in carne, loquebatur cum Deo; ita fuit contemplativus.

Tunc dixit Bernardus: Fili, qui es de numero electorum, quia per gratiam Dei tu es filius eius, tu non posses videre totum quod cupis intueri, solum videndo [me] et michi similes, sed oportet quod tu intu[e]aris Reginam istius curie celestis. Fili gratie, idest tu Dantes, qui es predestinatus de numero electorum, istud esse iocundum, incepit ipse, scilicet Bernardus, dicere, non fiet tibi notum, tenendo oculos solum hic infra ad fundum, idest intuendo me et istos qui sunt hic mecum; sed respice circulos usque ad remotiorem, idest magis remotum, tantum quod videas sedere Reginam, cui istud regnum est subditum et devotum.

Per talem comparisonem vult ostendere auctor, quantum sedes Beate Marie Virginis in claritate, in felicitate et gloria excedit alias sedes beatorum spirituum humanorum: quantum in claritate pars orientalis, tunc quando de mane [sol] oritur, excedit occidentalem. Tunc, quando sol primo oritur, pars orientalis est tota clara, occidentalis vero vix habet aliquid de luce. Ego levavi oculos; et sicut de mane pars orientalis de orizonte (orizon est circulus dividens emispyria, idest superius ab inferiori) superat illam ubi sol declinat, idest occidentalem (quia in occidente sol declinat. Quasi dicat: sine comparatio[n]e sedes Beate Marie Virginis excedit alias sedes); sic, quasi de valle eundo ad montem cum oculis, vidi partem in extremo vincere de lumine totam aliam frontem.

Modo per aliam comparisonem ostendit, quomodo Beata Virgo Maria lumen, quod ipsa recepit continue a divina maiestate, diffundit et communicat per omnes alias sedes. Comparatio talis est. Nam sol semper volvitur per circumulum zodiacum, in quo sunt undecim signa, in quorum quolibet sol stat per unum mensem. Modo, quia continue sol transit per ipsum zodiacum, ideo zodiacus et partes celi sibi propinquiores illuminantur magis quam partes que multum appropinquant Urse maiori, idest plastro, et distat ab ipso zodiaco, in quibus, scilicet partibus, expectatur themus, scilicet currus Solis (ista hystoria ponitur ab Ovidio in principio secundi libri Methamorphoseos, et est posita in isto opere iam pluries, maxime in capitulo sextodecimo Inferni; ideo ipsam hic non replico); sicut igitur partes celi, propinquiores zodiaco, per quem sol continue volvitur, magis illuminantur quam remotiores ab ipso zodiaco, et propinquiores polis mundi; ita claritas Dei, gloria ipsius, plus diffunditur in Virgine Maria, et minus in aliis spiritibus humanis in celo, etcetera.

Et sicut hic ubi expectatur, idest in zodiaco, themus, scilicet currus, quem, scilicet currum, male conduxit scilicet Phetont, magis inflammatur, et hinc inde, idest in remotis partibus ab ipso zodiaco, lumen scematur, idest efficitur diminutum; sic illa pacifica aurea flamma, idest Beata Virgo Maria, vivifica[ba]tur in medio; et ab omni parte, tam ad dextram quam ad sinistram scilicet, per equalem modum allentabatur, idest alleviatur, sive diminuebatur, flamma, quia sedes, que sunt hinc et inde ad dexteram et ad sinistram sedis Virginis Marie, minus erant illuminate quam ipsa sedes Virginis Marie, que maxime erat illuminata. Dicitur Virgo Maria pacifica, quia dedit nobis pacem.

- 44 Et in quel mezzo colle penne sparte
Vid' io più di mill'angel ⁽¹⁾ festanti,
Ciascun distincto e di fulgor e d'arte.
- 45 Vidi a' lor giuochi quivi et a' lor canti
Rider una bellezza ⁽²⁾, che letitia
Era negl'ochi a tutti gl'altri sancti.
- 46 E s'io avessi in dir tanta divitia,
Quanta ⁽³⁾ ad ymaginar, non ardirei
Lo minimo temptar di sua letitia.
- 47 Bernardo, quando vidde gl'ochi miei
Nel caldo suo calor fixi et attenti,
Li suoi con tant'affetto volse a lei,
Ch'è miei di rimirar si fer più attenti.

(¹) angeli — (²) di Maria — (³) ho, al. quanto.

Modo auctor ponit festum quod ibi coram Virgine celebratur, quia plusquam mille angeli volantes, distincti in fulgore et in arte, ludunt, cantant, rident et dabant letitiam omnibus sanctis qui sunt ibi. Et ad illud medium, cum pennis expansis, idest alis, vidi ego plus quam mille angelos festantes, quemlibet distinctum et fulgore et arte; quia unus est clarior alio et beatior, et e[r]go artificiosior.

Vidi ego, scilicet adhuc, ad eorum ludos et ad eorum cantus ridere unam *bellezzam*, idest unam pulchritudinem, que letitia erat in oculis omnibus aliis sanctis. Hec omnia fingit auctor, ad ostendendum magnam gloriam Virginis Marie, celi regine.

Iam auctor se excusat, si non perfecte describit illud gaudium, quod hic vidit, idest speculatus est, quasi dicens: Si ego haberem habundantiam terminorum et no-

- 44 Et ad illud medium cum pennis expansis
Vidi ego plusquam mille angelos festantes,
Quemlibet distinctum et fulgore et arte.
- 45 Vidi ego ad eorum ludos et ad eorum cantus
Ridere unam pulchritudinem, que letitia
Erat in oculis omnibus aliis sanctis.
- 46 Et si haberem in dicendo tantam habundantiam,
Quot ymaginationes, non auderem
Minimum tentare de suis deliciis.
- 47 Bernardus, sicut vidit oculos meos
In calido suo calore fixos et actentos,
Suos cum tanto affectu voluit ad illam,
Quod meos respiciendi fecit plus ardentis.

minum et verborum, etc., quod possent haberi per imaginationem, ego in dicendo, sive in describendo, non possem describere minimam partem illarum deliciarum et illorum gaudiorum. Et si haberem in dicendo, idest describendo, tantam habundantiam, scilicet vocabulorum, quot ymaginationes, idest tot quot possit quis imaginari, non aude-rem, idest non possem, minimum temptare, idest minimam partem de suis delitiis, idest gaudiis, describere.

Videns Bernardus, quod auctor stabat bene actentus ad respiciendum omnia que ibi erant et actentus ad verba ipsius Bernardi, tunc ipse Bernardus voluit se ad Virginem Mariam valde affectuose. Bernardus, sicut vidit oculos meos in calido suo calore, idest desiderio, fixos et actentos, suos, scilicet oculos, cum tanto affectu voluit ad illam, scilicet Virginem, quod meos, scilicet oculos, respiciendi fecit plus ardentis, idest avidos magis et voluntarios.

LA VISIONE IN CIELO

Le immagini del Poeta, a mano a mano che sale in alto, si affinano e spiritualizzano, e co' loro vivi contrasti fanno trasparire l'intellettuale puro attraverso i veli sottili delle allegoriche immagini che lo rivestono. Bello è questo trascendere la vita de' sensi ed entrare in un mondo nuovo, dove si apre la scena di quel che sarà, cioè del perfetto, dell'attuazione, insomma, di quello che in idealità fu quaggiù ala, tormento e speranza all'uomo viatore. E questo volo rapisce maggiormente, confrontato che sia con la letteratura pagana o con quella di chi vorrebbe oggi imitarla, nelle quali non è che discesa e impregnamento di sensualismo nelle idee e negli affetti; impregnamento che riesce a pura materia e corruzione.

L'ideale dantesco è cattolico, quindi indefinito nel suo ascendere, perchè mira all'infinito; e a mano a mano che sale per gli interminati spazi celesti, accenna allo scioglimento dello spirito da' confini dello spazio che ora lo chiudono e ne inceppano l'azione.

Da quella regione, che più su tuona,
Occhio mortale alcun tanto non dista,
Qualunque in mare più giù s'abbandona,
Quanto da Beatrice la mia vista:
Ma nulla mi facea; ch'è sua effigie
Non discendeva a me per mezzo mista.

Le distanze de' cieli, incommensurabili a noi, i quali, troppo grandi da fermarci al finito e troppo piccoli da raggiungere l'infinito, vaghiamo nell'indeterminato degli universali filosofici, delle computazioni delle vastità e delle stesse quantità evanescenti, in sé stesse determinate, perchè sotto l'azione di una legge eterna; quelle distanze non impacciano più il vedere del Poeta (*nulla mi facea*), perchè più non opera per mezzo misto. E vuol dire che la distanza spaziale, in quanto accenna alla molteplicità e vastità del creato, è fenomeno e nulla più, rispetto alla necessità dell'operazione mediata che sembra a noi risultarne: lassù dove ora si trova, l'occhio, e con esso gli altri suoi sensi tutti (perchè il più alto contiene tutti gli inferiori), trasvola, o meglio, riceve immediate e pure le immagini delle cose, anche se siano lontanissime, e pertanto le ha o può averle tutte di un modo presenti. Finchè l'uomo è in istato di via, le leggi dello spazio e del tempo lo stringono, come un fantolino tra le fasce, e ne impacciano i moti, rendendoli lenti e faticosi. Nè queste leggi si hanno a dire tiranniche; basta osservare che per esse si ha il soggetto di quella parte di scienze naturali, che più si avvicina al grado di scienza perfetta, vale a dire la meccanica: sono dunque provvidenziali, in quanto che si piccoli di mente e di cuore come siamo, se quelle non fossero, abuseremmo facilmente della potenza ricevuta, e metteremmo a squadrare l'universo. E con profonda ragione l'Alighieri, usando dell'ipotesi aristotelica delle intelligenze motrici delle sfere, ne

assegna l'ufficio agli angeli confermati in grazia dopo che ebbero felicemente superata la prova, mettendo il Superbo che voleva padroneggiarli, stretto da tutti i pesi del mondo che gli servono di catene. Insomma, è bene che sia ora a noi limitato l'uso delle forze create, affinchè resti salva la sostanziale armonia dell'intero, secondo che Dio l'ebbe ordinato.

Ma l'intelletto nostro intravede e sente la possibilità di potersi francare da cosiffatte leggi, e vi aspira: ed invero, a mano a mano che egli avanza in perfezione, vediamo ampliarsi il potere. I Santi poi li vediamo valicare operando miracoli, più e meno secondo l'abbondanza de' doni soprannaturali ricevuti. Il qual loro potere, se non sempre si manifesta esteriormente in prodigi sensibili, tutti però lo posseggono dentro, e ne procedono gli atti soprannaturali di virtù eroica da essi praticata; atti di tanto più superiori ai miracoli esterni, di quanto più l'ordine spirituale al materiale soprasta. E questo travalicare le leggi naturali della materia e dell'inerzia spirituale, è un vero francarsi a libertà, la quale non ha già per norma il libito od il piacere, come vorrebbero i licenziosi, ma il bene ed il vero. « Veritas liberabit vos » (IOAN. VIII, 131), ha detto chi davvero ne conosceva l'origine e l'essenza. E però una liberazione è al Poeta l'ascendere al cielo; è, diciamo, la liberazione dalle leggi di necessità naturale, che oggi vorrebbero predicarsi come assolute, non superabili da qualsiasi forza.

Tu m'hai, di servo, tratto a libertate
Per tutte quelle vie, per tutti i modi
Che di ciò fare avean la potestate.

Termine adunque alla perfettibilità umana è, secondo il Cristianesimo, la libertà; quella libertà, di cui a' pagani, pur esaltandola, mancò sempre l'intero concetto, dacchè non fosse mai presa da essi in tutta la sua universalità, anzi la restringessero alla politica, negandola agli schiavi, alla donna, a' figli, agli stranieri, ai nemici; e, dunque, alla più parte del genere umano. Tanto scarsamente ne balenava alle menti pagane il puro splendore, che poi rifulse chiarissimo per la parola di Cristo!


Ed oggi in tanto entusiasmo e in tanto vociare di libertà, pur troppo se ne oscura di nuovo l'idea; e l'impero cieco e tenebroso della necessità trova, tra gli esageratori di libertà, apostoli fervorosi. Ma le immortali dottrine di Gesù Cristo, veramente libere e liberatrici, non possono non prevalere: imperocchè esse sole trovano nelle anime nostre, naturalmente cristiane, echi di mirabili armonie, e si mostrano divinamente efficaci, e però non possono mancare nell'effettuamento di quel regno di libertà, regno di Dio, che al Poeta piacque di porre nelle altezze eccelse sopra le sfere celesti, ma che vide altresì essere intimissimo a noi, secondo quella parola divina: « Regnum Dei intra vos est (Luc. XVII, 21) », e la società poterne godere, se le piaccia, anche su questa terra.

CAPITULI TRICESIMISECUNDI SUMMARIUM

In isto tricesimosecundo capitulo, quod incipit: *Affectum ad suam complacentiam*, auctor ponit quomodo Sanctus Bernardus assumpsit officium doctoris, et incepit dicere: Vide illam, que est ad pedes Regine: est Eva, que fecit plagam humano generi, quam ipsa Regina unxit et sanavit. In tertiis sedibus sedet Rachel cum Beatrice, Sarra, Rebeccha, Iudith et Ruth: et sic de gradu in gradum sedent Hebreæ. Et ex ista parte, in qua apparet pomum maturum, sedent illi spiritus qui crediderunt in Christum venturum; ex alia parte unde sunt intercesi semicirculi, stant illi qui crediderunt Christum venisse. Sub Sancto Ioanne Baptista sunt Sancti Franciscus, Benedictus et Augustinus; et alii postea stant sicut meruerunt. Nota quod Dantes dividit celum Empyreum, quantum ad situm spirituum humanorum, in duas partes equales: in sinistra sunt omnes de Testamento veteri; in dextra sunt omnes assumpti ad celum de novo Testamento. Demum iste due partes dividuntur per transversum: et in superiori parte stant illi qui suis meritis cum meritis Christi ascenderunt; in inferiori parte stant illi qui nihil per se meruerunt, sed solum propter merita Christi, cum aliquibus conditionibus, mediante fide parentum, mediante oblationibus, et circumcissione ante adventum Christi, illic sunt deportati. In parte inferiori sinistre partis stant parvuli, modo dicto salvati, de antiquo Testamento; in parte inferiori dextre partis stant filii christianorum baptizati, et [qui] moriebantur ante tempus discretionis, etc., ut patet in hac figura.

Movetur unum dubium hic tale. Illi pueri, qui moriebantur ante usum rationis, non sunt uniformiter beati, sed unus est beator alio. Unde procedit hoc? Nam non propter merita eorum, excedentia unum reliquum, provenit ista inequalitas.

nec ex meritis Christi, et nulla alia datur causa istius beatitudinis. Unde ergo hoc procedit? Hoc dubium proponit auctor Sancto Bernardo, qui declarans ei dubium istud, dicit in ista curia nullum posse esse casum nec aliquam fortunam, nec evenit hic a casu aliquid aut fortuna, sicut nec sitis, nec fames, sed omnia sunt per antiquam legem stabilita. Ideo dicit Sanctus Bernardus, quod quando Deus creat animas, non omnes dotat sua gratia equaliter, sed unam plusquam aliam; et secundum maiorem gratiam vel minorem quam Deus dat, sunt postea iste anime parvulorum beatiore una alia: et hic nulla alia causa potest assignari, nisi quia sic facere placet Deo. Demum Sanctus Bernardus admonet auctorem ut respiciat in faciem similiorem Christo, asserens illam esse faciem Virginis gloriose, que potest eum iuvare et adiutorium sibi prebere ad videndum Deum. Circum circa Virginem volabant et recirculabant quasi innumeri angeli. Demum inter alios festabat Sanctus Gabriel, cantans: Ave Maria, gratia plena; et isti dicto respondebat tota curia Paradisi. Postea dixit Sanctus Bernardus auctori: Ammodo veni, et intueri sicut ego loquar. Illi duo patritii, qui sunt propinquiore Regine, sunt due radices istius rose: ille qui est a sinistris, est Adam qui mordit pomum toto humano generi tam amarum; ille qui est a dextris, est ille pater vetustus, idest Sanctus Petrus, cui Deus dimisit claves. Iuxta Adam sedet Moyses; de contra Sanctum Petrum stat Sancta Anna, que continue intuetur filiam suam; et e contra sedet Lucia. Et dicit Sanctus Bernardus: Ammodo faciendus est finis istis dictis, et orandum est ad Virginem gloriosam, ut impetret gratiam a Deo pro auctore, ut ipse sic disponatur quod possit videre Deum.



nardus: Ammodo faciendus est finis istis dictis, et orandum est ad Virginem gloriosam, ut impetret gratiam a Deo pro auctore, ut ipse sic disponatur quod possit videre Deum.

CAPITULUM TRICESIMUMSECUNDUM

- ¹ Refecto (¹) a suo piacer quel contemplante (²), ¹ *Affectum ad suum placitum ille contemplans,*
 Libero officio di doctor assume, *Liberum officium doctoris assumpsit,*
 E cominciò queste parole sante: *Et incepit ista verba sancta:*

(¹) al. affecto — (²) Bernardo.

Affectum ad suum placitum. L' affecto al suo piacere: istud est tricesimumsecundum capitulum istius Paradisi, in quo auctor, declarata forma Paradisi in capitulo precedenti in generali, declarat predictam formam particulariter. Et dividitur in quatuor partes. In quarum prima distinguit ipse auctor gradus ordinis, tam novi quam veteris Testamenti.

In secunda parte, que incipit ibi:

Et scias quod a gradu inferiori;
 E sappi che del grado in giù,

auctor describit gloriam et beatitudinem parvorum innocentium, et pertractat unum dubium subtile circa materiam illam.

In tertia parte, que incipit ibi:

Respice ammodo in faciem;
 Rignarda omai nella faccia,

auctor describit felicitatem et gloriam Beate Virginis Marie, que omnes excedit.

In quarta parte, que incipit ibi:

Sed venias ammodo;
 Ma vieni omai,

auctor describit aliquos spiritus illustres tam veteris quam novi Testamenti.

Primo igitur auctor distinguit ordinem beatorum, premittendo continuationem dictionum cum dicendis, more suo solito, sic. Nam in fine precedentis capituli auctor conclusit, quod Sanctus Bernardus eum invitavit ad contemplandum Virginem Mariam; ideo nunc dicit quod post verba ista, assumpsit, scilicet Sanctus Bernardus, officium Doctoris sive Magistri et cepit loqui. Dicit igitur auctor: *Affectum ad suum placitum ille contemplans*, idest ille Bernardus videns meum affectum ad suam complacentiam, liberum officium Doctoris sumpsit, idest sicut Doctor loquutus est, sicut solitus erat in vita, et incepit, scilicet


loqui, ista verba sancta. Ista littera est satis intricata, istius capituli: ideo notanda sunt aliqua. Primo, quod auctor intendit hic dicere, quod, sicut una mulier, scilicet Eva, dampnavit mundum, ita alia salvavit mundum; idest sicut Eva fuit magna causa dampnationis humani generis, ita Virgo Maria fuit magna causa salutis. Utitur hic Sanctus Bernardus isto vocabulo plaga, sive vulnus, quia per plagam, sive per vulnus, sepe infertur mors plagato. Ideo dicit quod plagam, quam aperuit, idest fecit et percussit, Eva, scilicet eandem unxit et clausit Virgo Maria. Omnia ista vocabula sunt similitudinaria, quia unctores plagarum sunt causa clausionis et curationis earumdem; sicut aperitio plagarum, idest scissio plagarumque punctura earumdem, sunt causa productionis egritudinis. Secundo est hic notandum, quod auctor hic dividit et distinguit celum Empyreum et curiam celestem in duas medietates et partes equales, sicut et tota terra dividitur in duas partes equales. Licet communis divisio contineat tres partes, scilicet Asiam, Europam et Africam, rei veritas est, ut vult Lucanus, quod Asia est medietas terre habitabilis, et Africa et Europa sunt alia medietas; quia tantum de terra habitabili continet Asia sola, quantum continent Europa et Africa simul. Tunc sic, a simili spera celi, sive celum Empyreum et rotundum. Ymaginemur igitur unam lineam, que dividit ipsum celum Empyreum in duas medietates: in qua[rum] una, scilicet in sinistra, sunt omnes anime veteris Testamenti; in alia, scilicet in dextra, sunt omnes salvati in Testamento novo. Ymaginemur etiam, quod in qualibet istarum partium sunt gradus a summo sursum usque ad ymum deorsum, et sunt gradus superiores, medii et inferiores; et nedum sunt tres gradus, [et] sunt situati secundum prius et posterius, superius et inferius, sed et sunt quinque, sex, septem, et amplius. Nota quod auctor facit magnam mentionem de mulieribus, que fuerunt matres multorum progenitorum primi ordinis, scilicet antiqui Testamenti. In primo gradu est regina celi, scilicet Virgo Maria. Sub pedibus eius, secundum gradum habet Eva, mater omnium;

- ² La piaga, che Maria richiuse et unse,
 Quella ch'è tanto bella da' suo' piedi
 È colei che l'aperse e tanto punse.
³ Nell'ordine che fanno e terzi sedi,
 Siede Rachel di sotto da costei,
 Con Beatrice, sì come tu vedi.
⁴ Sarra, Rebeccha, Iudith, e colei
 Che fu bisava al cantor (¹), che, per dogla
 Del fallo (²), disse: Miserere mei.
⁵ Puoi tu veder così di sogla in sogla
 Giù digradar, com' io, ch' a proprio nome
 Vo per la rosa in giù di fogla in fogla.

(¹) David — (²) peccato suo.

- ² *Plagam, quam Maria reclusit et unxit,*
Illa que [est] tantum pulchra ad suos pedes
Est illa que aperuit et que punxit.
³ *In ordinem quem faciunt tertie sedes,*
Sedet Rachael infra istam,
Cum Beatrice, sicut tu vides.
⁴ *Sarra[m], Rebeccha[m], Iudith, et illa[m]*
Que fuit proava cantori, qui, propter dolorem
Falli, dixit: Miserere mei,
⁵ *Potes tu videre sic de limine in limen*
Infra degradari, sicut ego, qui proprio nomine
Vado per rosam infra de folio in folium.

et dicitur pulchra, quia plasmata fuit a Deo. Tertium gradum tenet Rachael, per quam figuratur vita contemplativa, cum qua sedet domina Beatrix, que est divina scientia, contemplativa ipsius Dei. Sub istis, in quarto gradu, stat Sarra; in quinto Rebeccha; in sexto Iudith; in septimo Ruth Moabitidis. De Rachaele dictum fuit satis in secundo capitulo Inferni, que fuit uxor Iacob, sive Israel, ex qua ipse genuit Ioseph et Benjamin, pro qua servivit Laban socero suo quatuordecim annis; ideo per ipsam figuratur vita contemplativa. De Beatrice dictum est satis. Rebeccha fuit uxor Ysaac, ex qua nati sunt Esau et Iacob. Iudith fuit illa bona vidua, que liberavit Bethuliam, oppidum Israel, per decapitationem Holofernis, principis militie regis Nabuchodonosor, regis Assiriorum, obsidentis Bethuliam, ut habetur per totum librum Iudith. Alia mulier fuit Ruth, ex qua Bo[oz] genuit Obeth, qui fuit avus David, qui propter delictum, quod commisit de uxore alie[n]a, Urie, fecit illum psalmum, Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam.



In isto ordine sunt iam positi septem gradus, in quorum supremo sedet regina celi, scilicet Beata Virgo Maria. In secundo, sub isto primo, stat Eva. In tertio stat Rachael

cum Beatrice. In quarto Sarra uxor Abrahe. In quinto Rebeccha uxor Ysaac. In sexto Iudith. In septimo Ruth. Modo ab isto septimo gradu infra usque infimum, ultimum scilicet, stant alie Hebreae, dirimentes, idest dividentes, de flore, scilicet de rosa. Nota etiam quod varium credere in Christo habet dividere istum florem et ista scampna: nam aliqui crediderunt in Christum venturum, et omnes qui crediderunt in Christum venturum [stant ex una parte; alii qui crediderunt in Christum], qui venit in preterito, sunt qui salvati sunt postquam Christus venit in mundum, et isti stant ex alia parte. Modo isti varii modi credendi, scilicet credere in Christum venturum, et credere in Christum venisse, sunt unus murus, qui dividit istum florem et istam rosam. Nota etiam quod auctor vocat hic florem vacuum, ubi sunt spiritus veteris Testamenti; aliam partem floris, sive rose, vocat auctor intercisam, sive partem semicirculorum intercisorum, ubi sunt omnes salvati de novo Testamento, [et] ubi sunt collocati. Videtur etiam velle dicere auctor hic, quod tot salvabuntur de novo Testamento, quot sunt salvati de veteri Testamento. Tunc ad textum.

Plagam, idest vulnus, propter quam mundus fuit dampnatus, quam Maria reclausit, idest sanavit, et unxit, illa, que tantum pulchra ad suos pedes, scilicet Virginis Marie, scilicet sedet, e[st] illa, scilicet Eva, que aperuit, idest percussit, et que punxit, idest pupigit. Idest: illa Eva, que dampnavit humanum genus propter esum ligni vetiti, sedet ad pedes, idest sub pedes, Virginis Marie, que sanavit plagam illam et unxit.

In ordine quem faciunt tertie sedes, Rachael infra istam, idest sub ista, scilicet Eva, cum Beatrice [sedet], sicut tu vides. Quasi dicat: Tu, Dantes, bene scis quod per Rachaelem figuratur vita contemplativa; et Beatrix est tota contemplativa; ita quod in tertio scampno istius rose, sub gloriosa Virgine, scilicet celi regina, stant iste due, scilicet Rachael et Beatrix.

Sarra[m] in quarto scampno, Rebeccha[m] in quinto scampno, Iudith in sexto, Ruth in septimo, et illa[m], scilicet Ruth, que fuit proava cantoris, scilicet David, qui

- ⁶ E dal septomo grado in giù, sì come
Infino ad esso, succedon Hebreë,
Dirimendo del fior tutte le chiome;
⁷ Perchè, secondo lo sguardo che fée
La fede in Chrysto, queste son el muro
A che si parten le sacre scalee.
⁸ Da questa parte, onde 'l fiore è maturo
Di tutte le sue foglie, son assisi
Quei che credetter in Chrysto venturo.
⁹ Dall'altra parte, onde sono intercisi
Devoti in semicirculo, si stanno
Quei ch'a Chrysto venuto ebber li visi.
¹⁰ E come quinci el glorioso scanno
De la donna del ciel, e gl'altri scanni
Di sotto lui cotanta cerna fanno;
¹¹ Così di contra quel del gran Giovanni,
Che sempre sancto el deserto e'l martiro
Sofferse, e poi l'Inferno da due anni;
¹² E sotto lui così cerne[r] sortiro
Francesco, Benedecto et Augustino,
Et altri fin quaggiù di giro in giro.
¹³ Or mira l'alto proveder divino,
Che l'un e l'altro aspetto della fede
Equalmente empierà questo giardino.

propter dolorem falli, scilicet peccati, quod commisit cum Bersabea, alias uxore Urie, dixit de crimine, Miserere mei, scilicet illum psalmum, potes tu videre, scilicet iam, sic de limine in limen, idest de gradu in gradum, infra, scilicet descendendo cum oculis, degradari, idest de gradu in gradum ascendi vel descendi, sicut ego, supple video, qui proprio nomine vado per rosam, scilicet sic nominando, infra de folio in folium, idest de fronde in frondem.

Iam vidimus septem gradus: modo descenditur infra septimum. Et a septimo gradu infra sicut usque ad ipsas, succedunt Hebreë, dirimendo, idest dividendo, de flore omnes comas, idest summitates; quia secundum intuitum, qui fecit fidem ad Christum, iste, scilicet fides, est murus a quo, vel ubi, dividuntur sacre scalee, idest sacri gradus.

Ab ista parte, ubi flos est maturus, idest perfectus, vel repletus (quia in illa parte veteris Testamenti non sunt reponendi plures spiritus beati, humani), in omnibus foliis suis sunt assisi, idest sedent, illi qui crediderunt in Christum venturum.

Ab alia parte, unde sunt intercisi devoti semicirculi, invicem, idest simul, stant illi, qui ad Christum, postquam venit, habuerunt visum, idest illi qui crediderunt Christum venisse.

- ⁶ Et a septimo gradu infra, sicut
Usque ad ipsas, succedunt Hebreë,
Dirimendo de flore omnes comas;
⁷ Quia, secundum intuitum qui fecit
Fidem ad Christum, iste est murus
A quo dividuntur sacre scalee.
⁸ Ab ista parte, unde flos est maturus
In omnibus suis foliis, sunt assisi
Illi qui crediderunt in Christum venturum.
⁹ Ab alia parte, unde sunt intercisi
Devoti semicirculi, invicem stant
Illi qui ad Christum postquam venit habuerunt
¹⁰ Et sicut hinc gloriosum scampnum
Domine celi, et alia scampna
Sub ipso tantam cernam faciunt;
¹¹ Sic contra illud magni Ioannis,
Qui semper sanctus desertum et martyrium
Sustulit, et postea Infernum per duos annos;
¹² Et sub eo sic ordinem sortiti sunt
Franciscus, Benedictus et Augustinus,
Et alii usque huc de gyro in gyrum.
¹³ Nunc respice altum videre divinum,
Quia uno et alio aspectu fidei
Equaliter implebit istud viridarium.

Et sicut hinc gloriosum scampnum domine celi, idest Virginis Marie, et illa scampna sub ipso tantam cernam, idest ordinem, vel electionem, faciunt; sic contra illud, scilicet scampnum, ex adverso magni Ioannis, scilicet Baptiste, qui semper sanctus, idest in utero matris sanctificatus fuit, desertum et martyrium suffersit, idest sustinuit, vel sustulit, et postea Infernum per duos annos, quia duobus ante mortem Christi decapitatus fuit pro vera lege, scilicet Moysi[s], approbanda et sustinenda. Quia Sanctus Ioannes Baptista fuit maximus contemplator, ideo prope ipsum collocat valde contemplativos sanctos, sicut sunt isti ammodo immediate nominandi.

Et sub eo sic ordinem sortiti sunt Franciscus, Patriarcha et fundator Ordinis Fratrum Minorum; Benedictus devotissimus, qui habet multos Ordines; et Augustinus sacratissimus Doctor; et alii usque huc de gyro in gyrum, idest de circulo in circulum.

Nunc respice altum, idest profundissimum, videre divinum, idest Providentiam divinam, quia uno et alio aspectu fidei (unus aspectus est credere in Deum venturum, alter credere Christum venisse), equaliter implebit istud viridarium, idest celum Empyreum. Hic notantur duo: primum est, quod nemo salvatur nisi in fide Christi; secundum, quod numerus predestinatorum de veteri Testamento est equalis numero salvandorum de novo Testamento.

- ¹⁴ E sappi che dal grado in giù, che fiede
A mezzo 'l tracto e le due distinctioni,
Per nullo proprio merito si siede,
¹⁵ Ma per altrui⁽¹⁾ con certe conditioni;
Chè tutti questi son spiriti ascioiti
Prima ch'havesser vere electioni.

⁽¹⁾ merito.

Et scias quod a gradu in gradum. E sappi che del grado in giù: hec est secunda pars huius capituli, in qua auctor describit beatitudinem et gloriam parvulorum innocentium. Hic notandum est quod, sicut erat linea a supra ad infra, ita ymaginandum est, quod [erat] una linea per transversum, ita quod sunt sic in parte sinistra due partes, in quarum suprema sunt illi, qui propter sua merita illuc ascenderunt, et in alia sunt illi innocentes, qui illuc ascenderunt per gloriam, scilicet propter merita Christi et fidem parentum. Ita in parte dextra ubi sunt illi de Testamento novo, sicut in sinistra [ubi] sunt illi de Testamento veteri, sunt due partes: in quarum superiori sunt illi qui propter sua merita sunt illuc deportati, in inferiori sunt innocentes qui solum propter merita Christi et fidem Ecclesie sunt illic beati. Nota quod propter merita Christi omnes qui sunt salvati, habent salutem, quia Christus in cruce et in aliis suis laboribus meruit vitam eternam pro omnibus hominibus, qui erunt salvati de utroque Testamento. Sunt igitur in celo Empyreo quatuor partes: duo superiores, una a sinistris ubi sunt Sancti Patres antiqui veteris Testamenti, qui propter sua merita sunt ibi; alia a dextris, in qua etiam sunt illi de novo Testamento, qui etiam sunt ibi propter sua merita. Postea sunt due alie partes inferiores, una a sinistris in qua sunt parvuli innocentes, qui [propter merita Christi et fidem parentum sunt ibi; et una a dextris, in qua sunt parvuli innocentes; qui] etiam propter merita Christi et fidem Ecclesie sunt ibi. Et in qualibet istarum partium sunt gradus multi et multi, superiores et inferiores, ut patet in circulo descripto in precedenti folio. Et illi parvuli innocentes, qui sunt in istis duabus partibus inferioribus, tam a sinistris quam a dextris, qui sunt ibi propter merita Christi et fidem parentum, adhuc sunt ibi cum aliquibus conditionibus. Conditiones sunt vel fuerunt iste. In prima etate, conditio fuit cum innocentia fides parentum cum aliquibus oblationibus. Post primas duas etates, fuit conditio necessaria pro masculis cum innocentia circumcisio; sed in tempore gratie, idest in novo Testamento, cum innocentia et cum fide Ecclesie necessarius est baptisumus Christi. Sed quia auctori videbatur, et bene, quod adhuc inter parvulos innocentes tam veteris quam novi Testamenti essent gradus, ita quod unus habet plus de gratia quam alter, hoc genuit in mente auctoris unum magnum dubium, unde hoc proveniebat, cum propter nullum meritum alicuius istorum ullus sit ibi. Merita Christi sunt equalia in se, fides parentum est equalis: unde provenit quod illorum parvulorum innocentium aliquis sit beator alio? Hoc videtur quasi evenire a casu et a fortuna; quod

- ¹⁴ Et scias quod a gradu inferiori, qui ferit
Ad medium tractum duarum discretionum,
Propter nullum proprium meritum ibi sedent,
¹⁵ Sed propter aliena cum certis conditionibus;
Quia omnes isti sunt spiritus soluti
Priusquam haberent veras electiones.

male esset concedendum in celo, imo nullo modo. Dubitanti sic auctori Sanctus Bernardus offert se declaraturum illi dubium istud. Et primo totaliter negat omne casuale punctum, omnem casum, esse in celo, omnem fortunam; dicens, quod sicut non potest esse in illo beato regno sitis, neque fames, nec ulla tristitia, sic nec ullus punctus casualis aut ulla fortuna: quia quidquid est ibi, quod videtur ibi, quodlibet est sicut est stabilitum per eternam legem; et omnia hic sibi invicem respondent, sicut responderi debet ab annulo ad digitum, quia annulus non debet esse latior nec strictior quam sit digitus grossus vel subtilis. Sic isti parvuli sunt hic in celo sic collocati non sine causa sufficienti; esto quod unus sit gloriosior alio et beator, et sic erit in eternum: quia Deus taliter consolatur, quietat, omnes qui sunt hic, quia nemo potest velle nisi illud quod habet et quod Deus vult eum habere. Sed ista que dicta sunt, valde bona sunt et perfecta; tamen auctor volebat scire causam, unde et propter quam istud evenit: quia illorum parvulorum innocentium, quorum nullus est ibi propter sua merita sed solum propter aliena, quare igitur unus est beator alio; cum in aliis, scilicet qui propter sua merita sunt hic, maiortas et minoritas beatitudinis proveniat a maioribus meritis et pluribus, quod hic non evenit? Unde ergo est ista diversitas beatitudinis? Volens respondere Sanctus Bernardus, dat causam, dicens, quod Deus qui libere et in suo beneplacito creat animas illas, dotat diversimode et dat eis gratiam suam diversimode et inequaliter; et hoc solum facit, quia sic sibi placet facere, ita quod ipse Deus liberrime et cum suo beneplacito creat animas illas et creando dotat de gratia sua secundum plus et minus; et hoc solum ex hoc provenit, quia placet sibi sic facere: et cui dat plus de gratia sua, ipsa habet postea plus de beatitudine, quam illa anima cui dedit minus de sua gratia. Et hoc satis clare apparuit et clarnit in illis duobus gemellis, scilicet Esau et Iacob, filiis Ysaac et Rebecche, qui preliati sunt in ventre matris, ut habetur in Genesi; de quibus ibi habetur, quod in ventre matris habuerunt iram remotam, quia Iacob tenebat Esau per pedem ne egrederetur extra matris corpus ante ipsum. Ideo digne ille innocens habet maiorem gloriam, qui a Deo in sua creatione habet plus de gratia divina. Et ad hoc considerandum debet nobis mortalibus sufficere effectus, idest notitia cum effectu. Nota quod, secundum Aristotilem primo Posteriorum, rerum possumus habere et acquirere notitiam ab effectu ipsarum aliquando, et aliquando per causam. Sed de ista materia istius dubii vult Sanctus Bernardus quod sufficiat nobis scire ab effectu, et non queramus scire per causam; et debemus nos mortales stare contenti de

- ¹⁶ Ben te ne puoi accorger per li volti,
Et anco per le voci puerili,
Se tu gli guardi ben o se gl' ascolti.
¹⁷ Or dubi tu, e dubitando sili;
Ma io dissolverò 'l forte legame,
In che ti stringon li pensier soctili.
¹⁸ Dentro all'ampiezza di questo reame
Causal puncto non può haver sito,
Se non come tristitia, o sete, o fame;
¹⁹ Chè per eterna legge è stabilito
Quantunque vedi, sì che giustamente
Ci si risponde dall'anello al dito.
²⁰ E però questa festinata gente
A vera vita, non è sine ⁽¹⁾ causa
Entr' a sè qui più e men eccellente.
²¹ Lo Rege, per cui questo regno pausa
In tanto amor et in tanto dilecto,
Che nulla volontà è del più ausa,
²² Le menti tutte nel suo lieto aspectu,
Creando, a suo piacer di gratia dota
Diversamente: e qui basti l'effectu.

⁽¹⁾ al. senza.

questione quia, et non querere in hac materia propter quid, idest causam. Hec materia de scire propter quia et propter quid, diffuse fuit tacta in Purgatorio et in capitulo tertio. Istis dictis ad textum procedatur.

Et scias quod a gradu inferiori, idest inferius descendent, qui ferit, idest vadit, ad medium tractum duarum discretionum, idest divisionum, propter nullum meritum ibi sedent; idest in duabus inferioribus partibus istarum duarum partium divisarum per medium, sunt ibi parvuli innocentes, non propter ipsorum merita, sed propter merita supple Christi et fidem parentum, sed propter aliena, scilicet merita, cum certis conditionibus, scilicet fide parentum, oblationibus, circumcissione et baptismo. Quia omnes isti sunt spiritus soluti, idest a corpore separati, priusquam haberent veras electiones, idest usum rationis; ideo non pot[er]unt mereri.

Bene potes propter hoc pendere propter vultus, scilicet pueriles facies, et etiam propter voces pueriles (quia cantant continue: Apocalypsis quartodecimo capitulo: Cantabant canticum novum ante sedem Dei), si tu bene eos respicis et si eos auscultas.

Nunc ipsemet Bernardus movet dubium et recitat dubium, de quo auctor appetebat declarari, dicens: Nunc dubitas tu, et dubitando siles; sed ego dissolvam forte ligamen, in quo te stringunt cogitationes subtiles, idest declarabo te de dicto dubio.

- ¹⁶ Bene potes de hoc pendere propter vultus,
Et etiam propter voces pueriles,
Si tu bene eos respicis et si eos bene auscultas.
¹⁷ Nunc dubitas tu, et dubitando siles;
Sed ego dissolvam forte ligamen,
In quo te stringunt cogitationes subtiles.
¹⁸ Intra amplitudinem istius regni
Casualis punctus non potest habere situm,
Nisi sicut tristitia, vel sitis, vel fames;
¹⁹ Quia per eternam legem est stabilitum
Quantumcumque vides, ita quod iuste hic
Respondetur ab annulo ad digitum.
²⁰ Et ideo ista festinata gens
Ad veram vitam, non est sine causa,
Et stabitur hic plus et minus excellenter.
²¹ Rex, per quem istud regnum pausat
In tanto amore et tanta delectatione,
Quod nulla voluntas est amplius anxia,
²² Mentes omnes in suo leto aspectu,
Creando, ad suum placitum illas dotat
Diversimode: et hic sufficiat effectus.

Intra amplitudinem istius regni casualis punctus non potest habere situm, nisi sicut tristitia, sitis vel fames (ista tria non sunt in regno vite eterne; unde Apocalypsis vicesimoprimum capitulo dicitur: Absterget Deus omnem lacrymam, etc.); quia per eternam legem est stabilitum quantumcumque vides, ita quod iuste hic respondetur ab annulo ad digitum. Nota quod hic nihil potest esse nisi iustum et iniustum, quia lex divina non potest errare, quia omnia respondent hic sibi invicem iuste et bene, sicut annulus debet respondere digito.

Et ideo ista festinata gens, idest isti pueri, qui festinanter mortui sunt, idest in pueritia, in vera vita non est sine causa, et stabitur hic, per ipsam scilicet, vel permanebitur (verbum impersonale), plus vel minus excellenter, idest inequaliter, quia unus eorum erit beator alio.

Rex, per quem istud regnum, idest Deus, pausat, idest quietat, in tanto amore et in tanta delectatione, quod nulla voluntas est amplius ausa, idest audax, idest nulla voluntas, vult amplius quam habeat, vel quam velit Deus sibi dare, mentes omnes, idest animas humanas, in suo leto aspectu creando, ad suum placitum illas dotat diverse, idest illis dat de sua gratia diversimode, alicui plus, alicui minus: et hic sufficiat effectus. Et hic, scilicet, non plus queras causam quare est hoc; sufficiat scire quod sic Deus fecit.

- ²³ E ciò espresso e chiaro vi ⁽¹⁾ si nota
Nella Scriptura Sancta, in quei gemelli ⁽²⁾
Che ne la madre ⁽³⁾ ebber l'ira commota ⁽⁴⁾.
²⁴ Però, secondo el color de' capelli,
Di cotal gratia l'altissimo lume
Degnamente convien che s'incapelli.
²⁵ Dumque, senza mercè di lor costume,
Locati son per gradi differenti,
Sol differendo nel primiero acume.
²⁶ Bastava sì ne' secoli recenti
Coll' innocenza, per haver salute,
Solamente la fede de' parenti.
²⁷ Poi che le prime etadi fur compiute,
Convenne a' maschi l'innocenti penne,
Per circuncider, acquistar virtute.
²⁸ Ma, poi che 'l tempo de la gratia venne,
Senza baptesimo ⁽⁵⁾ perfecto di Chrysto,
Tal innocentia laggiù ⁽⁶⁾ si ritenne.
²⁹ Riguarda omai ne la faccia di ⁽⁷⁾ Chrysto
Più s'assomigla ⁽⁸⁾, chè ⁽⁹⁾ la sua chiarezza
Sola ⁽¹⁰⁾ ti può disporre a veder Chrysto.
³⁰ Io vidi sopra lei tanta allegrezza
Piover, portata ne le menti sancte,
Create a transvolare per quell'altezza,
³¹ Che quantunqu'io havea visto davante,
Di tanta ammiration non mi sospese,
Nè mi mostrò di Dio tanto sembante.
- ²³ Et hoc expressum et clarum nobis notatur,
In Sacra Scriptura, in illis gemellis
Qui in matre habuerunt iram commotam.
²⁴ Ideo, secundum colorem capillorum,
De tali gratia altissimum lumen
Digne convenit quod incapilletur.
²⁵ Igitur, sine mercede eorum morum,
Locati sunt per gradus differentes,
Solum differendo in primo acumine.
²⁶ Sufficiebat eis in seculis recentibus
Cum innocentia, [pro] habere salutem,
Solummodo fides parentum.
²⁷ Postquam prime etates fuerunt complete,
Oportuit masculos ad innocentes pennas,
Per circumcissionem, acquirere virtutem.
²⁸ Sed, postquam tempus gratie advenit,
Sine baptismathe perfecto Christi,
Talis innocentia inferius non fuit.
²⁹ Respice ammodo in faciem que Christo
Plus assimilatur, nam illa claritas
Sic te potest disponere ad videndum Christum.
³⁰ Ego vidi supra ipsam tantam letitiam
Pluere, portatam in eternas mentes,
Creatas ad transvolandum per illam altitudinem,
³¹ Quod quantumcumque ego videram ante,
In tantam admirationem non me suspendit,
Nec michi monstravit de Deo tantam similitu-
[dinem].

⁽¹⁾ a voi — ⁽²⁾ Esau e Iacob — ⁽³⁾ in utero matris Rebece — ⁽⁴⁾ a combattere insieme — ⁽⁵⁾ fluminis, flaminis, vel sanguinis — ⁽⁶⁾ nel Limbo — ⁽⁷⁾ al. ch'è — ⁽⁸⁾ cioè di Maria — ⁽⁹⁾ per che — ⁽¹⁰⁾ e non altra.

Et hoc expressum et clarum vobis, scilicet mortalibus, notatur in Scriptura Sancta, scilicet in libro Genesis, in illis gemellis, scilicet Esau et Iacob, qui in matre habuerunt iram commotam.

Ideo, secundum colorem capillorum, de tali gratia altissimum lumen digne convenit, idest oportet, quod incapilletur, idest coronetur, vel ornetur; idest, dignum est quod ita sit sicut placet Deo.

Ergo sine mercede, idest merito, eorum morum, locati sunt per gradus differentes, solum differendo in primo acumine, idest in Deo qui penetrat omnia. Differunt in Deo, quia Deus differenter dedit eis gratiam.

Sufficiebat eis, idest parvulis innocentibus, in seculis recentibus, idest in primis duabus etatibus, scilicet ab Adam usque ad Noe et a Noe usque ad Abraham, cum innocentia, pro habenda salute, solummodo fides parentum.

Postquam prime etates fuerunt complete, convenit masculis, idest oportet masculos ad innocentes pennas, per circumcissionem, acquirere virtutem.

Sed postquam tempus gratie venit, idest tempore Christianismi, sine baptismate perfecto Christi, idest cum aqua vera et cum forma verborum data a Christo (Matthei ultimo capitulo) et ab Ecclesia, etcetera, talis innocentia inferius non fuit retenta.

Riguarda omai. Respice ammodo: hec est tertia pars huius capituli, in qua auctor describit gloriam et felicitatem gloriose Virginis Marie, que super omnes transcendit. Imponit Bernardus auctori, quod ipse debebat respicere in facie illius que similior est Christo. Dicunt enim phisici, quod melius signum est in filio quando matrizat quam quando patrizat in similitudine: nam facies Virginis Marie erat similis faciei Christi filii sui. Ergo respicias, dicit Bernardus auctori, in faciem Virginis Marie, quoniam eius claritas poterit disponere te ad videndum Deum.

- ³² E quello amor che primo li discese,
Cantando: Ave, Maria, gratia plena,
Dinanzi a lei le sue hali distese.
- ³³ Rispose alla divina cantilena
Da tutte parti la beata corte,
Sì ch' ogni vista sen fe' più serena.
- ³⁴ O sancto Padre, che per me comporte
L'esser quaggiù, lassando 'l dolce loco
Nel qual tu siedi per eterna sorte,
- ³⁵ Qual è quell'angel, che con tanto gioco
Guarda negl'ochi a la nostra Regina,
Innamorato sì che par di foco?
- ³⁶ Così ricorsi ancor a la doctrina
Di colui, ch' abbelliva di Maria,
Come del sole stella mattutina.
- ³⁷ Et elli a me: Baldezza e leggiadria,
Quant'esser puote in angel et in alma,
Tutt'è in lui, e sì voliam che sia;
- ³⁸ Perch'elli è quelli che portò la palma
Giù a Maria, quando 'l Figliuol di Dio
Carcar si volse della nostra salma⁽¹⁾.
- ³⁹ Ma vienne omai cogl'ochi, sì com'io
Andrò parlando, e nota e gran patrici
Di questo imperio iustissimo e pio.

⁽¹⁾ carne umana.

Tunc auctor respiciens in faciem Marie, vidit maximam letitiam portatam a Sanctis, qui sunt ibi; et quidquid viderat ante, idest usque huc, auctor, [non] dederat sibi tantam causam admirationis. Et ecce tunc subito supervenit Gabriel angelus, salutans Virginem, dicens: Ave, Maria, gratia plena; et sic responderunt omnes angeli et spiritus, ita quod omnes erant in bona serenitate et in magna letitia. *Riguarda omai*, respice ammodo, in faciem que Christo plus assimilatur: nam illa claritas sic te potest disponere ad videndum Christum.

Ego vidi super ipsam tantam allegram, idest tantum gaudium, plueri, portatum in eternas mentes, creatas ad transvolandum per illam altitudinem, idest in mentes angelorum, quod quantumcumque ego videram ante, in tantam admirationem non me suspendit, nec michi monstravit de Deo tantam similitudinem.

Et ille amor, qui prius descendit, cantando, Ave, Maria, gratia plena, ante eam suas alas extendit.

Respondit ad divinam cantilenam (quia illa cantilena fuit divina, quia de Deo) ab omnibus partibus, idest ab omni latere, beata curia, scilicet celestis, ita quod omnis aspectus fuit factus magis clarus, idest letus.

Modo auctor interrogat Sanctum Bernardum de isto angelo, quis ille sit, dicens et captans eius benivolentiam

- ³² Et ille amor qui prius illuc descendit,
Cantando: Ave, Maria, gratia plena,
Ante eam suas alas extendit.
- ³³ Respondit ad divinam cantilenam
Ab omnibus partibus beata curia,
Ita quod omnis aspectus fuit factus magis clarus.
- ³⁴ O sancte Pater, qui per me comportas
Esse hic infra, dimittendo dulcem locum
In quo tu sedes per eternam sortem,
- ³⁵ Qualis est ille angelus, qui toto gaudio
Respicit in oculis nostre Regine,
Philocaptus ita quod apparet de igne?
- ³⁶ Recurri adhuc sic ad doctrinam
Illius, qui pulcher efficiebatur ex Maria,
Sicut de sole stella matutina.
- ³⁷ Et ille michi: Letitia et pulchritudo,
Quanta esse potest in angelo et in anima,
Tota est in eo, et sic volumus quod sit;
- ³⁸ Quia ipse est ille, qui portavit palmam
Infra ad Mariam, quando Filius Dei
Honerare se voluit de nostra salma.
- ³⁹ Sed venias ammodo cum oculis, sicut ego
Ibo loquendo, et nota grandes patritios
Istius imperii iusti[ss]imi et pii.

dulcibus verbis: O sancte pater, qui propter me comportas, idest patienter fers, vel sustines, esse hic infra, idest in basso loco, ad docendum me et informandum, dimittendo dulcem locum, in quo tu sedes, propter, vel per, eternam sortem, idest quem tibi Deus deputavit ab eterno, qualis, idest quis, est iste angelus, qui cum toto *gioco*, idest gaudio vel festivitate tota, respicit in oculis nostre Regine, philocaptus, idest amore accensus, ita quod apparet de igne?

Recurri sic adhuc ad doctrinam illius, qui se abbellibat, idest qui pulcher efficiebatur, ex Maria, sicut de sole stella matutina.

Et ille michi, scilicet dixit: Letitia et pulchritudo, quanta esse potest in angelo et in anima, tota est in eo, et sic volumus quod sit; quia ipse [est] ille qui portavit palmam infra ad Mariam, quando Filius Dei onerare se voluit de nostra salma. Idest, iste est ille angelus, qui salutavit Virginem, quando Verbum voluit incarnari. Qui fiebat pulcher ad conspiciendum Mariam, sicut lucifer ad adventum solis; idest sicut stella Dyana, vel Veneris, post cuius ortum satis cito oritur sol.

Sed venias ammodo. Ma vieni omai: hec est quarta pars huius capituli, in qua auctor describit aliquos spi-

- ⁴⁰ Quei due che seggion lassù più felici,
Per esser propinquissimi ad Augusta⁽¹⁾,
Son d'esta rosa quasi due radici.
- ⁴¹ Colui che da sinixtra le s'aggiusta⁽²⁾,
È 'l padre⁽³⁾, per lo cui ardito gusto
L'humana spetie tanto amaro gusta.
- ⁴² Da dextra vedi quel Padre vetusto⁽⁴⁾
Di Sancta Chiesa, a cui Chrysto le chiavi
Raccomandò di questo fior venusto.
- ⁴³ E quei⁽⁵⁾ che vide tucti e tempi⁽⁶⁾ gravi,
Pria che morisse, della bella sposa⁽⁷⁾
Che s'acquistò co'la lancia e co'chiavi⁽⁸⁾.
- ⁴⁴ Siede lunghesso⁽⁹⁾; e lungo l'altro⁽¹⁰⁾ posa
Quel duca⁽¹¹⁾, sotto cui vixe di manna
La gente ingrata⁽¹²⁾, mobile e retrorsa.
- ⁴⁵ Di contro a Pietro vedi seder Anna,
Tanto contenta di mirar sua figla,
Che non muove ochio per cantar Osanna.
- ⁴⁶ E contr' al maggior padre di famigla
Siede Lucia, che mosse [la] tua donna,
Quando chinavi⁽¹³⁾, a ruinar, le cigla⁽¹⁴⁾.
- ⁴⁰ Illi duo qui sedent ibi supra plus felices,
Ut sunt propinquissimi Auguste,
Sunt istius rose quasi duo radices.
- ⁴¹ Ille qui ad sinistram iuxta eam stat,
Est pater, propter cuius audacem gustum
Humana species tantum amarum gustat.
- ⁴² A dextris vides illum patrem vetustum
Sancte Ecclesie, cui Christus claves
Recommendarit istius floris venusti.
- ⁴³ Et ille qui vidit omnia tempora gravia,
Priusquam moreretur, pulchre sponse
Que acquisita fuit cum lancea et clavis,
- ⁴⁴ Sedet iuxta eum; et prope alium quiescit
Ille dux, sub quo vixit de manna
Gens ingrata, mobilis et retrorsa.
- ⁴⁵ E contra Petrum videas sedere Annam,
Tantum contenta de respiciendo suam filiam,
Quod non movet oculos propter cantare Osanna.
- ⁴⁶ Et e contra maiorem patrem familie
Sedet Lucia, que movit tuam dominam,
Quando inclinabas, ad ruinandum, supercilia.

⁽¹⁾ Maria — ⁽²⁾ appressa — ⁽³⁾ Adam — ⁽⁴⁾ Pietro — ⁽⁵⁾ quello Giovanni Evangelista — ⁽⁶⁾ discorsi — ⁽⁷⁾ Chiesa — ⁽⁸⁾ di Chrysto, — ⁽⁹⁾ Pietro — ⁽¹⁰⁾ Adam — ⁽¹¹⁾ Moise — ⁽¹²⁾ de'Giudei — ⁽¹³⁾ a la terra — ⁽¹⁴⁾ gl'ochi.

ritus illustres. Dicit igitur hic Bernardus auctori: Respicias semper sicut tibi dicam, ut possis videre spiritus illustres. Sed venias ammodo cum oculis, scilicet respiciendo, sicut ego ibo loquendo, et nota grandes patritios (nota: patritii dicebantur antiquitus filii patrum et Consularium romanorum) istius imperii iustissimi et pii.

Illi duo qui sedent ibi supra plus felices, ut sunt propinquissimi Auguste, idest Imperatrici, seu Regine celi, sunt istius rose quasi due radices.

Ille qui ad sinistram iuxta eam stat, est pater, scilicet ille pater, propter cuius audacem gustum humana species tantum amarum gustat; idest ille Adam, qui propter gustum, idest qui gustavit lignum vetitum, unde humana species patitur tot incommoda.

A dextris vides illum Patrem vetustum (idest a dextris Auguste, sive celi Regine) Sancte Ecclesie, cui Christus claves, Ecclesie, recomendarit, istius floris venusti, idest pulchri. Iste Sanctus Petrus, qui est radix Ecclesie Sancte Dei, super quem Christus fundavit eam.

Prope Sanctum [Petrum] stat Sanctus Ioannes Evangelista, qui vidit in Apocalypsi omnia superventura Ecclesie Sancte Dei, et omnes persecutiones quas ipsa Ecclesia passa erat.

Iuxta vero Adam stabat Moyses, qui conduxit populum Israel per desertum, et sub quo, sive cuius ducatu, vixit

de manna gens ingrata, mobilis et retrorsa. Populus Israel erat gens ingrata, quia licet tot et tanta beneficia continue a Deo reciperet, qui liberavit eam de iugo Pharaonis, qui aperuit ei mare Rubrum, qui pavit eos manna in deserto quadraginta annis, et tamen sepe revolvebat se ad ydolatriam et ad murmurationes, etcetera.

Et ille qui vidit omnia tempora gravia, priusquam moreretur, scilicet Sanctus Ioannes Evangelista, pulchre sponse, idest Ecclesie sancte Dei, que est sponsa Christi, que acquisita fuit cum lancea et cum clavis (quia Christus conclavatus in cruce et translanceatus acquisivit et desponsavit Ecclesiam Sanctam), sedet iuxta eum, scilicet Sanctum Petrum; et prope alium, scilicet Adam, quiescit, vel pausat, ille dux, scilicet Moyses, sub quo, idest sub cuius ducatu, vixit de manna (manna erat cibus, sicut semen coriandri, quem omni nocte pluebat Deus in sustentationem populi in deserto) gens ingrata (de beneficiis Dei), mobilis (quia propter modicum recedebant a via Dei), et perversa. Loquitur hic auctor more Sacre Scripture, dicentis, gens prava atque perversa.

Et contra Petrum videas sedere Annam (ista est mater Virginis Marie), tantum contentam de respiciendo suam filiam, scilicet Virginem Mariam, quod non movet oculos propter cantare Osanna, idest Salva.

Et e contra maiorem patrem familie, scilicet Petrum, sedet Lucia, que significat gratiam Dei (de qua Lucia

- 47 Ma perchè 'l tempo fugge, che t' assonna,
Qui faren punto, come 'l buon sartore
Che, com'elli ha del panno, fa la gonna;
48 E dirizzremo gl' ochi al primo Amore,
Sì che, guardando verso lui, penetri,
Quant' è possibil ⁽¹⁾, per lo suo fulgore.
49 Veramente, non forse tu t' arretri ⁽²⁾,
Movendo l' hali ⁽³⁾ tue, credend' oltrarti ⁽⁴⁾,
Orando ⁽⁵⁾ gratia conven che s' impetri,
50 Gratia ⁽⁶⁾ da quella che ben può airtarti;
E tu mi segui coll' affectione,
Sì che dal dicer mio el cor ⁽⁷⁾ non parti ⁽⁸⁾.
E cominciò ⁽⁹⁾ questa ⁽¹⁰⁾ sancta oratione ⁽¹¹⁾.
- 47 *Sed quia tempus fugit, quod te sompnolentum reddit,
Hic faciemus punctum, sicut bonus sartor
Qui, sicut habet de panno, facit gonnam;
48 Et dirigemus oculos ad primum Amorem,
Ita quod, respiciendo versus eum, penetres,
Quantum est possibile, per suum fulgorem.
49 Vere, ne forsitan tu te retrahas,
Movendo alas tuas, credendo procedere ultra,
Orando gratia oportet quod impetretur,
50 Gratia ab illa que potest te adiuvere;
Et tu me sequeris cum affectione,
Ita quod a dicere meo cor non discedat.
Et inceptum istam sanctam orationem.*

⁽¹⁾ all'humana intelligentia — ⁽²⁾ al. non, idest sine dubio ti fai indietro, ovvero, corri a dietro — ⁽³⁾ l'ingegno — ⁽⁴⁾ andare innanzi co' la tua intelligentia — ⁽⁵⁾ adunque con oratione — ⁽⁶⁾ dico non tal quale, ma — ⁽⁷⁾ tuo — ⁽⁸⁾ separi — ⁽⁹⁾ Bernardo — ⁽¹⁰⁾ che seguita — ⁽¹¹⁾ alla Vergine Maria.

fuit satis dictum in secundo capitulo Inferni), que movit tuam dominam, scilicet Beatricem, quando inclinabas, ad ruendum, supercilia, idest caput.

Iam Sanctus Bernardus laborat propter abbreviare processum, et ideo dicit: Qui[a] tempus fugit et te sompnolentum [reddit], faciamus punctum, idest finem, sicut facit qui, sicut habet de panno, ita facit vestimentum. Ammodo volumus oculos ad Deum, ita quod videas eum ita clare quantum est possibile: sed scias quod tu retrocederes, credendo ultra ire, nisi prius iuveris per orationem, per gratiam, ab illa que potest te iuvare. Ergo sequeris me ita, quod bene actendas verba mea cum corde fixo. Et tunc inceptum unam pulchram orationem. Sed quia tempus fugit, quod te sompnolentum reddit, deducendo te ad summum bonum, hic faciamus punctum, sicut bonus sartor, qui sicut ipse de panno facit gonnam, idest tunicam, idest talem et tantam, sicut habet de panno, ita poeta hic, scilicet

Dantes, facit istud volumen, sicut habet dispositionem mentalem precogitatum.

Et dirigemus oculos ad primum Amorem, ita quod, respiciendo versus eum, penetres quantum est possibile per suum fulgorem. Valde difficile est penetrare in fulgorem Dei: dicitur enim Exodi tricesimotertio: Non videbit me homo et vivet.

Vere, ne forsitan tu te retrahas, idest revertaris retro, movendo alas tuas, credendo *ultrarte*, idest te ultraponere, idest procedere ultra, orando gratia convenit quod impetretur, idest oportet gratiam impetrare, idest gratia est tibi necessaria, ab illa que potest te adiuvere (illa est Beata Virgo Maria); et tu me sequeris cum affectione, ita quod a dicere meo, idest a dictis meis, cor, scilicet tuum, non discedat. Et inceptum istam sanctam orationem, scilicet sequentem.

All'ordine di moralità è essenziale il merito, come al principio del pensiero è di essenza la personalità; e consiste nell'esser noi liberi dalla servitù de' sensi ed obbedienti soltanto a leggi eterne: stabiliti così nell'ordine della giustizia, operando meritiamo, e nel fine che liberamente ci siamo eletti giungiamo al riposo.

L'idea del merito sta tra due altre, che essa congiunge in vincolo di giustizia e di amore, cioè l'innocenza e il premio; ed è il merito come il fiore che sboccia dall'innocenza e che dà il frutto di vita eterna. Qui in terra, dove l'ordine di dignità si stende in ordine di successione, i tre stati, d'innocenza, di merito e di premio, si svolgono l'un dopo l'altro, intrecciandosi e compenetrandosi con vicenda di incrementi e di decrementi continui, secondo che la creatura più o meno seconda l'opera della grazia divina; ma nel cielo, dove tutto ha raggiunto il suo termine di perfezione ideale, sono immanenti innocenza, merito e premio, come tre lati di una piramide che si raggiungono nella punta e a vicenda si compiono. Non ivi pertanto meritano più oltre i beati; ma ricchi del grado di merito acquistato o ricevuto ed in esso consumati, hanno tutta la felicità a cui aspirarono: felicità in ciascun d'essi e in tutti così piena ed abbondante, che ogni esigenza della natura n'è soverchiata infinitamente.

Lo Rege, per cui questo regno pausa
In tanto amore ed in tanto diletto,
Che nulla voluntade è di più ausa,
Le menti tutte in suo lieto cospetto
Creando, a suo piacer di grazia dota
Diversamente; e qui basti l'effetto.

Questa sovremenente altezza del premio, che è Dio medesimo, ci mostra che le tre doti suddette sono un dono divino, perchè nessuna creatura, perciò solo che è creatura, cioè finita, potrebbe acquistare una perfezione proporzionata. E dunque dono divino è la soprannaturale innocenza, per cui l'anima diventa una partecipazione dell'innocenza divina, e per ciò stesso sente che merita di esserne retribuita: divino è il merito da essa acquistato con gli atti proprj, perchè sente e vede che n'ebbe da Dio l'impulso, l'ispirazione, la forza: dono divino è il premio, perchè è lo stesso Dio che sotto ogni aspetto gratuitamente le si dona.

Nè diremo per questo che essa non ci cooperi: anche l'atto suo vi è, e consiste nell'appropriarsi l'aiuto divino, cioè nel

secondare la grazia che la solleva ad operare soprannaturalmente. Imperocchè l'innocenza, cioè quello stato dell'anima che nulla ha da rimproverare a sè stessa, perchè non iscorge macchia nell'integrità della grazia ricevuta, è condizione antecedente a quell'operar fruttuoso della creatura, onde s'acquista il merito a cui la gloria è premio. Questa dottrina ha per noi capitale importanza: perocchè essa ci fa conoscere che anche chi nel cielo « per nullo proprio merito si siede », perchè morto innanzi di avere in proprio « vere elezioni », non è senza merito, ma possiede, non il proprio, sì « l'altrui »; lo possiede per quella comunicazione di meriti e di premio che ci viene insegnata dal domma della Comunione de' Santi. Il qual domma consolantissimo, con l'idea di un'arcana continuità, rischiarata e fa bella l'idea della vita nell'intima e perpetua unione di tutti spiriti eletti nell'infinita unità divina, vogliam dire in quel sublime regno sopraumano, tante volte ricordato da Gesù Cristo o coll'appellativo di proprio o con quello di regno del Padre suo celeste, dove diceva a' suoi Apostoli, dolenti che dopo la sua risurrezione fosse per abbandonarli, che lo rivedrebbero per non più separarsene, e quivi la loro gioia sarebbe piena e perpetuamente duratura. « Voi adesso avete doglia, sì: ma di nuovo vi vedrò, e godrà il vostro cuore, e la vostra gioia nessuno torrà da voi (IOAN. XVI). »

Questo regno comincia quaggiù nella Chiesa cattolica, dove da tutti si professa la stessa fede, lo stesso battesimo, la stessa remissione delle colpe e la medesima santificazione pe' meriti infiniti del suo fondatore Gesù Cristo; e chiunque ne fa parte, sente questo regno dentro sè stesso: lo sente vivo e rigoglioso di virtù infinita, se possiede la grazia santificante; sente che può riacquistarlo, se l'abbia perduto perdendo la grazia, col ricorrere alle fonti che Gesù Cristo ce ne lasciò e dalle quali essa emana: laddove fuori di essa Chiesa, o disdegnando la grazia, non si sente che la morte. Alla pienezza poi della felicità, che tutti e ciascuno de' beati sentiranno in sè stessi nel cielo, benché non tutti ne parteciperanno nel grado medesimo, Gesù Cristo accennò così chiaramente da non lasciarne dubbio di sorta. « Non si turbi il vostro cuore (egli disse a' suoi Apostoli poco prima di lasciarli per tornarsene al cielo): credete in Dio ed in me credete: nella casa di mio Padre sono stanze dimolte; e se vado a prepararvi il posto, di nuovo vengo, e vi prenderò meco, e lassù dove son io sarete anche voi: in quel di conoscerete che io sono nel Padre, e voi siete in me, ed io in voi. (IOAN. XIV, I, II, III, XX). »



CAPITULI TRICESIMITERTII SUMMARIUM

In isto ultimo capitulo, Paradisi scilicet tricesimotertio, et ultimo totius libri scilicet centesimo, quod incipit: *Virgo Mater, filia tui Filii*, auctor primo ponit orationem, quam fecit hic Sanctus Bernardus, que est hec, in qua Bernardus dicit ipsam Virginem et Matrem (scilicet operatione Spiritus Sancti, quia per naturam esset impossibile); dicit ipsam humilem, scilicet in propria reputatione, et altam apud alios; dicit ipsam terminum fixum eterni consilii, quia usque ad ipsam stetit guerra inter Deum et homines: et in hac oratione multas laudes, de ipsa Virgine, ponit. Postea Bernardus orat ad ipsam pro auxilio auctoris, et talem actum vidit auctor in oculis Virginis, per quem percepit quod Sanctus Bernardus esset exauditus. Et ex tunc auctor sensit se potentiorum ad videndum et intueundum; et cepit videre quomodo in ipso Deo, in uno volumine colligata sunt substantie et omnia accidentia et eorum actus: unde auctor totus obstupuit.

Tamen continue accendebatur suum velle videre divinam essentiam, nec poterat advertere oculos suos ab illis rebus quas hic videbat, et continue valorosior fiebat sua visio. Et tunc vidit unam substantiam cum tribus circulis trium colorum; et unus circulus ab alio, sicut yris, idest arcus celestis, videbatur reflecti; sed tertius circulus apparebat igneus. Illa circulatio sic concepta, scilicet in mente auctoris, apparebat in tribus sicut lumen reflexum. Et in ipsa vidit auctor de nostra effigie, idest vidit humanitatem unitam Verbo in unitate suppositi; et illam continue respiciebat, et cupiebat videre qualis esset illa unio, et quomodo ymago conveniebat circulo; sed non erat potens ad hoc cognoscendum. Et sic fantasia auctoris finivit, quia unus fulgor supervenit, et percussit mentem auctoris, et volvit eam, sicut volvit ille Amor qui movet solem et alias stellas.



CAPITULUM TRICESIMUMTERTIUM

- ¹ Vergine Madre, figla del tuo Figlo,
Humile et alta più che creatura (¹),
Termine fisso d'eterno consiglio,
- ² Tu se'colei che l'humana natura
Nobilitasti sì, che'l suo Factore
Non si sdegnò di farsi sua factura.

(¹) alcuna pura.

Virgo Mater, filia tui Filii. Vergene Madre, figlia del tuo Figlio: istud est capitulum tricesimumtertium et ultimum istius Paradisi, et centesimum et ultimum totius libri, in quo auctor prosequitur orationem, quam Sanctus Bernardus in precedenti capitulo dixit se velle incipere. Et dividitur hoc capitulum in quatuor partes. In quarum prima auctor describit orationem Sancti Bernardi et eius petitionem.

In secunda parte, que incipit ibi:

Oculi Dei delecti et venerati;
Gli occhi de Dio diletti et venerati,

auctor ostendit quomodo intercessione Virginis Marie ipse pervenit ad visionem summi boni, scilicet Dei.

In tertia parte, que incipit ibi:

O summa lux, que tantum te elevas;
O summa luce, che tanto te lieve,

auctor facit deprecationem ad Deum, ut possit patefacere aliquid huius excellentie.

In quarta parte, que incipit ibi:

In profunda et clara subsistentia;
Nella profonda e chiara subsistenza,

auctor describit humanitatem coniunctam cum deitate et finem imponit operi suo.

Quantum ad primam partem, primo Sanctus Bernardus, orando, dicit multas laudes de Virgine Maria; et perorando

- ¹ *Virgo Mater, Filia tui Filii,*
Humilis et alta plus quam creatura,
Terminus fixus eterni consilii,
- ² *Tu es illa que humanam naturam*
Nobilitasti ita, quod suus Factor
Non est dedignatus facere se suam facturam.

ad Virginem, tangit tria que videntur impossibilia et includere contradictionem in se: quod tamen non est verum, si bene intelligantur dicta Sancti Bernardi. Nam primo dicit ipsam Mariam esse Virginem et Matrem, que videntur includere contradictionem; postea dicit eam esse filiam sui Filii; et tertio dicit eam esse humilem et altam plusquam creaturam. Sed debent ista tria intelligi sana mente: quod Spiritus Sanctus poterat eam facere pregnantem et matrem, remanente virginitate integra; quod non posset facere natura naturata. Secundo, Virgo Maria est mater sui Filii, quem concepit in ventre, cooperante Spiritu Sancto; sed Filius suus creavit eam, et per creationem ipsa est filia Filii sui, qui est verus Deus. Tertio, fuit humilis in propria reputatione, sed alta est, imo altissima, apud omnes generationes, quia mater Filii Dei, summi regis, domini celi et terre: Quia respexit humilitatem ancille sue, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes; Luce primo capitulo. Nam ipsa Virgo Maria, cum omni actu suo et semper, fuit humilis; et super omnes exaltata, et celestis facta Regina. Ipsa fuit terminus fixus eterni consilii, quod non variatur sicut consilium humanum: consilium eternum disposuerat, Verbum Dei incarnari in ventre istius, et facere pacem cum hominibus; et usque ad istam Virginem debebat durare indignatio Dei contra humanum genus; sed florente ista Virgine, debebat fieri pax inter Deum et homines; et sic factum est, et sic ipsa fuit terminus fixus eterni consilii. Ideo dicit textus: Virgo Mater, filia, per creationem, tui Filii, quem genuisti, concipiens eum in tuo

- ³ Nel ventre tuo si raccese l'amore,
Per lo cui caldo nell'eterna pace
Così è germinato questo fiore (¹).
- ⁴ Qui se' a noi meridiana face
Di carità, e giuso, intra mortali,
Se'di speranza fontana vivace.
- ⁵ Donna, se' tanto grande, e tanto vali,
Che qual vuol gratia, et a te non ricorre,
Sua desianza vuol volar senz' hali.
- ⁶ La tua benignità non pur soccorre
A chi domanda, ma molte fiate
Liberamente al domandar precorre.
- ⁷ In te è misericordia, in te pietate,
In te magnificenza, in te s'aduna (²)
Quantunque in creatura (³) è di bontate.

(¹) rosa preducta e collegio de' Beati — (²) si raccoglie insieme — (³) alcuna.

- ³ *In ventre tuo fuit reaccensus amor,*
Propter cuius calorem in eterna pace
Sic est germinatus iste flos.
- ⁴ *Hic es nobis meridiana fax*
Caritatis, et infra, inter mortales,
Es spei fons vivax.
- ⁵ *Domina, es tantum grandis, et tantum vales,*
Quod quicumque vult gratiam, et ad te non recurrit,
Suum desiderium vult volare sine alis.
- ⁶ *Tua benignitas non solum succurrit*
Illi qui petit, sed multis vicibus
Liberaliter petitionem precurrit.
- ⁷ *In te misericordia, in te pietas,*
In te est magnificentia, in te adunatur
Quantum in creatura est bonitas.

ventre, cooperante Spiritu Sancto, de tuo purissimo sanguine; humilis et alta, humilis in propria reputatione, alta super omnem creaturam apud alios plusquam creatura; terminus fixus eterni consilii (demum ponit auctor laudes de ipsa Virgine, et primo quod ipsa nobilitavit humanam naturam, quia coniunxit humanitatem divinitati, dum Virgo concepit Deum et hominem), tu es illa, que humanam [naturam] nobilitasti ita, idest in tantum, quod suus, idest ipsius nature, factor, scilicet Deus, non dedignatus est facere se suam facturam.

In ventre tuo fuit reaccensus amor (nam quando Deus creavit hominem, plurimum dilexit eum, quia fecit eum ad imaginem suam et similitudinem suam, Genesis primo capitulo; imo Deus voluit delicias suas cum filiis hominum, Proverbiorum octavo capitulo: sed propter peccatum prothoparentum ille amor extinctus est, et sic stetit usquequo filius Dei incarnatus est in ventre Virginis; et tunc ille amor, qui erat extinctus, ut dictum est, reaccensus est), propter cuius, scilicet amoris, calorem, idest excessum, in eterna pace, idest semper duratura, sic est germinatus, idest multiplicatus, iste flos, idest ista rosa, idest celum Empyreum. Nam ante incarnationem Dei, in celo cum Deo non erant nisi angeli in aula Dei; sed modo est repleta quasi infinitis hominibus. Illuc, illa de causa, Patriarche, Confessores et Martyres pervenerunt, qui quasi renati sunt.

Modo adhuc ponitur alia laus: scilicet quod ipsa Virgo accendit in celo omnes in virtute caritatis, et in mundo est fons spei. Nota quod fides et spes cessabunt in die novissimo; sed caritas magis vigeat quam ante. Modo dicit Sanctus Bernardus, quod hic in celo ipsa Virgo est fax meridiana, que maxime calet: hic es in celo, scilicet nobis, meridiana fax caritatis, et infra intra mortales es spei fons vivax.

Adhuc ponitur alia laus: scilicet quod ipsa Virgo Maria est tam magni valoris, quod nullus potest obtinere gratiam a divina maiestate, nisi ipsa intercedat pro volente gratiam impetrare; et qui conatur talem gratiam querere absque intercessione ipsius Virginis, vult volare in vanum; sicut avis volens volare sine alis, idest non habens alas, conatur volare in vanum. Domina, es tantum grandis et tantum vales, quod quicumque vult gratiam et ad te non recurrit, suum desiderium vult volare sine alis. Hoc probat Sanctus Bernardus effective, quia, [etc.].

Illa est virtus liberalitatis, quando quis servit et donat antequam requiratur: sic enim vult Aristotiles in quarto libro Ethicorum. Tua benignitas, non solum succurrit illi qui petit, sed multis vicibus liberaliter petitionem precurrit. *Benignitas*: idest benigna liberalitas.

Adhuc ponitur alia laus, complectens omnes virtutes. In te est misericordia (misericordia est misero cor dare per compassionem: sic Beata Virgo compatitur omnibus etiam peccatoribus), in te est magnificentia (differentia est inter magnificentiam et liberalitatem: quia liberalitas est circa parvas expensas et parva munera, cum debitis circumstantiis, quas ponit Aristotiles in fine tertii Ethicorum, que continentur in hoc versu: quis, quid, quo, in quo, et cuius causa: idest si vis esse liberalis, tu debes videre et considerare quis tu es, qui liberaliter agis; nisi enim homo mensuret se et cognoscat seipsum, nunquam moraliter aget; consideret ergo primo seipsum, et ecce quis; secundo, consideret quid, idest quid dat et quantum, quia non debet dare ultra quam habet; tertio consideret quo, idest quomodo facit, idest cum bono modo, ilariter, sine improprietate; quarto consideret in quo tempore, quia omnia tempus habent, Ecclesiastes secundo capitulo; quinto consideret cuius causa, idest propter quid, vel propter quam causam,

- ⁸ Or questi ⁽¹⁾, che dall'infima lacuna ⁽²⁾
Dell'universo infin qui ha vedute
Le vite spirituali ad una ad una,
⁹ Supplica a te per gratia di virtute
Tanto, che possa cogl'ochi levarsi
Più alto verso l'ultima salute.
¹⁰ Et io, che mai per mio veder ⁽³⁾ non arsi
Più ch' i' fo per lo suo, tutti mie' preghi
Ti porgo, e pregho che non sieno scarsi,
¹¹ Perchè tu ogni nube li dislegghi
Di sua mortalità co' prieghi tuoi,
Sì che 'l sommo piacer li si dispieghi.
¹² Ancor ti prego, o Regina, che puoi
Ciò che tu vuoi, che conservi sani
Doppo tanto veder, gl'affecti suoi.
¹³ Vinca tua guardia e movimenti humani:
Vedi Beatrice con quanti beati
Per li miei preghi ti chiuden le mani ⁽⁴⁾.
¹⁴ Gl'ochi ⁽⁵⁾ da Dio dilecti e venerati,
Fissi nell'orator ⁽⁶⁾, ne ⁽⁷⁾ dimostraro
Quanto e devoti preghi le ⁽⁸⁾ son grati.
- ⁸ *Nunc iste, qui ab infima lacuna
Universi usque huc vidit
Vitas spirituales unam post aliam,
9 Supplicat tibi humiliter pro gratia virtutis
Tantum, quod possit cum oculis se elevare
Altius versus ultimam salutem.
10 Et ego, qui unquam pro meo videre non arsi
Plusquam ego facio pro suo, omnes meas preces
Tibi porrigo, et deprecor quod non sint scarse,
11 Ad hoc ut omnis nubes dissolvatur
Sue mortalitatis cum precibus tuis,
Ita quod summa complacentia ei explicetur.
12 Adhuc te precor, o Regina, que potes
Quidquid tu vis, quod conserves et sanes,
Post tantum videre, affectus suos.
13 Vincat tua misericordia motiones humanas:
Videas Beatricem cum quot beatis
Propter meas preces tibi claudit manus.
14 Oculi Dei dilecti et venerati,
Fixi in oratione, nobis demonstrarunt
Quantum devote preces sunt sibi grate.*

⁽¹⁾ costui cioè Dante — ⁽²⁾ profondità dell' Inferno — ⁽³⁾ contemplar — ⁽⁴⁾ serrano supplicando con meco — ⁽⁵⁾ de la Vergine Maria — ⁽⁶⁾ Bernardo — ⁽⁷⁾ al. mi — ⁽⁸⁾ a lei.

dat, etc. Hec quinque sunt considerata in omnibus actionibus virtutum moralium, in te pietas, in te est magnificentia (que est cum magnis expensis, muneribus et donis, quia magnificentia circa magnos sumptos). Modo completitur omnia opera virtutum: in te adunatur quantum in creatura est bonitas: ut virginitas, que [est] in spiritibus lunaribus; activitas et eloquentia, que est in spiritibus mercurialibus; in te est amor et caritas, que sunt in spiritibus veneris, sapientia; etc. de omnibus actibus virtutum, quos habent omnes illi qui sunt in omnibus speris.

Hoc dicit Bernardus: quod ipsa debeat istam gratiam, quam vult, petere, ex eo quia ipsa potest omnia. Nunc iste, qui ab ultima lacuna, idest a profundo (lacuna est sentina; idest a profundo Inferni, ubi est sentina omnium fecium universi) usque huc; vidit vitas, scilicet animas spirituales, unam post aliam (quia primo vidit dampnatas in Inferno, secundo vidit eas que purgantur in Purgatorio, demum venit per Paradisum, etc.: vidit omnia, intellige hic quantum ad genera singulorum et non singula generum), supplicat tibi (idest sub pedibus suis se plicat, quia supplicare est sub pedibus se plicare) humiliter pro gratia (quasi dicat: Hucusque habuit gratiam generalem, modo expedit sibi habere specialem) virtutis tantum quod possit cum oculis, intellectus scilicet, se elevare altius versus, idest tollere, ultimam salutem, idest deitatem.

Et ego qui unquam pro meo videre non arsi, idest ardentius desideravi, plus[quam] ego facio pro suo, idest rogo

te pro eo (fingit hic quod Bernardus dilexit auctorem et merito, quia Dantes multum utebatur dictis Bernardi et delectabatur in ipsis), omnes meas preces tibi porrigo, et deprecor quod non sint scarse, idest avarie, scilicet quod non refutentur, sed acceptentur et dent effectum, ut etc., ad hoc ut omnis nubes dissolvatur sue mortalitatis cum precibus tuis, ita quod summa complacentia ei explicetur, idest aperiatur, ostendatur, removeas ab eo omnem carneam caliginem, et facias eum videre Deum, qui est summa complacentia, ita quod ei si spieghi, idest devolvatur Deus, qui erat prius involutus, idest aperiatur.

Adhuc te precor, o Regina, que potes quidquid tu vis, quod conserves et sanes, post tantum videre, idest post tantam visionem, affectus suos; idest, quando faciet finem isti operi suo, quod ipse remaneat in illa bona affectione in qua est modo.

Vincat tua custodia motiones, idest mutationes, scilicet humanas (quasi dicens: Tua gratia debet conservare eum in bona dispositione, quia caro leviter movetur et alteratur mens): videas Beatricem cum quot beatis (idest Doctoribus sanctis, quorum libros ipse studuit: rogat pro ipso theologo: ergo propter tot rogamina tu debes moveri ad faciendam gratiam petitam) propter meas preces tibi claudit manus, idest porrigit manus clausas.

Oculi Dei dilecti. Gli occhi de Dio dilecti: hec est secunda pars huius capituli, in qua ostenditur quomodo

- ¹⁵ Indi ⁽¹⁾ all'eterno lume ⁽²⁾ si drizzaro ⁽³⁾,
Nel quale non si de'creder che s'in [v]ii ⁽⁴⁾
Per creatura ⁽⁵⁾ l'ochio tanto chiaro.
¹⁶ Et io ch'al fine ⁽⁶⁾ di tutti e desii
Appropinquava, sì com'io doveva ⁽⁷⁾,
L'ardor del desiderio in me finii.
¹⁷ Bernardo m'accennava, e sorrideva ⁽⁸⁾,
Perch'io guardassi in suso; ma io era
Già per me stesso tal qual ei voleva ⁽⁹⁾;
¹⁸ Chè la mia vista, venendo sincera,
E più e più entrava per lo raggio
Dell'alta luce, che da sè è vera.
¹⁹ Da quinci innanzi el mio veder fu maggio
Che'l parlar mostra, ch'a tal vista cede,
E cede la memoria a tant'oltraggio ⁽¹⁰⁾.
²⁰ Qual è colui che sognando vede,
E doppo'l sogno la passion impressa
Rimane, e l'altro a la mente non riede;
²¹ Cotal son io, che quasi tutta cessa
Mia vision, et ancor mi distilla
Nel cuor l' dolce che nacque da essa.
- ¹⁵ *Inde ad eternum lumen se direxerunt,
In quod non debet credi quod eatur
Per creaturam oculo tantum claro.
16 Et ego qui ad finem omnium meorum desideriorum
Appropinquabam, sicut ego debebam,
Ardorem desiderii in me finivi.
17 Bernardus michi annuebat, [et] subridebat,
Ut ego respicerem sursum; sed ego eram
Iam per me ipsum talis, qualem ille me volebat esse;
18 Quia visio mea, deveniendo sincera,
Magis ac magis intrabat per radium
Alte lucis, que a se est vera.
19 Ab hinc in antea meum videre fuit maius
Quam sermo monstret, qui tali viste cedit,
Et cedit memoria tanto excessui.
20 Qualis est ille qui sompniando videt,
Et post sompnum passio impressa
Remanet, et aliud a[d] mentem non reddit;
21 Talis sum ego, quia tota cessat
Mea visio, et adhuc michi instillat
In corde dulce quod ab ipsa ortum fuit.*

⁽¹⁾ da Bernardo — ⁽²⁾ a Dio — ⁽³⁾ gl'ochi di Maria — ⁽⁴⁾ s'intrometta — ⁽⁵⁾ altra alcuna — ⁽⁶⁾ a Dio — ⁽⁷⁾ al. vea — ⁽⁸⁾ al. dea — ⁽⁹⁾ al. lea — ⁽¹⁰⁾ oltra veder ch'io ebbsi.

auxilio Virginis gloriose Dantes venit ad videndum Deum. Et quia Virgo Maria, loquente sic Bernardo, tenebat oculos fixos ad Bernardum et ad me, fuit hoc nobis signum exauditionis precum porrectarum. Oculi Dei (quia oculi Virginis Marie possunt dici oculi Dei, possessive), dilecti et venerati (quia oculi Virginis sunt venerabiles), fixi, idest fixe intuentes nos in oratione (dicit hic auctor Bernardum oratorem et merito, tum quia fuit optimus rethoricus, tum quia tunc precabatur et orabat ad Virginem), nobis demonstrarunt quantum devote preces sibi sunt grate. Idest, per hoc datur intelligi, quod Virgo volebat exaudire preces illas.

Facto fine verbis hiis, scilicet Bernardi ad Virginem, inde, idest post hoc, ad eternum lumen, idest ad Deum, se direxerunt (scilicet oculi Virginis, qui prius voverant se ad nos, scilicet Bernardum et me); in quod, scilicet lumen eternum, non debet credi, scilicet a quoque, quod eatur, idest intretur, per creaturam, scilicet aliquam, oculo tantum claro. Idest, nullus oculus intrat et perspicit in Deum ita clare, sicut oculus Virginis Marie.

Et ego, qui ad finem omnium meorum desideriorum appropinquabam (idest ad Deum, quem desideravi taliter quod nihil ulterius possem desiderare), sicut ego debebam, ardorem desiderii in me finivi; quia nihil ulterius potui desiderare, quia eram adeptus summum bonum, ultra quod nihil desiderabile est.

Bernardus michi annuebat (idest signum michi faciebat, scilicet quod respicerem in Deum), et subridebat (quasi diceret: Iam tu habes quod tota mente petisti et semper optasti), ut respicerem sursum; sed ego eram iam per me ipsum talis, qualem ipse volebat, scilicet me esse; quia visio mea, idest meus intuitus, deveniendo sincera, idest vera, sive clara, magis ac magis intrabat per radium alte lucis, que a se est vera. Scilicet nulla alia lux est per se et a se vera, nisi divina tantum; scilicet omnis alia lux est ab illa, que est eterna.

Modo auctor excusat se, si non perfecte describit illam visionem: licet memoria et intellectus excedant descriptionem, tamen auctor conabatur ut melius describere poterat; sed necesse est quod sermo cedat tanto excessui.

Quantus est Deus, et qualis sit sua memoria, vult ostendere per talem comparisonem. Sicut etenim accidit alicui qui sompniat, videre aliquam rem, et post sompnum passio impressa remanet in confuso, quia bene recordatur quod ipse sompniavit aliqua magna, sed non recordatur illorum (sicut accidebat Nabuchodonosor, quando sompniavit de statua terribili, et expergefactus recordabatur se sompniasse aliqua terribilia in confuso, sed nullus illorum recordabatur), ita accidebat huic auctori in isto puncto. Ab hinc in antea meum videre fuit maius quam sermo monstret (idest sermo non potest monstrare totum quod vidi), qui, scilicet sermo, tali visioni cedit, et cedit memoria (idest non

- 22 Così la neve al sol si disigilla,
Così al vento nelle foglie lievi
Si perde la sententia di Sibilla⁽¹⁾.
23 O somma luce, che tanto ti lievi
Da concepti mortal, a la mia mente
Ripresta un poco di quel che parevi;
24 E fa' la lingua mia tanto possente,
Ch'una favilla⁽²⁾ sol de la tua gloria
Possa lassar alla futura gente;
25 Chè, per tornar alquanto a mia memoria,
E per sonar un poco in questi versi,
Più si conceperà di tua victoria.

⁽¹⁾ Chumea — ⁽²⁾ scintilla.

recordor) *tanto ultragio*, idest eccessui. Qualis est ille, qui sompnando videt, et post sompnum passio impressa remanet, et aliud ad mentem non redit (idest recordatur se sompniasse, sed nullus illorum recordatur), talis sum ego. Optima comparatio: nam ista descriptio fuit tota una visio, ut ipse ostendit alibi, idest in Inferno. Nam multi habent mirabilia sompnia, et aliqui bene recordantur omnium; aliqui nisi in confuso; aliqui minime; aliqui gaudent in sompniis; aliqui tristantur. Scribit enim Rasis, magnus medicus, in quodam suo libro de medicina, qui dicitur Totum continens, quod semel quidam ivit ad eum, dicens: Succurre michi, quia male sto. Cui Rasis: Quid habes? Cui ille: Ego sepiissime sompno mirabilia, scilicet esse cum Deo, loqui cum ipso, videre angelos. Cui dixit Rasis: Hoc non provenit ex spiritu melancholico, imo hec [est] visio philosophica, que nedum est removenda, imo, si fieri posset, deberet augeri. Cur de hoc tristar? Non debeo tibi dare remedium contra hoc. Talis fuit visio Dantis, etc. Talis fui ego, quia quasi tota cessat mea visio, et adhuc michi [di]stillat in corde dulce, idest dulcedinem, quod, scilicet dulce, ab ipsa, scilicet visione, ortum fuit. Idest, illa visio dedit michi delectationem gratissimam, que adhuc gratam consolationem michi reddit. *Distillat*: idest, dat dulcedinem.

Hoc probat, dicens, scilicet quod visioni sue non potest esse bene memor. Et ponit duo exempla: unum naturale, aliud artificiale. Naturale exemplum est de nive, que ad solem disigillatur, idest liquefit; artificiale exemplum est de responsis Sibille Aurifrisie, que conduxit Eneam ad Infernum, secundum fictionem Virgili in sexto libro Eneydos. Dicit enim Virgilius, quod quando quis ibat ad sapientem Sibillam pro consiliis, ipsa intrabat in antrum, et ibi implebatur Deo, scilicet Appolline, idest spiritu Appollinis, et consilia scribebat in foliis lauri; sed si folia illa moverentur quovis modo de ordine quo stabant, etiam per modicum parvum ventum et per parvam agram, subito perdebat sententia Sibille et nunquam poterat rehaberi. Dicit igitur auctor, quod ipse perdiderat recordationem visionis sue, sicut nix perditur et liquefit ad solem: ecce

- 22 *Sicut nix ad solem liquefit,
Sicut ad ventum in foliis levibus
Sic perdebatur sententia Sibille.*
23 *O summa lux, que tantum te ellevas
A conceptibus mortalium, mee menti
Iterum presta unum modicum de illo quod appa-*
24 *Et facias linguam meam tantum potentem,*
25 *Quia, propter redire aliquantulum ad meam me-*
*Et propter sonare aliquantulum in istis versibus,
Plus concipietur de tua victoria.*

exemplum naturale; et sicut sententia Sibille de foliis ad ventum [ecce exemplum artificiale]. Sicut nix ad solem dissigillatur, idest liquefit; sic ad ventum in foliis, scilicet lauri, levibus perdebatur sententia Sibille.

O summa lux, que tantum. O somma luce, che tanto: ista est tertia pars huius capituli in qua auctor facit deprecationem ad Deum, ut posset patefacere aliquid de excellentia Dei. Et dicit: O summa lux, scilicet divina (que est infinita, incomprehensibilis, nedum spiritibus humanis, verum etiam angelicis), que tantum te elevas, idest tantum distas et excedis a conceptibus mortalium (quia per infinitum lux divina excedit omnes conceptus mortalium: nunc orat), mee menti iterum presta unum modicum de illo quod apparebas, idest videbaris (iterum, quia in visione, primo viderat aliqua, quorum oblitus modo est; ideo petit ut iterum ista lux se prestat ei: adhuc petit aliud, scilicet potentiam loquendi); et facias linguam meam tantum potentem, quod unam favillam solum tue glorie possim dimictere future genti (idest, quod possim describere saltem minimam partem tue glorie; nam auctor multa viderat in extasi, de quibus non recordabatur; et assignat causam quare deberet exaudiri, quia sequetur delectatio et profectus gentibus futuris); quia propter redire aliquantulum ad meam memoriam, et propter sonare aliquantulum in istis versibus, plus concipietur de tua victoria: idest, comprehendetur et cognoscetur a mortalibus, quomodo tu omnia vincis, quia a nullo intellectu creatu comprehenderis, idest perfecte.

O lector, tu vis videre bene, si in hac oratione auctor fuit bene exauditus, scilicet quod isti versus debeant prodesse future genti et debeant publicari in mundo? Nota id quod dicit dominus Ioannes Boccacius: dicit enim, quod in millesimo tercentesimo vigesimoprimo, in festo Sancte Crucis, in civitate Ravenne mortuus est auctor. Quo sepulto, filii eius, scilicet dominus Iacobus et Petrus, volentes publicare istud opus, perquirentes studium eius, non reperiebant tredecim ultima capitula Paradisi, unde multum dolebant. Unde filii conabantur complere opus istud; sed non erat

- 26 Io credo, per l'acume ch'io soffersi
Del vivo raggio, ch'io sarei smarrito,
Se gl'ochi miei da lui fosser aversi.
27 E mi ricorda ch'io fui più ardito
Per questo a sostener tanto, ch'io vinsi⁽¹⁾
L'aspetto mio col valor infinito⁽²⁾.
28 O abbondante gratia, ond'io presumpsi
Ficcar lo viso per la luce eterna,
Tanto che la veduta vi consumpsi!
29 Nel suo profondo vid'io che s'interna,
Legato con amor in un volume,
Ciò che per l'universo si squaderna;
30 Substantie et accidenti, e lor costume,
Quasi conflati insieme per tal modo,
Che ciò ch'io dico è un semplice lume.
31 La forma universal di questo nodo
Credo ch'io vidi; perchè più di largo,
Dicendo questo, mi sento ch'io ghodo.
- 26 *Ego credo, quod propter acumen quod ego sustuli
Vivi radii, ego fuisset territus,
Si oculi mei ab ipso fuissent aversi.*
27 *Ego recordor quod ego fui audacior
Propter hoc ad sustinendum tantum, quod ego
Aspectum meum cum valore infinito.*
28 *Oh habundans gratia, unde ego presumpsi
Figere visum per lucem eternam,
Tantum quod intuitum meum ego consumpsi!*
29 *In suo profundo vidi ego quidquid internatur,
Ligatum cum amore in uno volumine,
Omne quod per universum extenditur;*
30 *Substantie et accidentia, et eorum mores,
Quasi conflata invicem per talem modum,
Quod id quod ego dico est unum simplex lumen.*
31 *Formam universalem istius nodi
Credo quod ego vidi; ex quo magis large,
Dicendo istud, sentio quod ego gaudeo.*

⁽¹⁾ congiunxi — ⁽²⁾ di Dio.

modus: fuisset enim unum trufum quidquid fecissent. Interdum mutaverunt domum, et iverunt ad habitandum aliam domum; et de libri incomplectione tristabantur nimis. Accidit quod habitantes in alia domo, Iacobus, filius auctoris, sompniavit una nocte, quod Dantes pater suus apparebat sibi albis indutus, totus candidus, et letus cum magno gaudio, et dicebat quod erat in gloria Dei. Et tunc dixit in sompniis filius suus Iacobus: O pater, ubi est tuum imperfectum opus? Et pater respondit ei: Fili, opus meum est perfectum; ideo quere in prima domo, ubi habitabamus quando eram vobiscum, et invenies completum libri, scilicet tredecim ultima capitula. Qui expergefactus a sompno, ipse Iacobus dixit fratri suo Petro: Sic et sic sompniavi. Petrus germanus trufatus est de sompno. Dixit Iacobus: Subito de mane volo ire ad domum pro illo fine, et perquirere de fine et complemento istius operis. Tunc, facto mane, ambo iverunt ad illam domum; et perquirentes in multis locis, non invenerunt. Dixit Iacobus: Oportet perquirere omnia, quia indubie puto quod inveniemus: non sine causa habui istam visionem. Tunc iste Iacobus intravit sub lectum in quo solebat dormire Dantes, et in quadam fenestra post lectum reperit multas cedulas ligatas, que iam quasi incipiebant corrumpi; et erant omnia que continentur in tredecim ultimis capitulis istius Paradisi, cum litteris abbaci et abbaco; et breviter, cum magno labore reducerunt opus ad perfectum finem. Ecce si Deus voluit quod istud opus esset ad profectum genti, future genti, et quod istud opus veniret ad lucem; quia quasi miraculose habitum fuit totum.

Ego credo, [quod] propter acumen quod ego sustuli, idest sustinui, vivi radii, idest divini, ego fuisset devius, idest territus, si oculi mei ab ipso fuissent aversi, idest ab eo advertissem oculos.

Ego recordor, quod fui audacior propter hoc, idest propter istam orationem quam feci, sive deprecationem, et propterea quia semper tenui oculos fixos in illo acumine, idest lumine acuto, ad sustinendum tantum, scilicet laborem, quod ego coniunxi aspectum meum, idest intellectum meum, cum Deo, cum valore infinito, idest cum potentia infinita.

O habundans gratia, unde ego presumpsi (quasi dicat: Nimis magna gratia fuit michi largita) figere visum per lucem eternam, tantum quod intuitum meum consumpsi; idest, vidi quantam possibile est intellectui humano videre.

Iam in paucis verbis multa comprehenduntur. Vult dicere hic auctor, quod in Deo erant omnia visibilia, omnia celestia, omnia terrestria, que omnia comprehenduntur sub substantia et accidente. Sic enim videtur vere velle Aristotiles: Quidquid est, aut est substantia, aut est accidens. Unde dicit Commentator, quod Magnus Aristotiles scrutando cacumina rerum, in duo divisit quidquid in orbe fuit. Substantia est que per se subsistit, ut Deus, homo, lapis, etcetera; accidens est quod alteri inheret, ut color, sapor. In suo profundo, idest in sua profunditate sive infinitate substantiali, vidi ego quidquid internatur, idest continetur, ligatum cum amore, idest ad sum beneplacitum, non necessitate, in uno volumine, idest in una arte, vel idea, omne quod per universum extenditur, idest expanditur; substantie et accidentia, et ipsorum mores, idest proprietates vel actus, quasi conflata invicem, idest representata, per talem modum, quod id quod ego dico est unum simplex lumen, idest modicum.

Formam universalem istius nodi credo quod ego vidi (nodi in quo sunt ligati in mente divina: illa forma uni-

- ³² Un punto solo m'è maggior letargo,
Che venticinque secoli all'impresa,
Che fe' Neptuno a mirar l'ombra d'Argo⁽¹⁾.
³³ Così la mente mia, tutta sospesa,
Mirava fixa immobile et attenta,
E sempre di mirar faceasi accesa.
³⁴ A quella luce cotal si diventa,
Che volgersi da lei per altro aspetto
È impossibil che mai si consenta;
³⁵ Però che 'l bene, ch'è del voler obiecto,
Tutto s'accoglie in lei, e fuor di quella
È defectivo ciò ch'è lì perfectio.
³⁶ Omai sarà più corta mia favella,
Pur a quel ch'io ricordo, che d'un fante
Che bagni ancor la lingua a la mammella.
- ³² *Unus punctus solus est michi maior lethargus,
Quam venticinque secula ad impressam,
Quam fecit Netumpnus ad respiciendum oculos* [Argi].
³³ *Sic mens mea, tota suspensa,
Respiciebat fixe immobilis et actenta,
Et semper ad respiciendum afficiebatur accensa.*
³⁴ *Ad illam lucem talis quilibet efficitur,
Quia advertere se ab illa propter alium aspectum
Est impossibile quod unquam consentiatur;*
³⁵ *Eo quia bonum, quod est voluntatis obiectum,
Totum colligitur in ea, et extra illam
Est defectivum quiddid ibi est perfectum.*
³⁶ *Ammodo erit brevior mea loquela,
Solum ad illud quod ego recordor, quam unius
Qui balneet adhuc linguam mamille.* [infantis]

(1) nave prima.

versalis est idea, idest species, omnium rerum creabilium et possibilium); ex quo magis large, dicendo istud, scilicet sic, sentio quod ego gaudeo. Idest, loquendo large, non magis stringendo me, ego sentio me gaudio repletum.

Iam vult ostendere auctor et dicere, quod non plus vult se extendere in hac materia; quia quanto plus cogitaret et ymaginaretur, tanto fieret amplius immemor: et hoc ostendit per pulchram comparisonem. Pro qua intelligenda oportet notare unam historiam talem. Quando Iason voluit acquirere vellus aureum, oportuit ipsum navigare per mare, et fecit fieri primam navem que unquam fuit, que vocata fuit Argos, et tunc in illa navi bene sotiatus intravit. Navigans mare, ivit ad isolam Cholchis. Quando Netumpnus, deus maris, qui viderat nunquam plus mare navigari, vidit navem illam armatam, obstupuit; et quia ipse est deus maris, gavisus est quod suum mare habitaretur et navigaretur, et non poterat satiari quovis modo de videri et intueri navem illam; et mirabiliter admirabatur, et minimum admiratione fuit repletus navem illam intuendo; et mirabatur quo ingenio, qua arte, tale edificium et opus factum fuisset, et quomodo homines essent ausi intrare mare tam tempestuosum, tam periculosum, tantum terribile, cum exiguo ligno solide et tam valide. Preterea admirabatur, quomodo quis poterat sibi suasisse ut intraret mare, consideratis naufragiis que inde possent sequi et sequuntur. Modo dicit auctor quod sunt venticinque secula (quodlibet seculum continet centum annos; ita quod venticinque secula sunt venticinque centenaria annorum), ex quo fuit hoc, idest quod facta fuit prima navis, vocata Argos; et tamen istud tempus venticinque seculorum, idest venticinque centenariorum annorum, nondum extraxit Netumpnum de stupore et admiratione, quomodo scilicet homines intrent et sint ausi intrare mare. Nota quod lethargus est morbus oblivionis mentalis cum sompno. Unus punctus (idest ille qui representabat

deitatem) solus est michi maior lethargus, quam venticinque secula ad impressam, idest ad captionem exercitii, vel ad inceptionem exercitii, navigationis, quam fecit Netumpnus ad respiciendum oculos Argi, idest illius navis, in qua navigavit Iason cum su's sociis. Idest licet sint venticinque secula, quibus Netumpnus cepit videre navim illam et admirari de illa, et adhuc non finit intueri et admirari.

Sic tamen evenit, idest menti mee, que quanto plus videbat in illo lumine immenso, idest in tanto, plus cupiebat intueri, nec poterat satiari sic intuendo, sed semper magis accendebatur voluntate ad respiciendum. Sic mens mea, tota suspensa, respiciebat fixe immobilis et actenta, et semper ad respiciendum efficiebatur accensa.

Ad illam lucem talis quilibet efficitur, quia advertere se ab illa propter alium aspectum est impossibile quod unquam consentiatur (quasi dicatur: Tanta est letitia, tantum est gaudium, tanta est delectatio, intueri Deum et videre, qui est obiectum beatificum, felicitans omnem intellectum intuentem in eum, quod nemo posset se advertere propter alium aspectum ab ipso Deo; quia nulla alia res visa posset quietare intellectum appetitum, nisi Deus); eo quia bonum, quod est voluntatis obiectum, totum colligitur, idest aggregatur, in ea, scilicet essentia divina; et extra illam est defectivum quiddid est perfectum. Concordat auctor se cum Boetio, tertio de Consolatione, prosa secunda, dicente: Illud quoque est summum, quod cuncta bona intra se continet, et est status omnium bonorum aggregatus: omnia que sunt in Deo, sunt perfecta, infinita, immensa; et quiddid est extra Deum, est imperfectum.

Ammodo erit brevior mea loquela, solum ad illud quod ego recordor, quam unius infantis, qui balneet adhuc linguam mamille. Pulchra comparatio. Puer qui suggit ad mamillam nutricis, non format loquendo formam ad ple-

- ³⁷ Non perchè più ch'un semplice semblante
Fusse nel vivo lume ch'io mirava,
Chè tal è sempre qual s'era davante;
³⁸ Ma per la vista che savvalorava
In me, guardando, una sola parvenza,
Mutandom'io, a me si travagliava:
³⁹ Nella profonda e chiara sussistenza
Dell'alto lume parvemi tre giri
Di tre colori e d'una contenenza;
⁴⁰ E l'un dall'altro, come yr da yri,
Parea reflexo, e 'l terzo parea foco
Che quinci e quindi equalmente s'aspiri.
- ³⁷ *Non quia plusquam una simplex apparentia
Esset in vivo lumine quod ego respiciebam,
Quod tale est semper quale fuit ante;*
³⁸ *Sed propter visionem que valorabatur
In me, respiciendo, unam solam apparentiam,
Mutans ego me, michi transmutabatur:*
³⁹ *In profunda et clara subsistentia
Alti luminis apparuerunt michi tres gyri
Trium colorum et unius continentie;*
⁴⁰ *Et unus ab alio, sicut yris ab yride,
Apparebat reflexus, et tertius apparebat ignis
Qui hinc et inde equaliter spiretur.*

num, sed loquitur vocabula truncata; sic oportebit hic auctorem facere, propter difficultatem materie subtilissime de qua vult loqui, nec de cetero ponet se in istis cogitationibus. Etiam puer dum sic loquitur verba truncata, semetipsum non intelligit: sic dicit auctor se facturum; confitetur enim se nescire quid ultra debeat dicere. Et hoc non evenit ex parte lucis divine, sive ex parte Dei, sed hoc provenit a se Dante, quia nescit quid plus dicat: nec hoc evenit propter diversitatem que sit in divinitate, quia illa non variatur.

Non quia plus quam una simplex apparentia est in vivo lumine quod ego respiciebam, quod tale est semper quale fuit ante (nam omnia entia, antequam producantur, habent esse ideale, quod nunquam variatur: species rerum semper uno modo existunt in Deo, nec in Deo cadit aliqua mutatio ullo modo, sed mutatio fit ex parte creaturarum, etc.); sed propter visionem, que valorabatur, idest validabatur, in me, idest augebatur, vel confortabatur, respiciendo unam solam apparentiam (quia in se illa apparentia non mutabatur, quia semper omnia relucentia in Deo, quantum ad ideam, equaliter permanent), mutans ego me, idest mutatus ego, michi permutabatur. Idest, apparebat michi ipsam transmutari: licet non esset ita; sed omnis mutatio erat in me et ex parte mea.

In profunda et clara subsistentia. Nella chiara et profonda sussistenza: hec est quarta et ultima pars huius capituli, in qua auctor sub brevibus verbis tangit Trinitatem divinam, in cuius persona, scilicet Filii, ponit humanitatem coniunctam ipsi Verbo divino et imponit finem isti mirabili operi. Primo tamen loquitur brevissimis verbis de summa Trinitate et immensa Unitate; nec scivit invenire meliorem modum loquendi, quam hoc quod mente conceperat per circulum, sive circularem figuram, describere, imitans modum loquendi Trimegesti, de quo Augustinus in libro de Civitate Dei, dicens, quod ipse Trimegestus, philosophus, avus magni Mercurii, volens describere Deum, dixit quod Deus est spera, cuius centrum est ubique, circumferentia vero nusquam. Sic auctor similiter volens describere Deum trinum et unum in sua uni-

tate, per circulum describit, ponens exemplum de yridibus celi, idest circulis, qui fiunt in aere, in nube rorida et aquosa, propter radios solis, de sero vel de mane, transversaliter, et non perpendiculariter aut recte, repercutientes illam talem nubem; et aliquando sunt duo arcus, quorum unus continetur in alio, quandoque ab alio. Arcus celestis comuniter est tricolor, aliquando est quaticolor, sed pro maiori parte est tricolor. Arcus est unus, et tamen tres habet colores. Hii tres colores sunt unus arcus, et unus arcus est illi tres colores: sic Deus est unus Deus, una essentia, una natura, una substantia, una deitas; et tamen ibi sunt tres persone, que tres persone sunt unus Deus, et unus Deus est ille tres persone. Tres ille persone, licet sint eodem essentialiter, tamen distinguuntur ab invicem realiter et formaliter, quia Pater non est Filius, nec Filius est Pater, nec Filius est Spiritus Sanctus, nec Spiritus Sanctus est Filius, nec Pater, etcetera. Tamen Pater est id quod est Filius, et sic de Spiritu Sancto est dicendum. Distinguuntur ergo circuli ab arcu, sive in yride celesti, per colores, et non per aliud; sic persone divine distinguuntur per notiones et relationes. Nam isti termini, paternitas, filiatio, generans et genitum, spirans et spiratum, spiratio activa, spiratio spirata, generatio, nativitas, ingnitum, etcetera, sunt notiones et relationes, quibus persone divine distinguuntur. Nam Pater eternus, intuens divinam essentiam, quam semper habet presentem [ut] obiectum adequatum, gignit Filium, producit natura[liter] Verbum: et hii duo, scilicet Pater et Filius, una inspiratione, non duabus, non ut duo principia, sed ut unum, spirant Spiritum Sanctum equaliter, qui est amor reflexus, quo Pater diligit Filium, Filiusque eodem diligit Patrem, eternaliter, sine principio temporali et absque fine. Nec sunt plures divine persone nec pauciores, in Trinitate illa summa et ineffabilis. Cum intellectus divinus productum Filium habeat terminum adequatum sibi, sic voluntas habet Spiritum Sanctum terminum sibi adequatum; ita quod in illa Trinitate Pater a nullo, Filius a solo Patre, Spiritus Sanctus ab utroque. Hii tres sunt unus Deus, unum principium rerum visibilium et invisibilium, ut habetur De summa Trinitate et fide catholica, capitulo Firmiter. Modo in hac trinitate est humanitas, quam solus Filius terminat et sup-

- ⁴¹ O quant'è corto 'l dir, e quant'(¹) è fioco
Al mio concepto! e quest'a quel ch'io vidi,
E tanto, che non basta a dicer poco.
- ⁴² O luce eterna, che sola in te sidi,
Sola t'intendi, e da te intellecta
Et intendente te a me arridi!
- ⁴³ Quella circulation, che sì concepta
Parea in te, come lume reflexo,
Dagl'ochi miei alquanto circumspecta,
- ⁴⁴ Dentro da sè del suo colore stesso
Mi parve pincta de la nostra effige:
Perchè 'l mio viso in lei tutt'era messo.
- ⁴¹ *O quantum breve est dicere, et quomodo est raucum
Meo conceptui! et hoc, ad aliud quod vidi,
Est tantum, quod non sufficit ad dicendum parum*
- ⁴² *O lux eterna, que sola in te sedes,
Sola te intelligis, et a te intellecta
Et intelligens te michi arrides!*
- ⁴³ *Illa circulatio, que est sic concepta
Apparebat in te, sicut lumen reflexum,
Ab oculis meis aliquantulum circumspecta;*
- ⁴⁴ *Intra se a suo colore eodem
Michi apparebat picta de nostra ymagine:
Ex quo meus visus in eam totus erat fixus.*

(¹) al. e com'è.

positat, quia illa humanitas non est unita in unitate suppositi nisi solummodo Filio Dei, ut qui est eternaliter Filius in divinitate, temporaliter sit Filius in humanitate: in quo Filio Dei humanato auctor figebat visum et ibi fixe intuebatur, nec poterat inde revolvere oculos, nec advertere, sed fixos in illa humanitate tenebat oculos, et accidebat sibi in tenendo fixos oculos in Trinitate, et maxime in persona humanata, se non posse advertere oculos ab illa.

Sicut accidebat Archimenidi, qui tam fixe respiciebat in circulo quem volebat quadrare, quod permisit se interfici, stans ita occupatus, in respiciendo in circulo.

Nota hic unam hystoriam, quam ponit Valerius Maximus libro sexto. Unus magnus philosophus, mathematicus, astrologus et geometer, sive geometra, fuit in Sicilia, in civitate sua [Siracusanorum, qui erat valentissimus in multis, maxime in geometria. Fecit plura et plura, impediencia Marcellum tyrannum in Siraculis, ne ipse posset obtinere civitatem. Attamen venit tempus, in quo sic evenit quod ipse Marcellus obtinuit civitatem siracusanam vi et violenter. Audita fama valoris et probitatis istius Archimenidis, qui tamen multum fuerat contrarius ipsi Marcello, ille Marcellus precepit omnibus gentibus suis, quod omnes deberent servare illum Archimenidem [n]dempnem et quod nemo esset ausus interficere eum. Accidit attamen, quod vi intrantes milites in civitatem siracusanam, unus homo armorum venit ad domum Archimenidis, causa derubandi domum illam ipsius Archimenidis. Tunc Archimenides fecit circulum, quem voluit quadrare, quod est nimium difficile, dicente Aristotile: Et si quadratura circuli est possibilis, nondum est inventa. Nunc iste Archimenidis stabat ita actentus et fixe actendebat ad illum circulum quadrandum, quem iam descriperat, quod veniente homine armorum, et irruente super ipsum, et interrogante eum quod esset nomen eius, iste Archimenides, qui erat totus actentus ad circulum, non indicavit sibi nomen suum; unde ille homo armorum percussit Archimenidem gladio et interfecit eum. Et sic de sanguine suo Archimenides finivit vitam suam, quo sanguine madefactus fuit ille circulus ad quem stabat ita fixe actentus, quia suum nomen non indicavit illi qui eum interfecit: et si nomen suum indicasset, non fuisset interfectus; sic enim

preceperat Marcellus, quod Archimenides servaretur. Modo vult dicere auctor, quod ipse ita fixe stabat actentus respiciendo in illa humanitate, quam vidit in una illarum personarum Sanctissime Trinitatis, quod bene potuisset interfici antequam ipse revolveret aut adverteret suos [oculos] a contuitu illo. Illis dictis, iam ad textum veniamus.

In profunda et clara subsistentia alti luminis, idest in illa substantia per se existente, a nullo dependente, illius excelsæ Trinitatis, que est altissimum lumen indeficiens et immensum, apparuerunt michi tres gyri, idest arcus sive circuli (ecce quod per circulos, sive per circularem figuram, auctor vult describere Sanctissimam Trinitatem), trium colorum et unius continentie (idest trium personarum et unius substantie, ita quod sunt ibi tres colores et una continentia, idest sunt tres persone et una substantia): et unus ab alio (idest unus color ab alio, idest una persona ab alia, idest distinguebatur), sicut yris ab yri, idest yride, sive circulus a circulo, apparebat reflexus (idest Filius apparebat nasci de Patre); et tertius, scilicet Spiritus Sanctus, apparebat ignis, qui hinc et inde a Patre et Filio equaliter spiretur.

O quantum est breve dicere, idest dictum, scilicet meum (quasi dicens, nescio ultra dicere), et quomodo est raucum, idest obscurum, meo conceptui (quasi dicat, melius sentio quam possum dicere)! et hoc ad illud quod vidi (quasi dicat, illud modicum est multum) est tantum, quod non sufficit ad dicendum parum. Quasi dicat: Nihil possum plus dicere.

Iam dirigit auctor verba ad ineffabilem Trinitatem, dicens quasi admirative: O lux eterna (que, supple, nihil novi recipis in te), que sola in te sedes (quia a nullo contineris) sola te intelligis (idest perfecte, ita quod nullus intellectus creatus potest te comprehendere; tu sola te comprehendis), et a te intellecta (idest solummodo es, et a nullo alio, idest comprehensibiliter) et intelligens, scilicet, te, michi arrides, idest complaces, faciendo michi tantam gratiam, quod ego te intuear.

Illa circulatio (scilicet Sanctissima Trinitas trium personarum et unius essentie), que sic concepta (idest a me,

- ⁴⁵ Qual geometra che tutto s' affige
Per misurar lo cerchio, e non ritrova,
Pensando, quel principio ond'elli indige;
- ⁴⁶ Tal era io a quella vista nova:
Veder voleva, come si convenne
L'ymago al cerchio, e come vi s'indova;
- ⁴⁷ Ma non eran da ciò le proprie penne:
Se non che la mia mente fu percossa
Da un fulgore, in che sua vogla venne.
- ⁴⁸ All'alta fantasia qui mancò possa:
Ma già volgea el mio desio e'l velle,
Sì come rota ch'ugualmente (¹) è mossa,
Amor che muove 'l cielo e l'altre stelle.
- ⁴⁵ *Qualis geometra qui totum se fixerat
Pro mensurando circulo, et non invenit,
Cogitando, illud principium unde indiget;*
- ⁴⁶ *Talis eram ego ad illam vistam novam:
Videre volebam, quomodo convenit
Ymago ad circulum, et quomodo est ibi locus;*
- ⁴⁷ *Sed non erant ad hoc proprie penne:
Nisi mea mens fuit percussa
Ab uno fulgore, in quem sua voluntas venit.*
- ⁴⁸ *Alte phantasie hic defecit posse;
Sed iam involvebat meum velle, [divinum] velle,
Sicut rota que equaliter movetur,
Amor qui movet solem et alias stellas.*

(¹) al. ch'equalmente.

in conceptu mentis apprehensa; sic, idest exili modo) apparebat in te, sicut lumen reflexum (propter productionem Filii et Spiritus Sancti), ab oculis meis aliquid circumspecta (idest exiliter, ut dictum est) intra se, divinitate, a suo colore eodem, idest a Filio, michi apparebat picta, idest vestita, de nostra imagine, idest humanitate, sive effigie humana: ex quo, idest quare, meus visus, oculus scilicet intellectus, in eam, scilicet humanitatem, totus erat fixus; idest, totaliter eram actentus ad illam humanitatem tunc, quia michi facilius erat intueri in humanitate et ipsam intelligere, quam divinitatem.

Qualis geometra, scilicet Archimenides syracusanus, qui totum se fixit pro mensurando, idest quadrando, circulo, et non invenit (scilicet quadraturam eius; que si possibilis est, nondum et inventa), cogitando, illud principium, idest illum punctum a quo incepit, unde indiget (scilicet incipere, pro quadrando circulum. Supple textum: qui geometra tantum stabat actentus ad illum circulum, quod non indicavit nomen suum; et quia non indicavit, fuit ibi interfectus; idest ita fixe et actente stabam ego ad illam humanitatem, quod per plus permissem me trucidari, quam inde ab illa humanitate advertissem oculos meos); talis eram ego ad illam vistam (idest visionem, qua ego intuebar illam humanitatem) novam: videre volebam, quomodo convenit, idest fuit conveniens, ymago (scilicet humana, sive humanitas) ad circulum (idest ad Trinitatem, vel ad personam Verbi; idest quomodo humanitas fuit coniuncta Verbo Dei), et quomodo ibi est locus (quia humanitas est in loco), vel quomodo humanitas habet locum ibi (scilicet in Trinitate, ita quod ibi sunt tres persone in una essentia, et tamen humanitas non est unita in unitate suppositi nisi uni illarum personarum. Hoc cupiebat auctor videre et intelligere, scilicet quomodo humanitas est unita Verbo Dei, et qualis unio fuit illa); sed non erant, scilicet sufficientes, ad hoc proprie penne (idest meus intellectus, mea fantasia, mea ratio, meum lumen naturale; quia nec homo quisquam, pure homo, hoc sufficit intueri. Ideo dicebat Beatus Ioannes Baptista: Cuius non sum dignus solvere


corrigiam calceamenti; idest nesciebam solvere, idest declarare, corrigiam calceamenti. Per quod calceamentum intelligitur humanitas; idest, quomodo calceamentum, sive humanitas, coniuncta est divinitati. Ergo fantasia auctor non plus poterat: ideo oportuit facere finem operi): nisi, idest sed, mea mens fuit percussa ab uno fulgore, idest lumine, sive splendore, in quem scilicet fulgorem, sua voluntas, idest mee mentis, venit.

Nota quod speculatio auctoris fuit quidam motus circularis, qui bene volutus redit ad primum. Nam qui facit circulum cum circino, si incipit ab uno puncto et sic circulariter movendo et trahendo circinum, sive sextum, redit ad illum eundem punctum, a quo incepit, circulus est perfectus, et non ante. Nota etiam quod quando anima humana fit, a die primo suo esse, quod est punctus, incipit circulum, qui tam diu gyret, quousque homo vivit; et si sic recedens a Deo per creationem, adversatur ipsi Deo per peccatum, errat nimis. Dicente Beato Augustino super Genesim ad litteram: Creata intellectualis substantia, adversa Deo, scilicet per peccatum, fluctuat informiter; formatur autem per conversionem ad illud ineffabile, bonum, lumen, quod est Verbum Dei in excelsis. Quod considerans auctor, se a Deo processisse per creationem, [et quod] peccavit tamen, ideo ivit ad Infernum, videns ibi tot mala, pervenit ad Purgatorium, ubi peccatores purgantur a peccatis, et fuit per purgationem factus dispositus venire ad Deum. Demum per speras celi venit huc, idest ad divinitatem et summum bonum, et sic complevit circulum; et sic debet esse finis. Pervento igitur ipso huc, alta fantasia sua, que fuit de tam altis rebus, debuit habere finem, quia ulterius, idest ultra Deum, non potest iri.

Et omne posse creatum, alte fantasie, hic, idest apud summum deficit (*posse*, idest potentia); sed, si pro quia iamolvebat meum velle, velle divinum idest meam voluntatemolvebat voluntas divina; sicut rota que equaliter movetur. Supple: ego movebar et motus sum, quia complevi circulum: ideo movebat me sic Amor, scilicet divinus, sive Deus, qui movet solem et alias stellas, idest omnia astra celi, omnes intellectus creatos. Ecce quod auctor finit omnes

tres suos libros in isto vocabulo, sive termino, stelle. Infernus finit sic: Et hac exivimus, scilicet de Inferno, ad videndum stellas. Purgatorium finit sic: Purus et dispositus ad ascendendum ad stellas. Paradisus finit hic sic: Amor qui movet solem et alias stellas. Finit igitur auctor Dantes opus suum tam nobile, tam seriusum, tam utile, quando

pervenit ad videndum et contemplandum summum bonum; in cuius natura, et devota contemplatione et sincera, consistit vita eterna et gloria perehenniter duratura, ad quam perducatur nos Iesus Christus Dei Filius, qui in trinitate perfecta vivit et regnat per omnia secula seculorum. Amen. Et sic est finis.



[CONCLUSIO MANUSCRIPTI TEXTUS ITALICI COMOEDIAE DANTIS]

FINIT FELICITER TOTUM OPUS 1480.

Qui scripsit scribat, semper cum lumine ⁽¹⁾ vivat:
Vivat et hic felix, ceu multo tempore fenix:
Hinc videat Chrystum, qui librum scripserit istum.
Qui legit hoc carmen, lector respondeat amen.
Scripsit, summe Deus ⁽²⁾, tibi supplex Bartholomeus
Collensis, minimus Minimorum servus et imus;
Chrysti sectator, Francisci lentus amator,
Qui me per Chrystum mundum commovit in istum.

⁽¹⁾ i. Deo, qui est lux vera — ⁽²⁾ ad tui laudem et honorem.

[CONCLUSIO TRASLATIONIS LIBRI DANTIS]

Explicit translatio libri Dantis, edita a Reverendo Patre et Domino Domino Fratре Iohanne de Serravalle Ariminensis diocesis, Episcopo et Principe Firmano, de Ordine Minorum assumpto, principiata de mense Ianuarii anno Domini millesimo quadringentesimo decimosexto, et completa de mense Maii eiusdem anni in civitate Constantiensi, Provintie Maguntine, in partibus Alamanie, vacante Sede Apostolica et tempore Concilii generalis ibidem Constantie celebrati. Que translatio fuit compilata et facta ad instantiam Reverendissimorum in Christo Patrum et Dominorum, Domini Amidei, miseratione divina titulo Sancte Marie Nove sacrosancte ac Universalis Ecclesie Diaconi Cardinalis, de Salutiis vulgariter nominati; et Domini Nicholai Bubwych Dei et Apostolice [Sedis] gratia Batthonsensis et Wellensis Episcopi; nec non et Domini Roberti Halam, eiusdem Sedis Apostolice gratia Saresburgensis Episcopi, qui ambo sunt de Regno Anglie, in quo suas sedes habent.

Completo libro, reddantur gratie Christo. Amen.

[CONCLUSIO COMMENTI]

Explicit Comentum super totum librum Dantis, editum a Reverendo Patre et Domino Domino Fratре Iohanne de Serravalle Ariminensis diocesis, Episcopo

et Principe Firmano, de Ordine Minorum assumpto, quod Comentum fuit principiatum prima die mense februaryi anno Domini millesimo quadringentesimo sextodecimo, et completum fuit sexta die mensis ianuarii anno Domini millesimo quadringentesimo decimoseptimo, in civitate Constantiensi, Provintie Maguntine in partibus Al[a]manie, vacante Sede Apostolica et tempore generalis Concilii ibidem Constantie celebrati. Hec expositio facta fuit et compilata a dicto Domino Iohanne Episcopo et Principe Firmano ad instantiam Reverendissimorum in Christo Patrum et Dominorum, Amidei, miseratione divina titulo Sancte Marie Nove, Sacrosancte ac Universalis Ecclesie Diaconi Cardinalis, de Salutiis vulgariter nominati; et Domini Nicolai Bubwych, Dei et Apostolice Sedis gratia Batthonsensis et Wellensis Episcopi; nec non et Domini Roberti Halam, eiusdem Sedis Apostolice gratia Saresburgensis Episcopi; qui ambo Episcopi sunt de Regno Anglie, in quo suas sedes habent, etcetera.



LA PREGHIERA

Quest'ultimo canto accoppia altezza incomparabile a massima umiltà: o, meglio, percorrendo i gradi d'entrambe sino al sommo, ne trova l'intimo accordo, anzi l'identità radicale, nel principio che le congiunge. L'umiltà è semplice e semplice è la grandezza; quindi toccando il sommo, si congiungono in semplicità perfetta. Comincia quest'ultimo canto con la preghiera, anzi è tutto una preghiera dal principio sin quasi alla fine: preghiera, in cui il Poeta ora si alza fino alla più sublime contemplazione, ora senza bassezza e orgoglioso rammarico si fissa sulla propria impotenza. Nel che, se parve al Tommaseo che egli insistesse soverchiamente, è da considerare che, viatore com'era ancora, non avrebbe potuto davvero tenersi fisso in alto senza lo sbatter dell'ali: ed ali a noi, per intender Dio, sono le creature, anzi, più che altro, le loro imperfezioni; doppia negazione, che risulta in una affermazione somma. La visione di Dante non fu visione reale, ma adombramento di visione; quindi nessuna meraviglia se sia tutta soffusa di un'ombra: ma in quell'ombra s'intravede l'irradiazione del vero eterno; dolcissima irradiazione, la qual solleva l'anima ad un'altezza, che umanamente non potrebbe ella mai per sé concepire. Questa irradiazione è grazia divina; e l'atto della creatura che vi si affissa sospirando, è preghiera, festa vera dello spirito, che inteso con lo sguardo in Dio, ne resta illuminato di luce infinita e vi pregusta qualche cosa di Paradiso. Un cielo è la coscienza di chi prega; ha scritto uno de' più profondi filosofi de' nostri.

La preghiera è atto supremo dell'anima, che contiene ed armonizza quanto di perfettivo si può pensare quaggiù: quindi anche le arti ne trassero le ispirazioni più belle, come le immagini in atto di preghiera dell'Angelico, come le stesse preghiere introdotte nelle opere teatrali, benchè tanto profane; imperocchè in queste specialmente (diciamo nelle preghiere che vi s'introducono) sempre o quasi sempre si raccoglie la maggiore combinazione di quelle note dolcissime che rapiscono come in un'estasi celeste. La preghiera è riposo dalle esteriori tempeste di questa vita; ma è ad un tempo azione vivissima del pensiero e dell'amore, che c'innalza all'oggetto sommo, dove sentiamo che sta la pienezza della nostra vita e il vero e finale nostro riposo. Come raccoglimento interiore, che rifugge dagli strepiti esterni, è atto massimamente personale e individuo, e per ciò stesso massimamente libero: e come atto che si ap-

punta direttamente in Dio, con cui l'anima entra a colloquio, è l'atto il più universale che si possa pensare; per il quale non solamente comunica con lui, supremo principio e termine di tutte le cose, ma altresì con tutta la società degli uomini passati, presenti e futuri; comunica con l'immensità degli angeli e con quanti cuori umili e supplicanti a lui si rivolgono; comunica anche con la materiale creazione, la quale non è che un inno raccolto dagli spiriti, e cantato a Colui che lo faceva per la sua gloria.

Perciò coloro che pregano, hanno abitualmente in sé un raggio di cielo che ne calma i dolori, che ne avviva lo spirito, che ne frena le passioni, che li rende pienamente donni di sé stessi; hanno l'anima continuamente irradiata di luce divina, e avvivata da forza soprannaturale, le quali iniziano in essi una specie di trasmutazione. La prima, cioè la luce, si manifesta in una serenità, in un sorriso, in un parlare, che è potenza di attrimento sopra chiunque tratta con essi; la seconda, cioè la forza, si appalesa in una potenza d'animo che signoreggia qualsiasi avvenimento e ne trionfa, fosse anche la catastrofe di tutto l'universo.

La preghiera a Maria, che Dante in questo ultimo canto pone su le labbra di Bernardo, affinché alle suppliche di questo suo sì gran servo gli ottenga dal proprio Figliuolo, ch'egli, il Poeta, dopo il lungo viaggio fatto dall'infima laguna sino alle più alte cose celesti possa conseguire l'eterna salvezza, ci dice dove, dopo le tante traversie della vita, trovò quel conforto in cui l'anima sua quietasse e si disponesse al gran passaggio che doveva metterlo nella realtà delle cose, da lui idealmente e poeticamente contemplate e descritte. E a quella preghiera avendo veduto gli occhi della Madre divina fissi così nell'oratore, che dimostravano d'averla ella accettata, nulla ebbe più a desiderare.

L'ardor del desiderio in me finii,

egli dice; e fisso il suo sguardo dirittamente in Dio, esclama:

O somma luce, che tanto ti levi
Da' concetti mortali, alla mia mente
Ripresta un poco di quel che parevi;
E fa' la lingua mia tanto possente
Ch'una favilla sol della tua gloria
Possa lasciare alla futura gente.


FRAGMENTA COMMENTARII

SUPER COMOEDIAM DANTIS ALDIGHERII

PER

FRATREM BARTHOLOMMAEUM A COLLE

EX MIN. OBS.





INCIPIT TERTIA CANTICA PARADISI ET CANTUS PRIMUS

PROPONIT MATERIAM DE QU'A INTENDIT TRACTARE

SCILICET DE GLORIA PARADISI ET BEATORUM

La gloria. Gloria est alicuius rei clara seu aperta cum laude notitia: sed hic ponitur pro glorioso opere Dei, omnibus noto, aperto et claro ac laude dignissimo; et sic est emphasis, figura secundum grammaticos, seu denominationis color secundum rethoricos, quando ponitur forma alicuius rei pro materia, vel e converso, sicut hic.

Che tutto move. Movet enim angelos; angeli celos; celi corpora inferiora. Boetius in tertio De Consolatione, versiculo nono: Stabilisque manens dans cuncta moveri.

Per l'universo penetra. Usque etiam ad terre centrum et Infernum, ubi relucet iustitia eius simul et misericordia in puniendo citra condignum et preservando in esse qui merebantur annihilari.

E resplende, etc. Quia in singulis quibuscumque creaturis relucet opus Dei laudabile (Psalmus centesimoquingentesimo: Laudate Dominum de celis, etc.); sed magis in uno opere quam in alio. Philosophi enim omnia distinxerunt in tres species, quia omnis res, secundum illos, aut est pura forma, ut Deus, angeli et anime rationales; aut pura materia, ut chaos, quamquam dicant quod eius indistinctio et permixtio erat forma eius, ita quod pura materia reperiri non potest nisi per conceptum; aut materia cum forma, ut omnia elementata. Et inter elementata quedam sunt simpliciter existentia; quedam insuper viventia; quedam preterea sensibilia; quedam ultra hec rationabilia. Et sic relucet opus Dei in una parte plus, in alia minus, prout quilibet creatura magis vel minus est capax bonitatis sue, etc.

Nel ciel che più, etc. Quod est Empyreum, quia est pura lux, cum lux aliorum celorum sit materia permixta, et creatum fuerit a Deo, simul cum angelis, tempore et prima materia, de nihilo, secundum Doctores.

Fu' io, etc. Mentali scilicet elevatione vel intellectuali. Et sic est hic figura synecdoche secundum grammaticos,

vel intellectionis color secundum rethoricos, quando pars ponitur pro toto, vel e converso, totum pro parte.

E vidi cose, etc. Ut concordet cum Apostolo de se dicente: Scio hominem, etc. Sequitur: Et vidit arcana Dei, que non licet hominem loqui, scilicet propter altitudinem et sublimitatem eorum.

Perché, etc. Reddit rationem dicti sui, et ponit hanc sententiam, quod quando humanus intellectus ad desideratum pervenit finem, penetrat quo memoria pertingere nequit, et sic, post, recordari non potest eius quod intellexerat.

Veramente, etc. Protestatur tamen se [et] profiteretur, tantum se velle narrare in hac tertia Cantica de gloria Paradisi, quantum recordari potest de intellectuali seu mentali illius glorie visione.

O buono Apollo, etc. Invocat poetico more Apollinem, qui fuit poesis exercitator; unde Oratius in Poetica: Ne forte pudori Sit tibi Musa lyre solers, et cantor Apollo. Allegorice tamen invocatur Christus, qui est Patris Sapientia, ut dicit Apostolus prime Corinthiorum primo capite.

Infino a qui, etc. In monte Parnaso duo erant colles; videlicet Cytheron in quo civitas Nysa, in qua studium erat scientiarum practicarum consecratus Bacho; et Elycon, in quo civitas Cyrra, in qua studium scientiarum theoricarum et contemplativarum consecratus Apollini. Dicit ergo quod hucusque suffecit sibi studium scientiarum practicarum pro prima et secunda Cantica, in quibus tractavit de virtutibus politicis et moralibus, quibus vitatur peccatum, et [de penis] purgatoriis quibus culpa deletur, et sic pervenitur ad innocentie statum, ubi sunt virtutes animi purgati, idest contemplative, ad quas requiritur etiam theoria, cum non sufficiat sola practica.

Si come quando Marsia, etc. Marsya, ut ponit Ovidius

in quinto Methamorphoseos, fuit unus ex satiris caudatus, qui, inventa fistula, quam Pallas proiecerat (quia cum in cetu Deorum insufflaret, Dei riserunt ob deformitatem bucce ipsius, unde accedens ad paludem Tryton et insufflans, vidit in ea deformitatem suam et proiecit fistulam in paludem), cepit et ipse insufflare, et glorians, ait se melius insufflare cum fistula quam Apollo tangeret citharam, quamvis magistrum se cantus diceret. Indignatus Apollo, contendit cum eo sub iudice Myda, rege Phrygie, qui Marsye favit; unde Myde auriculas asini dedit. Sed Thynolus et Pallas sententiam pro Apolline dederunt contra Marsyam, quem decorari fecit; qui ob hoc tantum ploravit, quod in flumen, quod Marsya nuncupatur, conversus est, quod de monte Thynolo descendit, qui est in Frygia. Marsya, idest stultus, contendit cum Apolline, idest sapiente, qui, victus ab eo, notam facit stultitiam suam et descendit discurrens per vitia et peccata. Rogat igitur auctor Apollinem, ut, inspirando, dulciter sonet in pectore suo, sicut sonuit quando vicit Marsyam. Item, allegorice, Apollo Christus sua sapientia decoriat Marsyam, idest peccatorem, pelle sua, idest peccatis, quibus involutus erat; qui plorat per contritionem et in fluvium convertitur gratia Dei, ita ut sua postmodum doctrina alios possit mundare peccatores; de quo precatur auctor hic.

O divina virtù. Idest gratia Dei illuminans, cooperans et consummans.

Vedra' mi a piè. Allegorice, lignum, obedientia; folia, virtutum species, quibus sapientes coronantur a Deo in hac vita per gratiam et in futuro per gloriam. Sed de raro hoc accidit, ut sequitur, sicut pauci sunt electi et pauci quos equus amavit Iupiter. Unde bene sequitur: *Si vade volte, padre, se ne coglie*, etc. Quid autem allegorice significent quatuor circuli et tres cruces, et quomodo perficiantur ille tres cruces ex quatuor circulis, quere infra, in fine huius tertie Cantice, in primo signo, ubi est littera A in principio et nota (1).

La fronda penneya. Damnes, filia Pennei, fluminis Grecie, ut ponit Ovidius in primo, cum fugeret a facie Apollinis insequentis eam ex amore, conversa fuit in arborem lauri, que postea Phebo consecrata est. Unde postea et imperatores et poete laureis foliis coronabantur, in signum quod eorum fama, ad lauri exemplum, semper debebat virescere et nunquam deficere. Frons igitur penneya lauri frondem significat, in quam Damnes, Pennei filia, conversa fuit, ut dictum est.

Poca favilla. Utitur hic auctor colore rethorico, qui dicitur significatio, dicendo per similitudinem, quod sicut ex parva favilla grandis aliquando ignis generatur, ita ex ipsius parvo ingenio grandis fama succrescet, qua alii incitati eius exemplo ad virtutes, maiora poetando, opuscula eudent.

Surge a' mortali, etc. Fingit hic auctor quod mane erat in ortu solis, quando se invenit cum Beatrice ut ascenderet cum ea ad primum celum, idest circulum lune. Et hic incipit narrare materiam suam, incipiens a temporis descriptione. Dicit: *Surge a' mortali*, etc. Pro cuius intelligentia scire debes, quod sol quolibet die vadit per unum gradum signi Zodiaci, sub quo suum peragit cursum, nun-

quam tamen recedendo a linea eclipctica, que est in medio zodiaci, cuius amplitudo extenditur duodecim gradibus, ita quod linea eclipctica est in medio horum duodecim graduum, sex habens ab uno latere et sex ab alio; longitudo vero rotunditatis Zodiaci extenditur ad gradus CCCLX. Ex quo sequitur quod sol in suo ortu facit CLXXX mutationes in anno in partibus orientalibus, quando ascendit a paralelo antharthyco ad arthyceum, et quando descendit a paralelo arthyce ad antharthyceum, quia hic est totius eius decursus. Unde quando intrat in Cancro in mense iunii, quanto plus potest, altius elevatur, sicut fecit illo die quo de Geminorum signo exivit; ita per ordinem postea descendendo, sicut prius fecit ascendendo, quousque pervenit ad circulum Equatoris, ubi est equinoctium autumnale, hoc est quando dies noctibus equales sunt et e converso. Et tunc exit de Virgine et intrat in Libram; a quo signo postea successive elongatur, quousque venit ad ultimum gradum Sagittarii et ad primum Capricorni, ubi est [equinoctium, et ad] tropicum hyemalem, in quo quanto plus potest, infimus oritur, et sic facit ortum suum in centum octoginta locis diversis in partibus orientis. Et exinde incipit sursum reverti per alia sex signa Zodiaci, quousque revertatur ad Cancrum; et facit ortus suos in illis eisdem locis, in quibus prius fecit descendendo, et sic revertitur ad circulum Equatoris exeundo de Piscibus et intrando in Arietem, ubi est equinoctium vernale; et inde ascendendo revertitur ad tropicum estivalem. Et isti duo tropici, seu duo ista tropica, faciunt duo solstitia; unum estivale, in quo est maior dies et minor nox totius anni; et hyemale, in quo est minor dies et maior nox totius anni. Quia igitur, quando sol exit de Virgine et intrat in Libram, facit ortum suum prope vel iuxta circulum Equatoris (sicut quando exit de Piscibus et intrat in Arietem), et in illis duobus locis, in quibus Zodiacus tangit Equatorem, coniunguntur simul quatuor circuli in uno puncto in duobus diversis locis, idest in equinoctio vernali et autumnali; evenit quod in illis duobus locis coniunguntur quatuor circuli simul in uno puncto, qui faciunt tres cruces: videlicet Orizon obliquus, Colurus, Equator et Zodiacus. Nam Colurus crucem facit super horizontem obliquum; Equator super Colurum, et Zodiacus super Equatorem, et sic sunt tres cruces et quatuor circuli. Et hoc est quod dicit auctor: *Surge a' mortali*, etc. Et ut declaret de quo ortu solis dicere velit, subiungit: *Ma da quella, che quattro cerchi*, etc. Et quia hoc evenit in duobus equinoctiis, ut patet in spera et supra dictum est, ut declaret se dicere de equinoctio vernali, subsequitur: *Con miglor corso e con miglore stella esce congiunta*, etc. Hoc est de mense martii quando exit de Piscibus et intrat in Arietem. Et quia tunc sol ascendit, dicit, *Con miglor corso*, quia etiam tunc oritur producibilis omnium fructuum terre; quod non est quando exit de Virgine et intrat in Libram, quia tunc descendit et oritur finitivum omnium fructuum terre. Quia etiam dicto tempore oritur cum Venere, que tunc dicitur Dyana seu Lucifer, que exit tunc de oriente coniuncta soli, que influit mundo amorem, dulcedinem et benignitatem, plusquam alia sidera; ideo loquitur: *Et con migliore stella*. Dicit autem, *Esce congiunta*, quia Venus quandoque

precedit solem, et tunc dicitur Lucifer; quandoque sequitur, et tunc dicitur Hesperus; quandoque coniungitur soli secundum situm sui epyclii, in quo facit suam revolutionem, et tunc non precedit neque sequitur solem, sed oritur coniuncta soli simul cum eo. Et ideo dicunt Astrologi, quod planete, qui habent epyclum, aliquando sunt retrogradi, aliquando progressivi et aliquando stationarii, quando videlicet stant in uno et eodem situ cum sole. Et sic erat illo tempore de quo dicit auctor. Quidam vero dicunt, quod loquitur de alia optima propter homines stella, que est in signo Arietis.

— *Surge a' mortali da diverse foci*, etc. Supra in primo cantu tertie Cantice, ubi sunt quatuor virtutes cardinales et tres theologicæ, ibi totum est clarum et serenum dies gratie Dei; et ubi non sunt, ibi est totum obscurum et nox nequitiæ dyaboli. Sed debent esse iste virtutes quatuor cardinales intersecate cum tribus theologicis, ita quod iungantur ad invicem omnes in uno puncto. Quia iustitia significata per Equatorem, intersecando prudentiam significatam per Colurum, idest, colubrum, unde semper lux incipit, conficitur una, idest prima crux, que est fides, que oritur ex prudentia et iustitia. Iustum est enim credere in Deum et creaturam suo credere Creatori, multo magis quam pythagoreo Pythagore preceptori suo. Et prudentia est operari quod iustum est. Similiter etiam intersecando fortitudinem, significatam per Zodiacum, in quo est virtus duodecim signorum celestium et omnis eorum potentia et efficacia, temperantia, significat per Equatorem, conficitur alia crux, que est spes, quia a fortitudine animi et temperantia oritur spes. Et intersecando iterum prudentiam, significatam per Colurum, idest colubrum, iustitie, significat per Orizontem obliquum sub aliis duobus crucibus, quarum unam fecit fides et aliam spes, necessario fit alia crux que est caritas. Ex fide, enim, credendorum et spe future beatitudinis oritur caritas, idest amor Dei et proximi per iustitiam, prudentiam, fortitudinem et temperantiam, quando simul intersecantur et coniunguntur. Et hoc accidit cuilibet qui sequitur Beatricem, idest Sacram Scripturam, in ea parte, in qua magis respicit divinum splendorem. —

Quando Beatrice sul sinistro fianco, etc. Hoc dicit, quia qui in alio hemisperio voluntur ad solis ortum, sol est eis a sinistro latere, sicut nobis in nostro hemisperio stat a latere dextero. Et sequitur: *Rivolta vidi*, quia Beatrix primo stabat versus Ursam illius hemisperii, et sic volendo respicere ad speram solis, revoluta est in latum sinistrum, sicut in nostro hemisperio aliquis respiciens Ursam nostram, ut respiciat ad ortum solis volvitur in latum dextrum, ut patet. *Aquila sì*, etc. Comparatio est et color, qui dicitur ymago, idest similitudo. Et significat allegorice Beatrix Sacram Scripturam, que figit oculos in solem iustitie Deum, ut ostendat eum lectoribus suis. Et vere Hyeronimus, Augustinus et alii Doctores theologi fixerunt oculos suos, idest rationem et intellectum, ad cognoscendum Deum, quantum fas est hominibus intelligere, super omnes philosophos et alios mundi sapientes. Allegorice etiam lucerna mundi, idest gratia Dei, diversimode oritur hominibus ad influendum eis karismatum dona, maxime de mense martii, quando Christus incarnatus est et hominem reparavit, quando quatuor circuli cum tribus crucibus, idest quatuor virtutes cardinales cum tribus theologicis coniuncte

sunt, Christo mediante, in suis electis. Vel elevatur et surgit sol iustitie et gratia Dei melius in illis ubi reperiuntur predictæ virtutes quam in aliis, et maiores effectus, seu operationes, causat in eis quam in aliis, et facit sibi magis similes et conformes.

E tal foce fact' havea di là mane e di qua sera. Quia illis, qui sunt in statu contemplationis et in desiderio eternorum, lux oritur, ceteris vero fit nox, etc. Allegorice declara, ut Deus concedit.

[*E sì come secondo raggio suole*, etc.] Utitur colore, qui dicitur similitudo, quia sicut radius solis reflectitur a loco in quo percutit sursum unde exit, sic actus Beatricis fixus ad solem, repercussit ymaginationem Dantis et simul eum disponere fecit exemplo suo ad figendum oculos suos in solem.

[*Così dell'atto suo per gl'ochi*, etc.]. Allegorice, dum Theologie incumbabat, theologorum exemplo nixus est etiam ipse solem iustitie mentis oculis contemplari et imitari eos in suis contemplationibus.

[*Molto è lecito là*, etc.]. Et hic facit antypophoram ad eos qui dicere possent: Quomodo tu fixisti oculos in speram solis, in quam qui aspiciunt excecantur? Respondet ergo huic tacite obiectioni, et dicit: *Molto è lecito*, etc.

Molto è lecito là, etc. Monet, iuxta allegoriam, multa licere sanctis et iustis, que non licent peccatoribus et vitiis, et sic etiam videre et contemplari ultra comunem hominum intelligentiam.

Mercè del luogo, dice. Iuxta litteram intelligit de Paradiso terrestri, quem locum finxit esse in summitate montis Purgatorii, qui altissimus est in puro ethere; sed allegorice innuit se elevatum ad puritatis statum et innocentie, in quo licet Deum, et non aliter, contemplari, sicut erat Adam in Paradiso terrestri antequam peccaret.

Io nol sofferse, etc. Allegoria. Non potest humanus intellectus diu substinere nec se totum defigere in contemplatione divine celsitudinis, et dum in ea paullulum moratur, videt multas veritates emergentes ab ipsa prima veritate, velut scintillas ignis ab igne, circumquaque fulgurantes seu micantes.

E subito mi parve, etc. Per hoc vult innuere, quod iam inceperat elevari in contemplatione sua, et quando adventit gratia Dei illuminans, factus est splendidus sicut sol, Scriptura testante: Fulgebunt iusti sicut sol in conspectu Dei.

Beatrice tutta, etc. Fingit se transmutatum a statu vitioso ad statum virtutis et cum purgatorii virtutibus pervenisse ad statum innocentie, contemplationis et beatificæ visionis. Et dicit, *eterne rote*, improprie, pro *sempiterne*, quia rotabunt celi quantum placebit Deo. Oculi Beatricis sunt oculi theologorum, vel intellectus Sacre Scripture.

Et io in lei, etc. Dicit, quia removit mentem a consideratione celorum et studio cui tunc incumbabat, et dedit se totum studio Sacrarum Scripturarum, quarum determinatione celestia didicit atque divina.

Nel suo aspetto tal dentro mi fei, etc. Idest, in anima et mente. Et hic expresse innuit quod elevatio sua fuit mentalis et non corporea.

Qual si fe' Glauco. Glauco, ut narrat Ovidius in tertio decimo, Anthedonis filius, piscator, cum multos cepisset pisces, et pausans in quodam maris scopulo, dum retia siccarentur illos super herbas posuisset, erbarum virtute vivificati, in mare salierunt; quod Glauco admirans et

(1) In fine desunt Commenta hic indicata.

causam illius coniectans, gustatis herbis, alienatus a mente, mari se precipitem dedit et factus est Deus marinus. Hoc ergo exemplum ponit. Dicit quod sicut Glaucus in degustatione herbe factus [est] consors Deorum maris, ita ipse gustu Sacrarum Scripturarum et divine gratie factus est per contemplationem particeps divine beatitudinis, concordans cum Boetio in tertio Phyl. Cons. nono. Memento etenim correlarii, quod paulo ante precipuum deli, ac sic collige: cum ipsum bonum beatitudo sit, bonos omnes, eo quod boni sunt, fieri beatos liquet: sed qui beati sunt, Deos esse convenit: sed natura, quidem unus est Deus, participatione vero nihil prohibet Deos esse quamplurimos.

Transhumanar. Idest transire ab humanitate ad altiore gradum, quod non potest esse nisi in Deum, quia nulla natura nobilior est humana nisi divina. Etsi enim angeli in via presint hominibus natura, non tamen in patria, ut ponit Magister in secundo, distinctione prima.

Significat per verba non si porra. Idest, non posset talis status per verba humana ostendi, cum sit supra humanam conditionem.

Però l'esempio busti, etc. Exemplum est color rethoricus; unde inquit Tullius: Exemplum est alicuius dicti vel facti preteriti cum certi auctoris nomine propositio. Exemplum igitur Glauci declarat, quod transhumanare est de statu humano ad divinum transire. Quo quidem exemplo ostendere vult, sanctos viros et in via transformari in Deum per contemplationem, malos autem ex opposito transformari in bestias varias secundum varia vitia et peccata eorum, ut declarat Boetius in eodem, quarto, ubi supra. [S'io era sol di me quel che creasti, etc.]. Nunc ades eterno complectens omnia nexu! O rerum mixt'que salus concordia mundi et sacer orbis amor! Genesis primo: Spiritus Domini ferebatur super aquas, idest primam materiam secundum Augustinum.

Quando la rota, etc. Dicunt Philosophi quod omnes celi rotantur a primo mobili et infra, qui sunt novem: videlicet primum mobile, octava spera et septem planete; nam celum Empyreum est immobile. Et habent varios motus et in tantum differentes, quod primum mobile ita velociter rotatur, quod facit revolutionem suam in viginti quatuor horis ab oriente ad occidentem et ab occidente ad orientem per aliud amplum emysperium. Octava vero spera tardissima est in motu suo, ita quod in centum annis vadit unum gradum, qui[fa] sunt gradus CCCLX, idest trecenti sexaginta; ergo in XXXVI, idest triginta sex millibus annorum facit suam revolutionem per oppositum motum ad primum mobile, idest ab occidente ad orientem et ab oriente ad occidentem per aliud emysperium. Quo etiam motu rotantur septem planete, sed velocius. Nam Saturnus facit revolutionem suam in triginta annis; Iupiter in vigintiduobus; Mars in duodecim; Sol in uno anno et sex horis; Venus et Mercurius in totidem; Luna in viginti-septem diebus et octo horis. Et isti motus faciunt armoniam et concentum mirabilem, ad cuius similitudinem musica instrumentum adinvenit novem cordarum. Quare autem talis sonus a mortalibus non audiatur, Macrobius super Somnio Scipionis causam assignat. Dicit quod hoc evenit ex disproportione sensus ad obiectum: sensuum omnium [obiectum] oportet contemperari ad potentias sensitivas; aliter enim sensus non operatur. Unde, sicut quando sonus est multum infimus, auris illum percipere nequit; ita etiam

quando est nimis altus et elevatus et magnus. Et ponit exemplum de casu Nyli a montibus Ethyopie in vallem Egypti, que vocatur Cathadupla, cuius sonitum ob magnitudinem circumstantes habitatores non audiunt. Et hoc est quod vult auctor dicere de revolutione et armonia celorum. *Sempiterni:* dicit improprie, ut supra.

Parveni tanto, etc. Ostendit ex hoc se iam fuisse elevatum cum Beatrice ad orbem, seu globum, vel circulum, aut celum, lune. Per spatium enim celi, illustratum a lumine solis, lunam intelligit, seu corpus lunare, quod non splendet a se, sed lumen recipit a sole, qui semper medietatem lunaris corporis illustrat radiis suis, qui semper per directum medietatem ipsius percutiunt, nisi quando terra interponitur: quod potest evenire singulis sex mensibus, idest bis in anno, quando plenilunium reperitur in capite aut in cauda Draconis. Et tunc fit eclipsis lune in parte aut in toto, si contingat quod umbra terre totum occupet. Nam cur nobis appareat luna nunc gracilis, nunc gibbosa, nunc cornuta, nunc sic vel sic, nunc tota illuminata, quod potest esse in sola medietate, ut dictum est, ratio est propter situm in quo est, in quo aspectus noster non potest esse medius inter ipsam et solem; quia quando potest esse medius, tunc totam videmus. Aliter videmus eam secundum predictas differentias. Fingit vero vidisse lunam ad similitudinem lacus, quia corpora spherica magna a longe videntur esse plana, et maxime quando videntur in alto; sed quando videntur de pari, apparent longa. Et ideo quia videmus lunam in alto, apparet nobis in plenilunio depressa secundum similitudinem polente, vel adipati, cum in veritate sit corpus sphericum seu rotundum, de cuius magnitudine dicit Alfraganus capitulo vigesimo secundo, quod est ad magnitudinem vigesime nonae partis totius terre. Terre vero ambitus est centum triginta duorum millium milliariarum, et eo amplius sexcentorum, idest *cento trentahue miglia e secento migla*. Restat igitur, dividendo dictum numerum in vigintinovem partes, quod lunaris globi, seu corporis ambitus, est trium millium et quadringentorum milliariarum, idest *tre mila quattro cento migla* secundum eundem.

Mai fulgore, etc. Fulgor est vapor siccus, accensus in secunda aëris regione usque ad principium tertie, cuius motus adeo violentus [est], quod mirabilia deorsum operatur, ut patet. Et cum naturaliter ignis semper ascendat, hic tamen ex forti impetu quem habet a nubibus, quando simul striete et condensate exprimunt eum deorsum versus terram, descendit contra naturam suam ita velociter, quod in ictu oculi percutit inferiora corpora. Comparat igitur auctor velocissimum fulguris descensum ad velocissimum sui ascensum ad celos. Et in hoc iterum ostendit quod eius ascensus fuit mentalis, cum dicit, *Come tu ch'adesso riedi*, scilicet ad situm tuum proprium; quia sicut situs corporis est terra, ita situs anime est celum. Cum ergo dicit, *ch'adesso riedi*, intelligitur ad tuum primum et principale et proprium situm, seu naturalem, qui est celum. Unde Boetius in tertio, versiculo nono: Quas lege benigna ad te conversas reduci facis igne reverti. Quia igitur humanus animus in athomo levatur et ubique est in bono instanti, ideo bene dicit: *Mai fulgore fuggendo*, etc.

Per le sorrise, etc. Surridant sapientes de simplicitate rudium et indoctorum, qui de facile errant etiam in apertis.

Gl'ochi drizzò v. r. me, etc. Beatricem dirigere oculos

in sursum, fuit aperire intellectum eius ad sensus allegoricos et spirituales Sacre Scripture.

Cominciò: Le cose tutte quante, etc. Doctrina ista mirabilis de sacro manat eloquio; et ideo fingit eam a Beatricis ore procedere, in qua Beatrix talem deducit rationem. Nullus sapiens ammirari debet de rebus naturalibus et rationabilibus; sed tuus ascensus naturalis est et rationabilis; ergo tu quoque sapiens esse debes, non debes ammirari. Maior est vera, quia solum res ignote et quarum causa latet, in admirationem ducunt; sed talium rerum naturalium causa sapientes non latet: ergo, etc. Minor ordinate patet in textu, et conclusio postea in fine. At ergo ostendendo minorem: *Le cose tutte quante hanno ordine fra loro*, idest sunt similiter ordinate, quelibet in suo esse et in ordine universi ad suum finem. Ordo enim est parium atque disparium debita dispositio et uniuscuiusque rei in loco suo.

E questo è forma che l'universo a Dio fa simigliante. Forma est que dat esse rei. Universa enim creavit Deus ad sui similitudinem, quamquam in quibusdam creaturis plus, in quibusdam minus fulgeat similitudo Dei. Boetius in tertio, versiculo nono: O qui perpetua mundum ratione gubernas, etc. usque in finem, ubi etiam hec tota Beatricis doctrina singulariter declaratur.

Qui veggon l'alte creature l'orma dell'eterno calore. Quia videlicet angeli et homines ex predicto ordine colligunt et intelligunt et aperte cognoscunt quam potenter, sapienter atque clementer optimus Conditor optime omnia condidit, quia secundum Beatum Dionysium, omnia optima sunt in ordine universi. Genesis I: Vidit Deus cuncta que fecerat, et erant valde bona; bona valde, idest optima.

El quale è fine, al quale è fatta la toccata norma. Idest regula et ordo creaturarum. Deus enim, sicut omnium rerum est principium, ita et finis: Apocalypsis primo: Ego sum Alpha et Omega, principium et finis. Et ex hoc necessarium fuit, ordinem esse in rebus, secundum quem omnia creata a suo principio, ad eundem redirent tamquam ad suum finem. Et hoc esse non posset, nisi ordo datus a Deo non reflecteret et reduceret omnia ad se. Et hoc patere omnibus potest, qui diligenter nature ipsius ordinem considerant. Exempli gratia, Deus omnia creavit ex nihilo et ad nihilum omnia naturaliter tendunt, dicit Gregorius, nisi manu Conditoris sui sustententur. Corpus humanum fecit ex quatuor elementis et in eadem naturaliter resolvitur. Animam humanam creat sine medio, et sic naturaliter, sine medio, revertitur vel ad suam misericordiam in celo, vel ad suam iustitiam in inferno.

Nell'ordine ch'io dico, etc. Hic ostendit qualiter omnia naturaliter ex dicto ordine inclinantur ad finem suum, diversum secundum diversas dispositiones et naturas rerum, iuxta quod magis, vel minus approximant principio suo, idest Deo; unde moventur per magnum mare nature nature ad diversos portus, idest fines ipsius maris, sicut naves per mare tendunt ad diversos portus, et unaqueque movetur ad portum suum, idest locum sibi connaturalem ex naturali instinctu seu motu, qui eam naturaliter ducit ad locum suum. Exempli gratia, lapis naturaliter tendit ad centrum ex gravitate sua, quia omnia gravia naturaliter tendunt ad centrum et deorsum. Ignis, e converso, naturaliter tendit sursum, quia omnia levia ex natura sua talem habent motum. Aqua naturaliter tendit ad mare tamquam

ad locum suum. Et sic invenies discurrendo per singula. Et hoc est quod sequitur, *Questi ne porta al fuoco inver la luna*, etc. Et hic est color rethoricus, qui dicitur repetitio, incipiendo tres diversas orationes ab uno termine. Dicit, *questi, questi, questi*.

Nè pur le creature, che son fuore, etc. Addit, dicit, quod non solus iste naturalis instinctus movet ad locum suum creaturas que sunt absque ratione et intelligentia, ut sunt simpliciter existentia, ut lapides, et simpliciter viventia, ut plante et herbe, et simpliciter sensibilia, ut bruta et volucres, verum etiam rationalia et intellectualia, ut sunt homines et angeli. Et quod sequitur, *Quest'arco suetta*, methaphora est. Per arcum igitur intellige divinam Providentiam; per cordam istius arcus, de qua infra fit mentio, ut in metaphora persistat, intellige fatalem ipsius divine Providentie dispositionem, que omnes creaturas suas naturali instinctu, quem illis dedit, continuo pingit et movet ad locum suum naturalem et sibi determinatum; per sag'ptas intellige singulas creaturas, quas dictus arcus cum corda predicta sag'ptat, hoc est emittit ad diversa signa et terminos secundum diversitatem creaturarum, vel simpliciter existentium, vel viventium, vel sensibilibus, vel rationalium, vel intellectualium. Unde sequitur elegantissime, *La Providentia che cotanto assetta*, idest Providentia Dei ordinat tot et tanta quot et quanta sunt in celis, aere, terra et mari. *Del suo lume fa'l ciel sempre quieto*, idest luce sua, idest incommutabili et incircumscripta, facit celum Empyreum semper quietum et immobile, in quo celo, idest in cuius celi ambitu, volvitur et movetur primum mobile tanta rapiditate seu velocitate super omnes celos inferiores, quanta superius declaratum est in ternario illo, qui incipit, *Beatrice tuata*, etc., et infra, *Quando la rota che tu sempiterni*, etc.

Pro declaratione etiam omnium predictorum, nota quod omnia que sunt, habent formam, quia forma est que dat esse rei; omnis vero forma habet suam inclinationem. Et quia forma duplex est, scilicet naturalis et apprehensa, ita et omnis inclinatio duplex est, scilicet naturalis et apprehensa. Naturalis inclinatio sequitur formas naturales, et inclinatio apprehensa, seu animalis, sequitur formas apprehensas; et omnis inclinatio semper inclinat ad perfectionem illius rei, de qua est. Quia igitur prima perfectio rerum, que habent formam naturalem, est esse, idcirco appetitus naturalis cuiuslibet rei est habere suum esse si non habet, vel illud conservare si habet. Inclinatio autem animalis, que sequitur formam naturalem, non differt a naturali, sed solum illa, que sequitur formam apprehensam, que est habere aliquam perfectionem extrinsecam vel vitam extrinsecam conservare non mediantibus extrinsecis causis. Et hoc dupliciter, aut secundum quod apprehensio convenientis rei vel fugibilis est sine comparatione, ut est in brutis, et ista inclinatio est semper convenientia nature; aut secundum quod est cum comparatione, et ista apprehensio dicitur intellectiva, et appetitus rationalis sequitur hanc apprehensionem, quia appetitus est voluntas; et ideo inclinatio, que sequitur talem apprehensionem, vocatur inclinatio animalis rationalis. Et quia illud quod secundum se conveniens est nature, potest esse inconveniens propter aliquid sibi adiunctum, idest secundum quid; hinc est quod apprehensio rationalis comparata ad illud quod est conveniens nature et in quod inclinat appetitus naturaliter, apprehendit velut

aliquid inconueniens propter aliquid adiunctum, ad quod facit comparationem quod sit melius. Et ideo appetitus rationalis inclinatur et sequitur apprehensionem suam contra appetitum naturalem; et aliquando fit per oppositum, quando apprehensio comparativa non faceret bonam et veram comparationem, sed in ipsa seipsum deciperet. Sicut, exempli gratia, aliquando apprehendit quod melius sit conservare esse corporale quam animale vel spirituale, et in id declinat appetitus rationalis deceptus. Et cum hac distinctione intelligit etiam sequentia.

Et hora li com'a sito decreto, etc. Concludit argumentationem suam sic. Quelibet creatura est facta a Deo cum ordine, et quelibet res secundum ordinem datum a Deo inclinatur ad suum finem; ergo secundum ordinem humane conditionis, que a Deo secundum animam facta est ad hunc finem, ut ad Deum revertatur, oportet quod nos naturaliter et rationabiliter ex inclinatione animali rationali sursum leuemur mente ad celum Empyreum, quod sedes est Dei; ad quod celum nunc tamquam ad locum naturalem et nobis determinatum inclinatur ordo predictus, qui omnia dirigit in letum finem, idest summum bonum.

Ver' e' che come forma, etc. Antipophoram facit nunc. Quia posset aliquis dicere ex predictis: Si ordo datus a Deo dirigit omnia ad letum finem, idest summum bonum, tunc nullus homo damnabitur, cum ordo predictus dirigit homines ad beatitudinem. Et ad hoc respondet, quod ab ista inclinatione naturali, animali, rationali, recedit aliquando creatura rationalis, que liberum habet arbitrium, decipiendo seipsam sua falsa estimatione. Et ad hoc ostendendum ponit similitudinem artis et artificiatum. Dicit quod non semper artificiatum respondet intentioni artis, idest artificis qui arte utitur, eo quod materia multoties non habebit dispositionem ad recipiendum formam, quam illi artifex voluerit accomodare. Exempli gratia, si terra non fuerit bene contrita, permixta et aliter bene disposita ad artem illam, figulus nunquam ex illa bonum et pulchrum vas fingere poterit. Unde Persius: Urum et molle lutum es nunc nunc preparandus et acri fingendus sine fine rota; quod dicit: sine tali dispositione fingi non potes. Et eodem modo si subiectum inclinationis non est dispositum ad recipiendum illam inclinationem, nunquam Deus perducet illud ad finem ad quod natura inclinabat, propter appetitum contrarium elicatum a libera eius voluntate. Sicut igitur contingit quod artifex volens unum agere, aliud preter intentionem suam faciet ex indispositione materie; ita contingit quod cum Deus velit omnes homines salvos fieri, ut inquit Apostolus, multi damnantur ex eorum indispositione ad salutem preter divine bonitatis intentionem, que indispositio non respondet divine bonitati. Et hoc non potest contingere nisi in homine qui habet liberum arbitrium, quod non ex appetitu naturali, quod nunquam fraudatur, sed ex elicto a libera eius voluntate rationem sequi potest et sensualitatem. Et si sequitur rationem, non fallitur et correspondet intentioni Dei; sed si sequitur sensualitatem, fallitur et non correspondet voluntati et intentioni divine. Et adducit etiam aliam similitudinem ad hoc, quod sicut descendit ignis de nube contra naturam suam, que est ascendere, a nubibus deorsum impinctus; sic homo descendit ad inferos contra naturam suam, que est ascendere ad celos, a suis voluntariis sensualitatibus et cupiditatibus carnis et mundi deorsum impinctus et retortus. O summe Deus, libera nos!

Non dei più ammirar, etc. Ponit conclusionem ex omni sua argumentatione et sillogizatione predicta, dicens: Ex quo sapiens ammirari non debet de rebus naturalibus et rationabilibus, et ascensio hominis ad Deum est rationalis et naturalis, ut probatum est, tu non debes mirari, o Dantes, de tuo mentali ascensu ad Deum, nisi sicut de flumine quod de monte descendit ad mare, quod naturale est et rationale, quia aqua de sua natura gravis est et deorsum fluxibilis, quia anima de sui natura levis est. Boetius: Sunt etenim per[n]ne volucris michi, que celsa descendunt poli, etc., que ibi dicit. Et sic est de corpore glorificato post resurrectionem, quod levigatum erit, etc.

Maraviglia sarebbe, etc. Confirmat illud idem per oppositum. Dicit: Mirum potius esset in te, si liber ab omni impedimento carnis et mundi, figeres et firmares te in terra cum mente tua et non ascenderes celos; sicut mirum esset, si quis videret flammam ignis accensi cacumen suum ad terram, contra suam naturalem inclinationem, reflectere; vel vivum ignem; intellige ignem naturalem in spera sua, quem regionem suam deserere et ad terram descendere et ibi quietari, mirum esset maximum.

Quinci rivolse in ver el ciclo el viso. Idest intelligentiam ad res celestes. Ex hoc intellige quod Dantes visum, idest intellectum suum, admovit ad studium Theologie, ubi de supernis et celestibus tractat.

CANTUS II PARADISI

Voi che sete, etc. Considerans scilicet auctor altitudinem materie sue et stili sublimitatem, et quod hec tertia Cantica, sicut et duo superiores, a vulgaribus tractande essent atque legende, licentiat illos ab hac lectione. Dicit: *O voi che sete in piccolecta barca*, idest qui habetis parvum et debile ingenium. Est autem ingenium virtus, qua humanus intellectus operationem perficit et actus suos; unde improprie dicitur ingenium illud manuum, quod proprie vocatur aptitudo. Eleganter igitur dicit *in piccolecta barca*, quia magna navis capit et portat plurima et varia; parva autem, modica et pauca. Et est hic color permutationis, qui fit per similitudinem, accipiendo per mare materiam suam et per navigium ingenii facultatem. Bene autem per mare indicat amplitudinem et profunditatem materie sue, que ad plenum describi non potest. Quis enim digne de gloria scribat Paradisi, cum dicat Apostolus. Quod oculus non vidit, etc.?

Tornate a rivedere e vostri liti. Quasi dicat: considerate capacitatem ingenii vestri, iuxta dictum Oratii: Sumite materiam, etc.

Non vi mettete in pelago che forse, perdendo me, rimarreste smarriti. Quasi dicat: Non mictatis vos in altitudine tante materie, quia forte, non intelligendo modum descriptionis mee et non animadvertendo poesim meam, in qua latent intellectus morales et allegorici, sub quibus veritas latet, deviaretis propter figmenta ab ipsa veritate. Qui enim litteram capit et non sensum, deviat a veritate et moritur, iuxta illud Apostoli: Littera occidit, spiritus autem vivificat.

L'acqua ch'io prendo, già mai non si corse. Quia videlicet nullus unquam poetice descripsit Paradisi et glorie celestis materiam, nisi ipse.

Minerva spira e conducemì Apollo. Per Minervam intellige divinam sapientiam, quam superius in principio

invocavit, que inspiravit et insufflavit in carbasa navis, sibi ad poetice describendam Paradisi materiam. Per Apollinem intellige Deum poetarum et Musarum, de quibus sequitur. *E nuove Muse mi dimostran l'Orse*: per musas intellige scientias poeticas, que novem sunt; per Ursas intellige, vel duas arctos vel funes, quibus carbasa volvuntur nunc hinc, nunc inde, et iuxta vulgare, *ad orza e poggia*, imitando varios et diversos intellectus, ut dictum est, et novas artes et actus poetarum, et figuras et colores et diversos dicendi modos.

E tutte queste cose insegnano le nove Muse, idest novem actus et exercitia poetarum, qui sunt acquisitio scientie, delectatio scientie, perseverantia, capacitas, memoria, inventio, iudicium super inventis, electio melioris ad inventionis et bona pronuntiatio, que suis nominibus propriis grece dicuntur, Clio, idest dulcedo fame vel sapientie; Euterpe, idest bona interpretatio; Melpomene, idest perseverantia; Talya, idest intellectus capax; Polymia, idest memoria; Eratho, idest inveniens simile; Thersycore, idest diiudicatio; Calyope, idest bonus sonus, seu pronuntiatio; Eurannye, idest celestis et bona electio, que ostenderunt Danti Ursas, ut dictum est, idest varios et diversos modos navigandi per altum mare materie Paradisi.

Voi altri pochi. Ostendit qui sunt illi qui possunt eum in hoc opere imitari, et dicit quod sunt pauci, sicut pauci electi, respective ad doctos et idoneos.

Che drizaste il collo. Collum non potest dirigi, nisi caput elevetur; per capitis ergo elevationem intellige ingenii et intellectus exercitationem.

Per tempo. Dicit, idest ab ineunte etate et pueritia, iuxta illud Oratii: Quo semel est, etc.

Al pan degl'angeli. Idest ad cibum spirituales vere sapientie et Sacrarum Scripturarum, et non mundane, ad quam percipiendam non elevatur, sed potius inclinatur et deprimitur, caput propter vilitatem suam. Sed ad percipiendam Dei sapientiam, que de celo venit, oportet caput attollere iuxta illud Apostoli: Et levate capita vestra, seu Matthaei vigesimoquarto. Vocat eam panem angelorum, iuxta illud Prophete: Panem angelorum manducavit homo.

Del qual vivesi qui, ma non sen vien satollo. Quia in hoc mundo anima ad plenum satiari non potest, iuxta illud Prophete: Satiabor cum apparuerit gloria tua.

Metter potete per l'alto sale vostro navigio. Sale, idest [in] mare profundum poesis mee mittere potestis navigium vestrum, idest ingenium, observando vestigium meum. Sulcus enim est vestigium quod facit navis, seu relinquit, post se, quando vadit per mare, ita quod est quasi signum volentibus sequi navem illam; sed parum durat, quia aqua subito adequatur. Unde subdit, *Dinanzi all'acqua che ritorni eguale*, dans per hoc intelligere quod qui ab ineunte etate sacris litteris studium tradiderunt, in quibus omnes complectuntur scientie, possunt sequi suum poema, quod plenum est figmentis quantum ad litteram, sed veritatibus quantum ad allegoriam et veras theologicorum positiones. Et modus iste dicendi paucis in spatio adequatur, quando veniunt retro qui distinguere nesciunt intellectus ab invicem, sed credunt vel ficta esse vera, vel vera ficta, vel omnia vera esse sine fictione, vel omnia esse ficta absque virtute. Et deducit fictionem poeticam per similitudinem. Dicit quod Iasonis socii non ita mirati sunt quando viderunt eum, regis filium, bubulcum effectum, sicut mirabun-

tur ipsi videre ipsum poetice loquentem et fingentem in tali materia et sic nautam tanti maris effectum. Quia videlicet maius est videre me poetizantem in tanta materia, quam filium regis arantem, quia maius ascendere quam descendere: sed poeta, tractans celestia, ascendit; regis filius, arans, descendit. Hanc Iasonis fabulam vide in prima Cantica, cantu vigesimotavo.

La concreata, etc. Hic dicit auctor quod desiderium est naturalis appetitus, quem habet anima redeundi ad Deum, qui appetitus ab instanti sue creationis anime a Deo infunditur et semper durat cum anima, quia non potest non velle summum bonum, ut dicit Beatus Anselmus, licet decipiatur circa temporalia, ut dictum est superius. Et iste appetitus est circa regnum deiforme, idest cuius Deus est forma, quia dat esse beatitudini Sanctorum.

C'importava. Scilicet Beatricem et me.

Veloci quasi come ciel vedete. Quasi dicit diminutive, quia licet humanus animus in instanti sit de terra ad celum, et e converso, nihil tamen velocius est mobili primo.

Beatrice in uso. Semper Sacra Theologia habet Deum pro suo obiecto.

Et io in lei guardava. Semper Theologi pro fundamento habent Sacras Scripturas, et sic Dantes, componendo istud poema, semper habuit respectum ad Theologiam et sacrum canonem.

E forse in tanto qu'nt' un quivrel posa, etc. Ostendit velocitatem ascensus sui per similitudinem sagipte volantis. Et est hic hysteronprotheron, idest ordo transversus, quia primo sagipta exit de nuce, postea volat, ex hinc pausat.

Giunto mi vidi, etc. Scilicet ad globum lune. Dicit Alfraganus, capitulo vigesimoprimum, quod luna, quanto infimius descendit versus terram, est, ut clarius dicam, *centonove miglaia di migla e trentasette migla più*; et quanto altius ascendit, hoc est usque ad infimiozem Mercurii locum, est *ducento octo miglaia di migla, e più cinquecento quarantadue migla*, quia tantum ascendit epyciclus lune et corpus eius. Epyciclus est circulus, in quo volvitur luna, seu super quo rotatur, intelligendo pro hac mensura quantum occupat corpus lunare ultra lineam epycieli, que est linea corporis sui; et quilibet planeta confines suos habet cum alio, ita quod nihil remanet vacuum.

Oce mirabil cosa. Idest lunare corpus ammirandum intorsit faciem meam ad ipsum respiciendum, idest mentaliter contemplandum.

E però quella cui non potea mia opera essere ascosa. Quia si volumus celum ascendere, nullum opus nostrum debet latere Theologie, sed omnia facere debemus secundum eius precepta et consilia. Item per Beatricem intellige gratiam Dei, cui nihil occultum est, sed omnia, ut inquit Apostolus, nuda et aperta sunt oculis eius.

Volta ver me. Quia gratia Dei semper voluit ad querentes illam. Ioelis secundo: Convertimini ad me et ego convertar ad vos.

Si lieta come bella. Ergo excessive leta et pulchra, quia gratia Dei infinita est.

Driza la mente in Dio grata, mi dixi. Idest mente gratias agas Deo, qui nos coniunxit cum prima stella, idest planeta. Stella hic improprie dicitur, quia dicitur a stando, sicut illa que est in octava spera. Sed luna etiam respective potest dici stella, quia semper stat in suo globo, quamvis continue volvatur in suo epycielo et epyciclus vadat per

suum circulum deferentem ab occidente ad orientem, et ab oriente in occidentem per aliud emispermum.

Parevami che nube ne coprisse, etc. Fingit corpus lunare esse velut nubem lucidam, solidam, densam et politam et adiungit quasi in similitudinem adamantis, in quem sol percutiat, quia luna non habet lumen a se, sed illustratur a sole, et ideo facies eius, que respicit solem, semper est luminosa et refundit radios suos ad nos quantum respicit nos.

Per entro sè l'eterna margarita. Comparat lunam perle, quia luna est coloris argentei et alba sicut perla; et dicit eam eternam improprie pro perpetua.

Ne ricevette. Quia videlicet bene Dantes cogitabat quomodo Theologia docet homines venire ad talem statum, qualem habent qui despiciunt mundum, considerantes influentias lune in rebus terrenis, mutabilibus, instabilibus, eclipsantibus sicut luna; que consideratio dicere facit homines cum Propheta: Mihi autem adherere Deo bonum est, etc. Et sic ostendit auctor se fecisse monitu Theologie, ita ut dicit se receptum a luna cum Beatrice.

Com' aqua ricepe raggio di luce permanendo unita. Ponit similitudinem. Dicit quod ita luna indivisibilis recepit eos, sicut aqua indivisibiliter recipit radios solis penetrantes in ea vel per eam usque ad ima, et hoc propter subtilitatem radiorum et raritatem aque. Ex quo innuit lunam recepisse in se intellectum suum et theologorum, qui investigaverunt quid sit effectualiter in lunari corpore, et sic intraverunt in illam subtilitatem ingenii sui, ipso lunari corpore remanendo unito effectualiter in seipso.

S'io era corpo, etc. Movet hic dubium ex predictis, quia videtur impossibile quod unum corpus debeat seu possit stare in alio remanente unito, et maxime quando corpus continens aliud, est solidum, sicut dixit esse lunam; quia si esset corpus vacuum, esset possibile, et etiam oporteret quod vacuum aperiretur, ut patet in vegete, ad recipiendum aliud corpus, seu divideretur; et si esset vacuum, non totaliter esset unitum secundum partes suas. Et hoc est quod dicit: Si ego eram corpus in lunari, ut fingitur, corpore, et in presenti vita concipi non potest ab humano intellectu quomodo una mensura aliam recipiat permanens unita, quod esse oportet quando unum corpus unitum permanens recipit aliud (sicut, ex. gr., unum pomum reciperet in se aliud, quod videtur impossibile, nisi recipiens dividatur, vel evacuetur, ut locum faciat alteri), [oritur hic unum dubium]. Et quia istud dubium movetur a fidelibus super sacramento Eucharistie, quomodo, videlicet, sit possibile quod corpus Christi, quod habet suas dimensiones, sit in corpore hostie, quod etiam habet dimensiones suas; considerato igitur quod corpus Christi, sicut fuit, ita etiam est dimensionis trium brachiorum, quomodo potest esse in tam parva hostia et in ipsius hostie minima particula? Ad hanc questionem, quam auctor hic movet in generali, dicit, *e qui non si concepe*, etc., quia humano intellectu percipi non potest, quia demonstratione non potest ostendi, et sola fides hoc percipit, quia Deus, cui nihil est impossibile, qui tot alia mirabilia fecit, miraculose et hoc operatur in hoc sacramento mirabili, in quo, ut dicit Propheta, Deus fecit memoriam omnium suorum mirabilium. Idcirco subiungit dicens, *Accender ne dovria*, etc. Dicit quod hoc dubium, et ista questio, et istud mirabile, deberet accendere in mortalibus desiderium videndi Verbum divinum incarnatum, in

quo videbuntur aperte omnes veritates nostre fidei. Si enim homo desiderat certificari de dubiis fidei, et illa non aperiuntur nisi in visione divini Verbi, omnes homines desiderare debent illam visionem, in qua ut sunt videbuntur, non ratione demonstrativa, idest physica, sed per se nota erunt ad similitudinem veritatis prime, idest primarum propositionum, quas Philosophus maximas appellat, sicut, quod omne totum maius est sua parte. Et hoc dicit in summa: Si homo de supernaturalibus ammiratur ad que ratio non pertingit humana et eorum causas videre desiderat; multo magis desiderare debet videre divinam essentiali coniunctam humanitati, in qua consistit beatitudo humana et in qua relucet clare omnium rerum cause velut in causa prima: ad quod perveniri non potest nisi mediantibus virtutibus. Ergo virtutes magis desiderari debent in hac vita quam supernaturalium cause.

Io risposi, etc. Ponit gratiarum actiones quas Deo fecit, et clare patet in textu.

Ma ditemi, etc. Gratiarum actionibus persolutis, movet dubium. Dicit: Sed dicatis mihi, o domina mea Beatrix, idest Theologia, *che son li segni bui*, idest obscuri et nigri, idest ille tres humbre que videntur in luna, que faciunt rudes homines fabulas narrare de Cayn in mundo, dicendo quod ibi est anima Cayn in uno fasce veprium, et similia? Fabule enim componuntur, vel fingendo res falsas esse veras, vel veras narrando per alium modum quam sit.

Ella sorrise alquanto. Sapientes subridet, [id]e[s]t modicum rid[en]t, de stultis opinionibus rudium, et dicit quod Dantes non debet mirari de talium opinione, quia parum distantes a brutis, non indicant nisi quantum sensibus apprehendere possunt, qui sepe decipiuntur circa obiecta eorum; et sic ipsi postea decipiuntur in opinionibus suis, quia sicut sensus eorum parum extenduntur, ita parum extendunt rationem praticam, que ab illis sequitur.

E poi mi disse: S'elli era l'opinione de'mortali. Opinio est de non veris; scientia de veris.

Dove chiave di senso non disserra. Idem in illis rebus, in quibus non aperit apprehensio humanorum sensuum, qui sunt sicut clavis ad aperiendum rem incertam et dubiam rationi practice, que ex sensibus sequitur. Et ex hoc vult dicere quod homines sensitivi errant in rebus que per sensus comprehendi non possunt certitudinaliter et clare.

Non ti doverion punger li strali d'ammiration omai. Scilicet non deberes ammodo ammirari, qui vidisti quod ratio humana et sensus imitans errat, dum errant sensus; quia sicut sensus false apprehendunt, ita et ratio que ex sensibus sequitur. Ut accidit in facto lune, in quo oculos apprehendit turbinem qui est in ea, et omnes qui habent oculos, hoc apprehendunt et vident; sed non omnium ratio rationem illius turbinis apprehendere potest. Et hoc est quia sicut sensus decipitur circa apprehensionem, ita et ratio imitans sensus. Et ideo sequitur, *dirieto d'sensi Vedi che la ragione ha corte l'hali*. Idem vides tu Dantes quod ratio imitans sensus corporeos, non potest extendi ad comprehendendum nisi id quod sensus apprehendunt. Sensus vero parum longe extenduntur, ergo parum longe extenditur ratio rudium hominum, qui sensus imitantur.

Ma dimmi, etc. Querit nunc Beatrix Dantem de sua opinione circa hunc turbinem lune, que videlicet sit causa illarum trium umbrarum que videntur in luna, quando est rotunda.

Et io, subintelligitur Dantes; respondi, vel subiunxi: *Ciò che n'appar quissu diverso, credo che'l fanno e corpi rari e densi*. Idem id quod in celo videtur alterius coloris quam celum, faciunt corpora rara et densa. Hoc est: celum ubi rarum est, stellas ostendit, quia splendor celi cristallini, quod est primum mobile, transcendit, seu penetrat, raritatem octave spere, idest celi siderei, et sic ostendit radios et apparet stella; ubi vero est densum, ostendit colorem celi, quia splendor non penetrat. Et sic illud idem credo de luna, que in aliqua parte est clara, scilicet ubi est densa, et in alia parte est obscura, seu umbrosa, videlicet ubi est rara, quia neque luna, neque alii planete, excepto sole, lumen habent a se, sed illud recipiunt a sole; et ideo ubi est densitas, videtur splendor solis, et ubi est raritas videtur turbo. Et ideo quidam opinati sunt quod octava spera non habeat stellas, sed quedam foramina penetrabilia, seu rara, ut dicit hic auctor, per que penetrat splendor primi mobilis, quod est supra octavam speram, et sic apparet nobis stelle; quem splendorem primum mobile habet a celo Empyreo, quod totum est lux et amor, ut dicitur infra, in cantu vigesimo septimo. Et ut ostendat hanc opinionem esse falsam, auctor fingit esse suam. Et non solum in illo celo, sed etiam in omnibus inferioribus illo, qui sunt de rariori materia quam spera octava. Quod probat, quia non impediunt nobis visionem octave spere, quam quidem nullatenus videremus, si inferiores essent de materia compacta et densa sicut octava spera. Quidam etiam opinati sunt, quod sol illustraret omnes planetas et etiam stellas octave spere. Dicunt quod ubi octava spera est rara, resplendet et apparet ibi stella; ubi vero est densa, non resplendet nec apparet ibi stella. Et hec est auctoris opinio, ut ipse fingit, ut ostendat postea veritatem secundum Beatricem, idest Sacram Theologiam, que hanc damnat opinionem. Unde sequitur, *Et ella*, etc. Ponit Beatricem damnantem opinionem suam, ac dicit, *certo assai*, etc. ut patet in textu clare.

La spera octava, etc. Hic incipit argumentatio Beatricis, idest Theologie, contra opinionem Dantis, in qua dicit quod si opinio eius esset vera, sequeretur magnum inconveniens, quo sublato, oportet quod tollatur eius antecedens. Sed ad hoc premittit unam propositionem verissimam, que est quod octava spera habet multas stellas, que possunt videri esse diverse in qualitate splendoris earum, quia una est splendidior altera; et etiam in qualitate, quia una est maior altera. Unde dicit: *La spera octava* (idest celum sidereum, in quo stelle sunt fixe, quod est octavum a celo lune, quia celi planetarum sunt septem, et illud superius, ergo octavum) *vi dimostra molti lumi*, idest multas stellas luminosas, *li quali nel quale e nel quanto Notur si posson per diversi volti*, idest que stelle possunt comprehendi esse diverse per diversas apparentias earum et in qualitate splendorum et in quantitate corporum, quia quedam sunt maiores, quedam minores, quedam etiam pares et in corpore et in splendore.

Se raro e denso, etc. Ostendit nunc opinionem Dantis esse falsam propter consequens falsum quod inde sequeretur. Dicit sic: Octava spera habet multas stellas diversas, ut predictum est, ab invicem. Si igitur sola raritas et densitas corporum esset causa diversitatis splendorum octave spere, sicut supra dixisti, sequeretur quod in eis esset una sola virtus et influentia, maior et minor, et equalis, etc.,

secundum magnitudinem et parvitatem et equalitatem foraminum rarorum. Et hoc falsum est, ut ostendit effectus, quia diversi sunt effectus quos celum nobis inferius producit; ergo diverse sunt virtutes et influentie celorum. Quod diversi sunt eorum effectus patet in herbis et plantis, que habent diversas virtutes, et diverse virtutes sunt fructus, idest effectus principiorum formalium; ergo principia formalia diversa sunt et non unum; et sic ex falsitate consequentis arguit falsitatem antecedentis. Et consequentia probatur ex hoc, quia virtus que descenderet per illa foramina rara, esset una, maior, minor et equalis, secundum magnitudinem, parvitatem et equalitatem illorum foraminum, secundum quod esset infusa a primo mobili, cuius virtus influeret per illa foramina plus et minus et equaliter, ut dictum est. Ait ergo, *Se raro e denso*, idest si raritas et densitas celestium corporum, *ciò facesser tanto*, idest sola essent causa, et non alia, diversitatis virtutum, quas habent celestia corpora ad influendum nobis inferius, sequeretur istud, videlicet quod una sola virtus, scilicet mundo influenda, esset in omnibus celestibus corporibus plus et minus, vel equaliter distributa, scilicet secundum magnitudinem, parvitatem et equalitatem raritatis diverse. Et istud esse non potest, quia si virtutes que habent principia formalia, sunt diverse, oportet et ipsa principia esse diversa; unde sequitur, *virtù diverse esser convegnon fructi de' principii formali*, idest oportet diversos effectus produci a principiis formalibus, sicut diversos fructos a diversis arboribus; *e quei, fuor ch'uno, sequeiteranno a tua ragion destrutti*: idest illa omnia principia formalia, uno solo excepto, idest Deo, qui est formale principium omnium rerum, a quo creata sunt principia formalia, etc., vel excepto mobile primo, aut non essent, aut in vanum forent creata secundum rationem tuam, seu opinionem, que dicit quod rarum et densum causant omnem diversitatem in corporibus celestibus. Deus enim [est] formale omnium rerum principium sine principio, quia eternum, creavit celestia corpora, in quibus suam influxit virtutem, que licet una sit et infinita, omnes alias comprehendens, distribuit tamen illam per illa corpora secundum species et formas eorum diversas. Et sic creavit principia formalia secunda, diversificata secundum eorum formas specificas, sicut apparet in diversis effectibus, qui causantur ab illis. Ita quod non potest dici quod diversitas corporum celestium causetur solum a raritate et densitate eorum, secundum auctoris opinionem, quia sequeretur inconveniens quod ostensum est, et quod Deus fecisset celos et stellas in vanum et angelicam naturam, que est prima forma, quam Deus creavit, ut operarentur tamquam secunde cause in celestibus corporibus et illa inferius in mundo. Imo sequeretur quod angeli et corpora celestia, qui sunt principia formalia, secunda, non essent, quia qui tollit operationes rerum, tollit essentias earum, secundum Aristotilem in nono Methaphisice; ergo etc.

Ancor se raro fusse, etc. Adducit aliam rationem ad demonstrandum falsitatem opinionis predictae lunaris corporis, ex quo ostendit falsitatem eiusdem in generali de omnibus corporibus celestibus. Dicit: Si raritas esset causa turbinis lune, interrogo, si tota raritas illa est per totum corpus lune ab una superficie ad aliam, aut parum est intus, et inde sequitur densitas. Non potes dicere quod sit per totum corpus lune, quia quando eclipsatur sol, vide-

rentur eius radii penetrantes per corpus lunare ubi esset raritas illa, que penetraret ab una superficie ad aliam. Si diceret quod raritas illa non est per totum, sed parum est intus, et postea est densitas versus aliam superficiem, nec deberet nec posset ex hoc apparere turbo ille in luna, sicut infra per experientiam clare ostendetur; ergo falsa tua opinio est. Ait ergo, *Ancor se raro fusse di quel bruno Cagion, che tu dimanti*, idest adhuc adiungendo predite rationi istam, si raritas, ut asseris, esset causa illius turbinis qui videtur in luna, quam causam tu interrogas scire a me Beatrice? *Od oltre in parte fora di sua materia si digiuno Esto pianeta*. Idest, aut totum usque ad aliam superficiem, idest ab illa quam nos videmus, usque ad aliam que est desuper, quam non videmus, in illa parte ubi est turbo, esset de materia sua [magis] densa, quam habet per alias partes ubi non est turbo, taliter vacuum hoc corpus lunare, quod penetraret ab una superficie lune ad aliam; *o si come comparte Lo grasso e'l magro un corpo, così questi Nel suo volume cangierebbe carte*. Idest aut esset iste planeta factus de raro et denso, insimul mixtus et compositus, sicut pinguedo et macies unum aliquod corpus impatiuntur. Et sic adducit similitudinem, quia pinguedo in corpore significat raritatem, et macies densitatem. Et sicut corpus compositum ex pinguedine et macie, habet unam et aliam, *così questo Nel suo volume cangierebbe carte*, idest ita hoc corpus lunare mutaret conditionem, sicut volumen, idest liber unus, mutat cartas suas, quarum una est alba, et alia nigra, scilicet a parte pilositatis. Et sic corpus lunare non esset totum rarum ab una superficie ad aliam; sed esset alicubi rarum, et alicubi densum, sicut corpus alicubi pingue, et alicubi macrum, et sicut carte libri, seu membrane, alicubi sunt albe et alicubi nigre propter pellis varietatem.

Se'l primo fosse, etc. Concludit nunc quod nullus propositorum casum sit, propter consequens quod inde sequeretur; si primum esset verum, quod apparet manifeste falsum; et sic antecedens est falsum. Ait ergo: *Se'l primo fosse*, etc.; usque ibi. *Questo non è però...* (1) in illis partibus, in quibus est turbo, sequeretur istud, quod hoc manifestaretur in eclipsi solis, quando corpus lunare interponitur super capita nostra inter solem et nos. Et quia corpus lune non est ita magnum sicut corpus solis, ideo luna nunquam potest totum solem cooperire, sed incipit cooperire eum ab una parte et sic ulterius paulatim illum cooperit, et antequam perveniat ad aliam partem solis, recedit ab ea parte a quo incepit eum cooperire: et ideo dicit, *Nell'eclissi del sole*. Eclipsis defectus interpretatur, et quando sol obscuratur, defectum patitur. In eclipsi igitur solis eius radii penetrarent inferius ad nos per illas raritates, et videremus in illa interpositione lune inter solem et nos, radios ipsius solis descendentes ad nos per illas raritates seu foramina, sicut quando penetrat per rimas parietum seu fenestrarum clausurarum ad aliquem locum umbrum, vel sicut penetrat alia corpora rara, ut vitrum et aquam et similia.

Questo non è. Scilicet quod lumen radiorum solarium per corpus lune penetrat inferius ad nos in eclipsi solis; ergo antecedens est falsum, scilicet quod corpus lune

habeat raritatem aliquam penetrantem ab una superficie lune ad aliam.

Però è da veder dell'altro. Idest, idcirco videndum nobis est de alio casu posito superius, scilicet quod sit in lunare corpore raritas et densitas una post aliam, ita ut quod raritas non penetret totum corpus lune ab una superficie ad aliam.

E s'egl'adivien, etc. Idest, et si contingat quod ego Beatrix annihilarem etiam hunc casum, sicut annihilavi superiorem, vel primum, clare demonstravero tibi falsitatem opinionis tue, qui supra dixisti, quod raritas et densitas est causa diversitatis celestium corporum, et per consequens etiam turbinis qui videtur in luna.

S'egl'è che questo raro, etc. Ostendit Beatrix per casum secundum propositum, apparere obscurum non esse possibile, sicut ostendit primum non esse verum, ratione demonstrativa sic. Dixi tibi quod corpus lunare non est rarum ab una superficie ad aliam, et ostendi ratione demonstrativa; ergo oportet esse alium casum, videlicet quod non sit totum rarum, sed rarum in una parte et densum in alia.

Si hoc est, dices tu qui es adversarius meus in hoc dubio, quod ibi est ille turbo, quia radius solis reflectitur magis retro ibi quam alibi; sed quod hoc non sit ostendit Beatrix per exemplum quod infra patebit. Ait ergo: *S'egl'è che questo raro*, etc., usque *da questa istanzia*, et hoc dicit: Si est quod istud rarum quod tu dicis esse in luna, non penetret, ut ostensum est, ab una superficie ad aliam in totum, oportet esse terminum in lunari corpore, a quo supra oppositum suum, idest densum, ulterius non sinat penetrare raritatem, sicut penetravit usque ad ipsum terminum, et [quod] ab illo denso solaris radius, repercussus in luna, respergatur, seu reflectatur, iterum versus terram, sicut color revertitur ad oculum per speculum quod habet ex opposito latere plumbum, quod non sinit ulterius colorem illum penetrare, sed reflectit illum ad oculum. Et sic adducit similitudinem. Dicit quod sic luna recipit in se radium solis, et illum postea reflectit ad terram, sicut speculum recipit in se colorem sibi oppositum, et postea illum reflectit ad oculum, qui in illum respicit. Est, enim, speculum vitrum, quod ab una facie se ostendit et ab alia cooperitur folio plumbeo, quod densum est; et vitrum est de sui natura rarum, et ideo quando non operitur ab una facie plumbo, quod densum est, dyaphanum corpus est et penetrant ipsum res lumine. Sed quando est plumbum ab una facie, res luminosa penetrat usque ad illam densitatem plumbi, et ulterius penetrare non valens, reflectitur retro, et revertitur ad oculum, et sic videtur. Et ita dicit quod facit corpus lunare de radio solis; et ideo non sine causa auctor superius assimilavit lunam adamanti, quia adamas rarus est in superficie sua et interius densus; aliter positum ad radium solis, radium illum non reflecteret retro, sed radius illum penetraret, sicut et vitrum vel aliud corpus dyaphanum. Et sic etiam oportet quod luna sit rara in sua superficie et interius densa; aliter non reflecteret radios solis ad nos, sed illam ulterius penetrarent ut vitrum. Quomodo autem speculum reddat id quod in eo representatur, quere infra in fine huius tertie Cantice in primo folio, ubi littera B legitur et nota bene.

— *Se gl'è che questo raro non trapassi*, etc. Sequitur: *Et indi l'altrui raggio si rinfonde*, etc., ut supra, in secundo cantu huius tertie Cantice. Nota quod si quis vult intelligere quomodo speculum reddat oculo illud quod in eo representatur et videtur, consideret quod lux mictit radios suos supra corpora posita ante speculum, et illi radii vestiti colore corporum in quibus primo percutiunt, percutiunt postea in speculum, et inde postea per reflexionem revertuntur ad oculum. Et sic videtur ibi sensisse auctor, cum dixit, *Come color forma per vetro*. Et iterum notandum est, quod auctor ibi ostendit in textu, quod luna est corpus spericum, quod lumen a se non habet, sed in ea percutiunt radii solis et inde reflectuntur ad nos, et sic est luminosa tamquam speculum. Et ideo posuit ibi illam similitudinem. Et posteaquam ostendit per similitudinem speculi, quod oportet quod luna habeat, post rarum, densum, unde reflectatur solaris radius retro et descendat, seu veniat, ad nos, movet dubium. Dicit, *Or dirai tu*, etc. —

Or dirai tu, etc. Idest, nunc dices tu, Dantes, qui dubitas, et instabis iterum contra me, dicens: Quare ostenditur tectum illud, idest turbidum et nigrum, ibi, idest in illo loco lune, ubi videntur ille tres umbre predite, radius solis, qui percutit eam magis quam in aliis partibus eiusdem lune? *Per esser li rifracto più adietro?* Idest, dices tu quomodo hoc sit, quod radius ille repercutitur ibi magis retro quam in aliis partibus lune? Et de hoc interrogat eum Beatrix, quia hec est causa quam multi assignant super hoc, et ideo interrogat Dantem, si vult tenere istam partem. Et sequitur: *Da questa istanzia*, etc. Idest, ab hac instantia et contentione potest liberare te Dantem experientia rerum naturalium, si aliquando eam probas, que solet esse fons, idest principium demonstrativum, sicut fons est principium rivorum seu fluminum parvulorum qui de fontibus exeunt,strarum artium scilicet mathematicarum, que a Philosophia descendunt et oriuntur.

Tre spechi prenderai, etc. Fingit Beatrix adducere experientiam naturalem quam proposuit. Dicit quod experientia que probabit quod predictum est, scilicet quod corpus lunare non deberet ostendere aliquam nigredinem, quia sol refrangeretur magis retro ibi quam in aliis partibus lune, est ista, quod capiantur tria specula et ponantur ante oculos alicuius hominis, unum magis retrum quam alia duo, que debent poni in pari distantia. Et retro ad illum hominem ponatur lumen, quod respiciat omnia illa specula, et videbit ille homo quod lumen illud quod sibi erit retro, splendet equaliter in omnibus illis speculis, quamvis in duobus proximioribus maius appareat quam in alio magis distanti. Et ita per simile, si raritas est in luna et densitas post raritatem; quamvis radius solis magis intus penetret ubi est raritas, quam ubi est densitas, nihilominus equaliter debet splendere per omnes partes, et non debet esse magis turbidus ibi quam alibi, sicut per experientiam videri potest in tribus speculis predictis. Ex quo sequitur, quod non sit vera ratio predicta, quod turbo, qui est in luna, sit, quia radii solares qui percutiunt in ea, refrangantur magis retro ibi quam alibi; quia raritas, que ibi est, dat locum radio solis, ut transeat magis retro et magis intus quam ubi non est raritas. Textus nunc est apertus usque ibi, *Dentro dal ciel*. Si tamen eum vis apertius legere, respice infra, in fine huius tertie Cantice, in primo apparatus paragrapho, ubi littera C, et nota bene.

— *Tre spechi prenderai*, etc. Supra in secundo cantu huius tertie Cantice, legas sic: Si tu, Dantes, vis videre experientiam quam predixi naturalem, accipies tria specula. Et bene ad propositum suum adducit similitudinem speculorum, quia, sicut dictum est supra, luna est corpus lucidum, sicut speculum, quod lumen non habet a se, sed est luminis receptivum solis, et illud inferius reflectit ad nos, et nunquam est quod non illuminetur a sole, quamquam a nobis non videatur nisi aliquando in una quatuor differentiarum predictarum, et nisi quando est eclipsis lune, de qua etiam supra dictum est. —

— *E due rimuovi da te d'un modo*. Idest, et removeas duo ex illis speculis a te Dante, in pari distantia; *E l'altro più rimosso, Tr'ambo gli primi gl'occhi tuoi ritrovi*. Idest, et aliud tertium speculum magis remotum a te quam alia duo, in medio duorum primorum proximorum oculos tuos inveniat, idest illuminet se, seu de se. —

— *Rivolto ad esso*, etc. Idest, revolutus tu, Dantes, ad ipsum speculum distantiore, facias quod post dorsum tuum stet unum lumen quod tria specula predicta accendat et revertatur ad te repercussum et reverberatum ab omnibus illis speculis, seu reflexum. Et per hoc videtur quibusdam, quod oculus non emittat radios visuales, sed recipiat in se radios rei vise a se. —

— *Benchè nel quanto*, etc. Idest quamvis in quantitate luminis longinquioris non extendantur oculi magis distantes quantum extenduntur in illa luminis propinquioris, quia videlicet maiora illis videntur lumina propinquiora quam illud longinquius; videbis tamen, tu, Dantes, quomodo oportet quod illa lumina equaliter splendeant in omnibus speculis, seu illud unum lumen, et melius equaliter splendeat in speculo distantiori sicut in propinquioribus. Et quamvis illud lumen appareat minus in illo distantiori speculo, tamen splendidum est sicut in aliis duobus et non turbidum. Et sic etiam contingeret de lunari corpore, si rarum esset in aliqua parte et raritas illa non penetraret totum corpus; quia quamvis radius solis reflecteretur ibi magis retro quam in aliis partibus, non esset ibi magis turbidus quam in aliis partibus, imo equaliter luminosus, sicut ostensum est per experientiam speculorum. Et si diceret: Quomodo splendet equaliter, si lumen est minus? Responde, quod equalitas consideratur in qualitate et non in quantitate; et sicut in stellis videtur quod una est maior altera, tamen utraque splendet non equaliter in quantitate sed in qualitate, quia licet maior magis splendeat quam minor, minor tamen in suo lumine nullam ostendit nigredinem seu turbinem, sicut nec maior. —

— *Or come a colpi*, etc. Postquam Beatrix ostendit et declaravit Danti predicta, et veram causam assignavit sue false opinionis, facit, seu reddit, eum attentum ad veram rationem turbinis lune; et inducit similitudinem quod sicut nix liquefit ex calore solis et nudus remanet lapis vel mons vestitus ex ea, ita intellectum Dantis nudatum falsa opinione ex calore suo vult informare nunc veritate lucida et splendenti sicut stella. Ait ergo: *Hor com' a colpi*. Idest, nunc sicut ad reverberationem radiorum solis nivis subiectum, idest lapis, mons, vel aliud, remanet nudum ipsa nive (subiectum enim illud est [quod] accidenti subest) et nudum quidem remanet ab albedine et frigiditate causatis a nive prius; ita te Dantem, qui remansisti ex predictis, tamquam radiis theologicis veritatis, nudus et spoliatus in tuo

(1) Hic una linea recisa, inintelligibilis est.

intellectu a colore false opinionis tue et a frigiditate et negligentia investigandi veritatem, volo informare luce viva. —

— *Ita quod velut stella tremulet tibi in suo aspectu.* Viva dicitur, quia nihil vivacius veritate, que nunquam moritur in eternum, quia illud quod nunc est verum, semper erit verum et nunquam poterit esse falsum; quia dicit: Nunquam tibi deficiet ista veritas super ista dubitatione: sed semper splendet in tuo intellectu ad cognoscendum rationem veram dubitationis tue. Quando homo respicit stellas, videt eas tremulas in suo splendore; et hoc est quia fulgor earum scintillas emittit sicut ignis vel ferrum ignitum, et movetur hinc inde sicut flamma ignis. Et sicut flamma ignis tanto magis tremulat quanto plus crescit, ita veritas quanto magis est nota, tanto plus fulget eius splendor. Et sicut ignis quanto plus insufflatur et accenditur tanto magis scintillat, ita veritas quanto magis queritur et discutitur tanto plus clarificatur et accendit intellectum ad sui amorem. Tremulare igitur veritatem in Dantis aspectu, nihil aliud est quam accendere eius intellectum et incendere ad eius amorem, quia veritas est obiectum et lux et amor intellectus. Sed super hoc etiam notari potest, quod prudenter auctor fingit quod discussio huius dubii, quod philosophicum est, Beatricis foret, quia Sacra Scriptura est super omnes scientias, et ex ea non potest haberi plena notitia nisi prius habeatur notitia de omnibus aliis. Et sic fingit quod per exemplum naturale probet veritatem et intentionem, quia hic est theologorum modus; qui fundati in fide, loquendo fidelibus, sed magis infidelibus, oportet quod persuadeant naturalibus exemplis id quod syllogismo, seu demonstrativa ratione, ostendi non potest vel probari, quia aliter si probari posset, fides non esset. —

Dentro dal ciel della divina pace, etc. Volens ostendere veram rationem turbinis lune, incipit a remotis. Dicit quod Deus secundum Doctores est prima et summa causa omnium mutationum tam corporalium quam spiritualium, et qualitatum diversarum celestium corporum, et per consequens et turbinis et claritatis lune. Quere diffusius infra in fine huius tertie Cantice, in primo paragrapho, ubi littera D, et nota bene; ac pone hic totum pro latiori [declaratione] diversarum opinionum huius questionis et dubii. Ait ergo. *Dentro dal ciel della divina pace*. Idest, celum Empireum quod vocat celum divine pacis, quia quietum est et non rotatur seu movetur in girum sicut alii celi inferiores, et in ipso et supra ipsum non potest esse perturbatio aliqua seu mutatio, sed pax, quies et vita eterna, quia super ipsum est Deus. *Si gira un corpo*. Idest primum mobile, quod est celum crystallinum. *Nella cui virtute*, etc. Quere reliqua ut supra, et ibi diffuse videas.

— *Dentro dal ciel della divina pace*, etc. Ut supra in secundo cantu huius tertie Cantice. Procedit auctor in ostensione veritatis, seu vere rationis, turbinis et claritatis lune, [declarans] veram opinionem theologicam, quia fingit Beatricem loqui. Sciebat tamen multas et varias super hoc Philosophorum fuisse opiniones, sicut predictam, quod raritas et densitas lunaris corporis sit causa splendoris et turbinis lune; que iam opinio supra reprobata est. Alii dixerunt quod corpus lunare est fulgidum sicut speculum, et ideo reflectuntur in eo radii solares, sicut in uno speculo. Et sicut in speculo representatur oculis intuentium quolibet

res posita ante ipsum, ita dicunt quod in luna representatur et figuratur spera terre, que dividitur in tres partes, Asyam, Africam et Europam. Asya est pars orientalis, magna sicut alie due cum mari Mediterraneo. Africa est pars meridiana, et Europa est pars septentrionalis, que due extenduntur usque ad occidentale Oceanum et Gades. Et circum terram et subtus est spera aque, que etiam representatur in luna velut in speculo. Et ideo dicunt quod tota illa pars lune, in qua representatur aqua, est clara, et illa in qua representatur terra, est turbida. Et sicut sunt tres partes terre, ita sunt tres turbines in ea, unus magnus sicut Asya, et alii duo sicut Africa et Europa. Et hanc opinionem probat per illud quod dicit auctor in vigesimo secundo cantu huius tertie Cantice, quando dicit quod existens in signo Gemini, vidit sub se omnes speras, et terram et lunam sursum revolutam absque illis umbris quos habet quando est voluta deorsum, quia tunc non representatur in ea terra nec aqua quando versus terram volvitur pars opaca, ut dicit ibi textus. —

— *Vidi la figlia di Latona incensa, Senza quell'ombra che mi fu cagione, Perché già la credetti rara e densa.* Ecce, dicunt ipsi, satis comprehenditur per hec verba, quod auctor velit quod umbra terre sit causa turbinis lune; quia fingit quod, quando non respicit terram, sit sine turbine. Sed hoc multi alii damnant ob rationem perspective. Dicit quod si hec esset vera causa, quando luna esset in oriente non haberet nisi unam umbram, scilicet illam Asye, et, quando est in occidente, non haberet nisi duas umbras, illam scilicet Europe et illam Africe. Et hoc non est verum, quia semper habet omnes umbras; ergo predicta non est vera causa. Volens igitur auctor simpliciter ostendere, quid circa hoc dicunt Theologi, fingit Beatricem sic loquentem et prius ponentem unam maiorem, que talis est: Omnia corpora celestia causant diversos effectus in inferioribus secundum eorum potentiam et virtutem influentie eis infuse; et hoc probat ostendendo ordinem influentiarum, quas inferiora corpora recipiunt a superioribus. Dicit: *Dentro dal cielo*, etc. Quere supra ubi textus ubi dicit: *Dentro dal ciel della divina pace*. Quod est celum Empireum, quietum, uniforme et immobile, ubi pax summa est et beatorum gloria sempiterna. *Si gira un corpo*. Quod est primum mobile, seu celum crystallinum et nonum celum contentum ab Empyreo, et ipsum continet intra se omnes alios celos et est uniforme et mobile. *Nella cui virtute l'esser da tutto suo contento giace*. Idest, cuius celi virtus est motiva et effectiva totius sue continentie, idest omnium corporum inferiorum que continet intra se. Continet autem intra se omnes celos inferiores, qui sunt octo, idest, octava spera, seu celum sidereum seu stelliferum, in quo est zodiacus, in quo sunt duodecim signa, et est supremum celum quod ab incolis terre videatur. Intra quod sunt septem alii celi septem planetarum, qui sunt ordinati in suis speris, inferiores unius quam alter, et non sunt de materia compacta que impediatur nostris oculis, sicut octava spera; et omnes moventur cum primo mobili et faciunt unam revolutionem in vigintiquatuor horis ab oriente ad occidentem et ab inde ad orientem per aliud hemispermium; et ex hoc motu naturali et uniforme accipiunt virtutes effectivas, unumquodque secundum suam potentiam conservandi seipsos in esse et alia inferiora. Et nihilominus

quodlibet eorum movetur et volvitur suo proprio motu per contrarium motum, videlicet ab occidente in orientem et ab inde in occidentem per aliud hemispermium, ita quod octava spera, seu celum octavum, facit revolutionem suam in triginta sex millibus annorum, Saturnus in triginta annis, Iupiter in vigintiduobus, Mars in duodecim, Sol in uno anno et sex horis, Venus et Mercurius quasi in tantundem; Luna vero tanto est inferior omnibus, quod facit girum suum in viginti septem diebus et quasi octo horis. Et hoc est quod dicit, quod in virtute primi mobilis iacet esse totius, sui contentus, quia, videlicet, ipsum infundit omnibus aliis suo motu virtutem effectivam, que est causa conservationis in esse omnium corporum inferiorum, et causa est omnium motuum, sicut motores angeli causa sunt conservationis in esse ipsius et motus sui. Deus vero angelorum causa est, et Empyrei celi et conservationis eorum in esse suo. —

— *Lo ciel seguente che ha tante vedute*. Idest, octava spera, que habet tot stellas, que videntur a mortalibus. —

— *Quello esser parte per diverse essentie Da lui distinte et da lui contenute*. Idest, illud esse suum communicat et dividit per diversas essentias, sive substantias a se distinctas et separatas, quia, videlicet, illam virtutem essentiali motum et effectivam, quam habet ad conservandum in esse inferiora, impartitur per diversas alias substantias et corpora, a se distinctas et separatas. Sicut sunt stelle que in eo fixe sunt, que sunt alterius materie et effectus ab ipso, et continentur ab ipso intra se; et sic etiam septem planete inferiores, de quibus sequitur, *Gl'altri giran per varie differentie, Le distinzioni che dentro se hanno*. Idest distinctiones et divisiones corporum celestium et planetarum, qui distinguuntur ab invicem, quas habent intra se, rotant alios celos inferiores, seu orbis planetarum, per varias differentias, quia varie et multum differunt ab invicem in altitudine situs, in via et motibus, in virtute et effectibus suis, seu influentiis, que omnia sunt cause effectuum inferiorum. —

— *Dispongon a lor fine lor sementie*. Idest, disponunt ad suum debitum et ordinatum finem suas sementias, idest suas virtutes causativas, que sunt cause effectuum inferiorum, sicut semen est causa bladorum futurorum, et futura blada sunt causa seminis futuri. Sic effectus corporum celestium, que sunt effectus per respectum ad causas superiores, sunt cause effectuum inferiorum; et sic habendo diversos respectus ad superiora et inferiora, sunt effectus et causa. Et sicut diverse sunt cause, ita diversos produciunt effectus, aliquando concordantes, aliquando contrarios ab invicem. Ex quibus omnibus nota quod auctor vult ostendere, quod primum mobile habet in se virtutem sibi a Deo infusam per medium Empyrei celi, a quo continetur, et motorum angelorum; que virtus est conservativa sui ipsius primi mobilis, et omnium inferiorum contentorum ab ipso. Et virtus est motiva et effectiva, que movet alios celos et elementata, et causat in eis diversos effectus secundum eorum varias et differentes potentias; ita quod virtus superioris infunditur inferioribus, et causat similiter in eis diversos effectus secundum quod sunt diversa corpora inferiora, efficacius tamen in sibi proximioribus, ita quod virtus superioris infunditur in suo proximo inferiore, et mutatur secundum quod unum differt ab alio in suo esse. Ex quo sequitur, quod celum Empyreum efficacius effundit

virtutem suam in primo mobili, quam in aliis inferioribus celis, et primum mobile efficacius in octava spera quam in aliis. Et octava spera efficacius in Saturnum influit quam in alios planetas, et Saturnus efficacius in Iovem, etc. descendendo. Et quodlibet celum habet suam propriam virtutem, infusam a superiore et mutatam secundum potentiam suam. Et ultra istas virtutes, quilibet planeta habet suam virtutem infusam a suis motoribus moventibus eos, secundum suum difforem ab aliis motum, et semper superius infundit in inferius et non e converso. Adiuvat bene aliquando et obviando contemplet inferius superioris sui effectum; et ideo bene sequitur auctor, *Questi organi del mondo*, etc. Vocat celos et orbis organa mundi, quia sicut organa hominis corporalia respondent (verbigratia, omnia vitalia ad cor, quod est fons vite, et intellectualia et sensitiva ad cerebrum, quod est fons sensuum, et nutritiva ad stomachum, qui est fons nutrimenti), quia principium accipiunt ab ipsis et causantur ab eis, sicut effectus a causis suis et sunt causa aliorum organorum inferiorum eis, et omnia ista organa principalia, scilicet cor, cerebrum et stomachum, habent esse suum a corporibus celestibus, sicut cerebrum et stomachus habent esse suum et vitam a corde, tamquam a principali membro; sic omnes celi et planete et stelle habent esse suum a Deo, sicut a prima causa omnium rerum, qui posuit in eis diversas virtutes secundum differentias diversas corporum, et diversos motores; ita quod celum, secundum quosdam, habet suum motorem de per se, seu suos motores, qui vocantur intelligentie. Et quamvis in uno celo sint plures motores, una tamen [est] intelligentia, sicut una est anima, que corpus movet humanum et vivificat illud cum multis potentiis. Et isti motores movent celos ad operandum suos effectus, sicut anima movet suum corpus, quod vivificat ad suas plures operationes, ita quod quodlibet corpus celeste habet unam intelligentiam et plures motores, sicut corpus humanum habet unam animam et plures potentias; et illi motores dicuntur una intelligentia, sicut plures potentie una anima. Et ideo primus ordo Angelorum causat motum primi mobilis et facit illud operari suos effectus (vocantur Seraphini), Cherubin octavam speram, Troni Saturnum, Dominationes Iovem, Virtutes Martem, Potestates Solem, Principatus Venerem, Arcangeli Mercurium, Angeli Lunam; et omnes iste intelligentie moventur a Deo ipso, immobili permanente, quia, sicut dicunt Philosophi, Deus movet tamquam intellectus et amatus, idest sicut res intellecta et amata movet intellectorem et amatorem, quamvis ipsa stet immobilis. Ita intelligentie, que sunt plene amore, rotantur circum Deum, quem intelligunt et amant. Et sic se movendo et rotando circa eum, non localiter, sed intelligendo et amando eum semper, virtualiter movent res ab eo ordinatas, sicut videmus in nobis ipsis, quod spiritus noster movetur ab intellectu, quia intelligendo amat, et secundum quod amat, desiderat, et secundum quod desiderat, movet operationes corporis absque labore. Corpus vero non movetur ad operationes suas sine labore sui ipsius, quia est materia mixta cum forma; sed spiritus, qui est pura forma, sicut forma movet suum corpus ad operationes sine labore. Et ideo bene dicit, *Questi organi, organi del mondo*, idest celi, qui habent conservare et mantere mundum in suo esse, sicut organa corporalia hominis humanum corpus in

vita, così vanno, Come tu vedi omai di grado in grado. Quia, videlicet, Angeli movent celos, celum crystallinum octavam speram, illa Saturnum, etc. —

— Nota tamen quod octava spera et inferiores septem planetarum ab ea contente, habent duos motus, videlicet unum ab oriente ad occidentem, cuius est causa primum mobile et sui motores, etc.; et e converso ab occidente in orientem per aliud hemysperium, et hic motus dicitur uniformis, qui perficitur in vigintiquatuor horis; et secundum hunc motum omnes habent virtutem effectivam infusam a primo mobili in quolibet eorum, secundum suam potentiam conservandi esse inferiorum; et ideo diversificatur talis virtus effectiva in eis propter diversas eorum potentias. Alius earum motus est erraticus et difformis ab invicem, qui fit, seu causatur, non a primo mobili, sed a suis propriis motoribus predictis, e converso, videlicet ab occidente versus orientem, et ab oriente versus occidentem per aliud hemysperium, et perficitur ab unoquoque eorum in diversis temporum circulis supradictis. Et cum simul concordant, unum adiuvat aliud; cum vero discordant, unum temperat aliud et obviat ei (Quere infra per... ubi tale signum invenitur. Sequere ut ibi). Vocat etiam auctor celos organa alia ratione, quia videlicet organum est instrumentum musicum, et motus istorum celorum causat dulcissimos concentus et armoniam, ut dictum est supra in primo cantu huius tertie Cantice ibi, *Quando la rota che tu sempiterni*, etc. —

Lo moto e la virtù, etc. Superius Beatrix posuit maiorem, que est quod celi cum suis motibus causatis ab intelligentiis acquirunt diversas virtutes et causant diversos effectus in inferioribus, sicut ostensum est supra. Nunc ponit minorem, que talis est: Et motus eorum et virtus eorum causata a suis motoribus est; sui vero motores moventur a Deo, quia virtus quam infundunt in corporibus celestibus, est eis infusa a Deo: ergo Deus est prima et summa causa eorum effectuum et accidentium qui sunt in eis. Ait ergo: *Lo moto e la virtù de santi giri*. Idest motus et effectus primi mobilis et aliorum corporum celestium et celorum, et eorum operandi potentia et causandi effectus varios et accidentia. *Come dal fabbro*, etc. Idest, sicut opus mallei, quem manu sua movet faber, qui cum ipso fabricat diversa instrumenta, iuxta artis rationem, circa quod faber est agens et malleus est patiens et instrumentum, exit ab ipso fabro; sic operatio celorum, in qua motores sunt Angeli et celi instrumenta ut mallei, oportet quod exeat ab ipsis beatis motoribus celorum, sicut faber motor est mallei. Et quod hoc sit verum ostendit per celum sidereum. Dicit: *El ciel cui tanti lumi*, idest stelle, *fanno bello*, idest, ornato, *Dalla profonda mente*, idest, a Deo, iuxta id Boetii in tertio, versiculo nono, Mentemque profundam circuit, etc., quia sapientia eius fundum non habet. Apostolus: O altitudo, etc.

Che lui volce. Idest, que mens profunda volvit et movet ipsum celum per medium angelorum quantum ad motum eius difformem, per medium vero primi mobilis quantum ad motum eius naturalem et uniformem.

Prende l'ymage. Idest, accipit virtutem in eo impressam, sicut imprimitur ymago impressa in sigillo, in cera.

E fassene suggello. Quia videlicet ipsum celum imprimit virtutem, in eo impressam, in corporibus inferioribus se-

cundum suam potentiam. Et ut melius ostendat quod infra dicturus est, adducit unam similitudinem. Dicit: *E come l'anima*, etc. Idest, et sicut anima humana intra vestrum pulverem, idest suum corpus, quod est de pulvere (Genesis tertio) pro differentia corporis sui membra, et simul formata et ordinata ad perfectionem totius, ad diversas potentias resolvitur, idest explicatur et extenditur, sicut oculi ad videndum etc., quia una anima est in quam influit virtutem operum suorum in omnibus membris et sensibus corporis; *Così l'intelligenza*, etc. Adaptat nunc similitudinem. Dicit: Ita intelligentia (idest angelus, motor dicti celi, vel Angeli secundum alios, motores dicti celi, quia quamvis sint plures motores sunt una tantum intelligentia in illo motu, sicut una est anima in motu corporis) bonitatem suam, idest virtutem sibi datam a bonitate divina, multiplicatam scilicet, ut expedit ministrare omnibus membris illius celi, idest stellis innumerabilibus, explicat et extendit per omnes illas stellas, volvendo se supra suam unitatem, idest, celum suum, quod unum est, supra quod se volvendo in girum, in girum etiam volvit ipsum celum sine labore aliquo, per virtutem sibi datam a Deo. Sicut etiam anima movet ipsum corpus sine labore.

Virtù diversa, etc. Post maiorem et minorem predictas, ponit conclusionem. Dicit: Virtus diversa facit diversam ligam seu colligationem, idest diversimode operatur, quia, diversi motores infundunt diversas virtutes, et diverse virtutes faciunt diversas operationes cum pretioso corpore, scilicet celesti, quod est de materia purissima; et ideo vocat illud pretiosum corpus, quod ipsa virtus vivificat, quia facit illud movere et operari suos effectus. In quo corpore celesti dicta virtus, tamquam anima vegetativa in corpore humano, coniungitur. Et hec est ratio diversitatis effectuum celestium corporum, quia forma operatur in materia secundum quod ipsa materia est apta et disposita ad recipiendum operationem illius forme.

Per la natura lieta, etc. Idest, propter divinam naturam, que leta est in eternum atque in seipsa beata, ex qua derivatur, idest descendit, virtus, scilicet angelica, mixta, idest fusa, per corpus celeste quod vivificat, idest movere facit et operari. Lucet, idest, resplendet in celis ipsa virtus angelica tamquam letitia, idest lux leta, per pupillas humani oculi; quia sicut lux leti oculi letitiam ad extra ostendit leti cordis, ita letitia divina a motoribus angelicis infusa in celestibus corporibus, facit ipsa corpora ad extra ostendere letitiam bonitatis divine cum suis splendoribus, fulgoribus, radiationibus, corruscationibus, scintillationibus, reverberationibus, motibus et variis earum accidentibus letis.

Da essa vien, etc. Idest ab eadem natura divina venit quicquid apparet in celo esse differens seu diversum ab una stella ad aliam, et ab uno corpore ad aliud, et non a denso et raro, sicut dicebas tu, Dantes: et sic posita conclusione, negat aliam Dantis supra positam.

Essa è formal principio, etc. Idest, ipsa natura divina est principium formale, quod dat esse suum omnibus creatis, quod producit et turbinem et claritatem celestium corporum et omnes alias res conformes et correspondentes sue bonitati; quia sicut ipse est bonus, ita producit omnia bona (Genesis primo), et omnia quecumque, facit ut bona sint necesse est, ut dicit Hieronimus. Et

CANTUS TERTIUS

Quel sol che pria, etc. Fingit auctor quod volens respondere Beatrici et confiteri illud quod dixerat esse verum, vidit multos spiritus in lunari corpore promptos et preparatos ad loquendum secum, et ad propositum suum adducit pulchram similitudinem. Dicit, *Quel sole*, etc. Idest, ille splendor et illuminator mentis mee, idest Beatrix, que significat gratiam Dei illuminantem, cooperantem et consummantem, et Sanctam Scripturam, Qui prius....



INDEX

DEDICA A S. S. LEONE XIII.	Pag. v
NOTIZIE PRELIMINARI	IX
DOCUMENTA	» XXXVII

COMENTUM

DEDICATIO	3
PREAMBULA	7

INFERNUS

CAPITULUM I.	25
La divina commedia	38
CAPITULUM II.	39
Roma nel concetto di Dante	48
CAPITULUM III.	49
L'inferno e l'amor divino	60
CAPITULUM IV.	61
La fede di Dante	73
CAPITULUM V.	75
Minosse e la rea coscienza nell'eternità	85
CAPITULUM VI.	87
La resurrezione dei corpi	96
CAPITULUM VII.	97
Il peccato degli angeli	107
CAPITULUM VIII.	109
Il simbolismo nelle visioni	117
CAPITULUM IX.	119
Gli angeli buoni e cattivi	129
CAPITULUM X.	131
La selva in cui si smarrisì l'Alighieri	142
CAPITULUM XI.	143
L'arte divina e l'arte umana	152
CAPITULUM XII.	153
I prodigi nella morte di Cristo	166
CAPITULUM XIII.	167
Federigo II.	178
CAPITULUM XIV.	179
Il valore delle favole	189

CAPITULUM XV.	Pag. 191
Integrità del sentimento morale in Dante	201
CAPITULUM XVI.	203
Il cingolo di Dante	213
CAPITULUM XVII.	215
La fiera descritta dal Poeta in questo canto	225
CAPITULUM XVIII.	227
Seguita l'argomento della frode	237
CAPITULUM XIX.	239
Veri sentimenti dell'Alighieri rispetto a' pontefici vicarii di Gesù Cristo	249
CAPITULUM XX.	251
Lo spiritismo	260
CAPITULUM XXI.	261
Se sia possibile la diminuzione progressiva delle pene eterne	270
CAPITULUM XXII.	273
Natura degli spiriti infernali	282
CAPITULUM XXIII.	283
L'ipocrisia	293
CAPITULUM XXIV.	295
La vera gloria dell'uomo	305
CAPITULUM XXV.	307
Una considerazione sopra le prime due terzine di questo canto	316
CAPITULUM XXVI.	317
L'America	328
CAPITULUM XXVII.	329
L'accentramento dello spirito in sè stesso nell'Inferno e Frate Guido da Montefeltro	340
CAPITULUM XXVIII.	341
L'unità del cattolicesimo e la punizione delle scissure che lacerarono la Chiesa	353
CAPITULUM XXIX.	355
L'alchimia	364

CAPITULUM XXX.	Pag. 365
I sogni	375
CAPITULUM XXXI.	377
I giganti e la confusione delle lingue	386
CAPITULUM XXXII.	387
Il ghiaccio in fondo all'inferno	397
CAPITULUM XXXIII.	399
I traditori	409
CAPITULUM XXXIV.	411
Satana	421

PURGATORIUM

PREAMBULA	425
CAPITULUM I.	433
Il purgatorio nel concetto di Dante	443
CAPITULUM II.	445
L'episodio di Casella e stato vero delle anime nel Purgatorio	454
CAPITULUM III.	455
La nostra scienza e Gesù Cristo	465
CAPITULUM IV.	467
L'unità sostanziale dell'anima umana	477
CAPITULUM V.	479
Relazioni che restano tra l'anima e il corpo dopo morte	488
CAPITULUM VI.	489
Premanenza di affettuose relazioni fra noi e il Purgatorio	499
CAPITULUM VII.	501
La grazia	510
CAPITULUM VIII.	511
L'Ave Maria della sera e il De Profundis	520
CAPITULUM IX.	521
La misericordia divina supremo principio di salute	532

CAPITULUM X.	Pag. 533	L'Eden in cima alla montagna dantesca del Purgatorio? Pag. 743	CAPITULUM XIV.	Pag. 983
Corrispondenza tra la colpa e l'espiazione	» 542	CAPITULUM XXVIII.	» 745	Se l'uomo avrà accrescimento di gaudio per la riassunzione del proprio corpo nel di novissimo. »
CAPITULUM XI.	» 543	La fontana dell'Eden.	» 758	CAPITULUM XV.
L'umana mestizia e il nostro so- spiro all'Infinito	» 553	CAPITULUM XXIX.	» 759	La donna nella società cristiana. »
CAPITULUM XII.	» 555	Il carro immaginato dal poeta in questo canto e la Chiesa	» 769	CAPITULUM XVI.
L'umiltà principio di ogni gran- dezza.	» 565	CAPITULUM XXX.	» 771	Le anime veramente grandi. »
CAPITULUM XIII.	» 567	La visione di Beatrice.	» 780	CAPITULUM XVII.
Dolore, preghiera e amore nel Pur- gatorio.	» 576	CAPITULUM XXXI.	» 781	La prescienza divina e la libertà umana
CAPITULUM XIV.	» 577	La confessione.	» 791	CAPITULUM XVIII.
I beni terreni e il bene eterno. »	» 589	CAPITULUM XXXII.	» 793	L'umana perfeibilità.
CAPITULUM XV.	» 591	La scienza del bene e del male. »	» 804	CAPITULUM XIX.
Miserabile punizione che il poeta da al vizio dell'ira e profondo insegnamento che v'inchiusa. »	» 601	CAPITULUM XXXIII.	» 805	L'unità di volere nel cuore dei giusti.
CAPITULUM XVI.	» 603	Il trionfo finale del bene.	» 815	CAPITULUM XX.
La libertà umana e la suprema sua legge	» 614			La fede e l'imputazione
CAPITULUM XVII.	» 615			CAPITULUM XXI.
L'amore vita dell'universo.	» 625			Il riso de' beati in cielo.
CAPITULUM XVIII.	» 627			CAPITULUM XXII.
Il cuore radice del pensiero.	» 637			San Benedetto
CAPITULUM XIX.	» 639			CAPITULUM XXIII.
Bassezza del vizio dell'accidia e sublimità del suo contrapposto la fatica e il dolore.	» 649			La Vergine Madre
CAPITULUM XX.	» 651			CAPITULUM XXIV.
La salita delle anime al cielo. »	» 663			Fede e ragione.
CAPITULUM XXI.	» 665			CAPITULUM XXV.
Nesso fra l'ordine di natura e il soprannaturale	» 674			Genesi e natura della speranza. »
CAPITULUM XXII.	» 675			CAPITULUM XXVI.
La virtù della giustizia.	» 685			La parola nell'uomo.
CAPITULUM XXIII.	» 687			CAPITULUM XXVII.
La pietà verso gli estinti special- mente nella vera donna cri- stiana	» 696			Il canto nel cielo e la musica . »
CAPITULUM XXIV.	» 697			CAPITULUM XXVIII.
Piccarda Donati e l'eroismo della verginità.	» 707			Il moto e la quiete e l'immensità divina
CAPITULUM XXV.	» 709			CAPITULUM XXIX.
L'apparizione degli spiriti	» 719			La predicazione
CAPITULUM XXVI.	» 721			CAPITULUM XXX.
La pena del fuoco a purgazione delle colpe del senso	» 731			Il lume di gloria
CAPITULUM XXVII.	» 733			CAPITULUM XXXI.
				La visione in cielo
				CAPITULUM XXXII.
				Innocenza, merito e premio . »
				CAPITULUM XXXIII.
				La preghiera.
				FRAGMENTA COMMENTARII SUPER COMOEDIAM DANTIS ALDIGHIERII per Fratrem Bartholomaeum a Colle ex Min. Obs.


623271

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

Finito di stampare nel mese di Dicembre '86
dalle Arti Grafiche Della Balda RSM
Copertina: Studio AG RSM

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio



SCAFFALI ONLINE

<http://badigit.comune.bologna.it/books>

<<*Traduzione e commento della Divina Commedia di Dante Alighieri>> 3

SanMarino : Cassa di risparmio della Repubblica di San Marino, 1986

Collocazione:8. QQ. II. 116

<http://sol.unibo.it/SebinaOpac/Opac?action=search&thNomeDocumento=UBO0817125T>

Questo libro è parte delle collezioni della Biblioteca dell'Archiginnasio.

L'ebook è distribuito con licenza Creative Commons solo per scopo personale, privato e non commerciale, condividi allo stesso modo



[4.0:http://creativecommons.org/licenses/by-nc-sa/4.0/legalcode](http://creativecommons.org/licenses/by-nc-sa/4.0/legalcode)

Per qualsiasi altro scopo, o per ottenere immagini a risoluzione superiore contattare: archiginnasio@comune.bologna.it